¶ Augustinus Piccolhomineus Magistro Ludouico Ordinis Predicato/
rum Procuratori Dignifs. Preceptori suo. S. P. D.

C Ommentarios Diui Thomę in libros octo Politicorũ Aristotelis cum proxima
ęstate in Etruria comperissem: essentq; scriptoris uitio/mendosissimi: Quod bis
crebro accidit/qui ea quę nõ intelligũt/ exscribere aggrediuntur. Indolui diuinũ
opus/licet deprauatum: abiectum: puluerulentũq;/carie consumi: cum ad enodandas Ari
stotelis sententias/grauitatemq; & dicendi uim interpretandam unus ipse Thomas nemi
ni cedat. Romã ut redii/Vrbem fere totam perquisiui: si fideliorem forte Codicem repe/
rirem: quo lumen aliquod/diuersis inuicẽ collatis exemplaribus/Thomę afferre possem.
Nullum in tanta Vrbe repperi: quod satis admirari non potui: cum librorum hic & La/
tinorũ & Grecoꝝ maximã esse copiam certissimũ sit. Subdubitãs deinde & quodãmodo
uidẽs tantũ opus perditũ iri: ne exinde Ciuiles uiri/qui in intelligẽdo Aristotele maxime
laborant iacturam facerent/ad te mittendum statui: ut cum q̃ maxime horridum inum/
dumq;/quod confidimus/excolas & expurges: ne quid in eo/ quod a scriptore additum/
diminutumue sit/inconcinnum/barbarum/ incultumq; legatur. Tu uero qui iamdudum
cum tua maxima laude ordinẽ Predicatoꝝ professus es: quiq; in euoluendo/ lectitandoq;
Thoma iam pluribus annis es uersatus/ prouinciã hanc pro tua benignitate suscipe nõ re
cusabis. Eiusmodi enim es qui grato erga Thomã animo/cum ipse te erudierit: & ex cu/
ius lectione multa hauseris/laborem hunc pro eo suscipere minime graueris. Confiden/
tius uero ad te uenio/quoniã & te preceptore familiariter usus sum: & nullus cuius mihi
doctrina probatior/scientiaq; fidelior uideret occurrebat. Nam in pluribus Italię Gymna
siis Philosophiam Theologiamq; professus: cum ubiq; maximã gloriam sis cõsequutus
nupertime Romã/ bonarum artium litterarumq; parentem aduenisti. Hic uero cum te
laudent oẽs/ cur ego ad te nõ recurrã/ignoro. Quod si (ut spero) expolitum/ candidũq;
librum prestabis/quantã ab his qui Ciuitatibus presunt/qui ue una Respublicas admini/
strant sis consequuturus tu qui prudentissimus es considera. Hi enim cum Aristotelem le
gunt ut precepta solum exequantur/dum in uerborum interpretatione immorari eos ne
cesse est & Aristotelem damnant & negligunt. Q ꝺ si laborem hunc dempseris & sum/
mopere te laudabũt & Philosophi precepta exequẽtes Aristotelẽ maxime uenerabunt:
Quare te rogo ut ommissis paulũ sacris studiis/ad hos Cõmentarios corrigendos/emen
dandosq; tanq̃ in hortulum/cum tibi per maximas curas licebit/descendas: ut si forte eos
Leonardi Arretini translationi/que ita confuse impressa est/ut ne uerbum quidem Arreti
ni contineat/adnectere uelimus: possimus uno tempore Aristotelem mendis uacuum/ Di
uumq; Thomã in tenebris latitantem/in lucem emittere. Vale.

Magister Ludouicus Valentia Reuerendissimo in Christo patri & domi/
no: domino Francisco de Piccolhominibus Cardinali Senensi. S. P. D.

AVgustinus Picolhomineus nepos tuus iuuenis certe prestāti & erudito ingenio ca
stissimisq; institutus moribus: ac ptinax emulator bonaꝝ artium & tui (ut par est)
obseruātissimus: meiq; ꝑ sua humanitate amātissimus: litteris suis me plurimū co
hortatus est: ut commentarios diui Thome Aquinatis in octo libros Politicorū a se pro
xima estate in Etruria compertos: opus sane rarum & mendosum scriptoris uitio / reco/
gnoscerem atq; castigarem. Rem profecto dignam suo animo fecisse cū iudicaui qui cū
sapientia preditus sit impetum habet ad eas disciplinas que de gubernanda Rep. prece/
pta tradunt: quod sapientis officium esse constat: Cum uero magnitudine animi largus &
munificus sit: quicqd omnibus cōmodum esse possit: omnibus publicū esse & intelligen
dum prestari uehementer optat. Equidem eius instructus consiliis non recusaui opus ag/
gredi quod me suscipere equū illo admonente & grauiter probante esse intelligā. Sed cū
Leonardi Aretini translatio aperta magis & latina sit: que tamē impressa nec Aretini uer
bum continere uideatur: suasit & Thome interpretationem ei coaptare translationi et ex
purgare deprauatum Aristotelis librum. Hoc certe satis mihi difficile uisum est eos recte
sentire existimans: qui ueterem translationem: quam tamen Thomas commentatus fuit
non consentire Aristoteli censent. Verum experimento didici eiusmodi uiros quod nō
intelligant temere iudicare. Nihil enim magis consonum & consentaneum & coapta/
tum esse potest quā uetus notaq; Politicorum Aristotelis translatio. Nā & si Diuus Tho
mas ueterem expoluerit: nouam tamen interpretari uidetur. Thomas utranq; tibi planam
apertamq; eodem sensu: nulloq; penitus discrimine reddit. Neq; tamē in his censores nō
equos multum insequi iustum est: eis enim uenia danda qui Philosophiam non profite/
antur: nec eius secreta rimari consueuerint. Oblectati nanq; nimium lepore ac ornatu uer/
borum contenti scire quid uerba significent: rerum que uocibus exprimuntur naturas ac
proprietates diligentius perquirere obliuiscuntur. Quo fit ut damnent que fucum nō pre
stant: tam & si ueritatem cōtineant. Hi tñ admonendi sunt: quamuis eis parcimus ut que
sua sunt tueantur: nostra non damnent: suisq; contenti limitibus in immensum Philoso/
phie nostre pelagus cum magno sui honoris discrimine leui sua cymba non ascendant:
Discant prius nostra ac cum eloquentia bonas artes & disciplinas sibi comparent. Muni/
to deinde ac instructo ingenio que uitia inuenerint emendēt: facundas et eruditas linguas
ueneramur & extollimus: probamusq; maiorem in modum Ro. lingue peritiam & uehe
menter cupimus latinā fieri Philosophiam: sed culpa uestra est o Rethores nostre etatis
qui contemnitis omnes scriptores: qui uel historiam non tradūt: uel de oratoria non disse
runt. Omnesq; alios legere & scire recusatis. Veneramur Platonem: Theophrastum coli/
mus: Obseruamus Alexandrum: Reueremur Themistium: Laudamus simplicium: Cice/
ronem nostrum probamus: ac ceteros qui luculēter grauiter copiose culteq; Philosophie
partes tractarunt summis laudibus in celum efferimus: Ingentes gratias agimus Leonar/
do Aretino: Fatemurq; ingenue Theodoro Gaze nos plurimum debere. Qui non modo
cultum fecit Aristotelem: sed etiam linguam nostrā locupletauit & auxit. Sed in illos dico
qui totius nature ignari cum aliquid de Vrbe condita: aut de Rethoris officio possunt di/
cere omnium se artium censores faciunt. Hi sane adeo cuiusq; discipline neruo carent ꝙ
etiam in his que profitentur a puero parum in dyaleticis uersato uno uerbo facile esset &
ligari & reuinci: & in omnes partes uelut mentecaptos duci. Qua de re ut ad id reuertar
unde discessi cū aperta sit magis & culta que uidelicet & instruere & oblectare ualeat Leo
nardi translatio ac ei cōsentanea Thome Aquinatis interpretatio sum arbitratus me rem
facturū omnibus gratam & cōmodam illā recognitam cum Thome expositione impri/
mendam Augustino tuo cōmittere. Cogitanti tñ mihi cui preclarū hoc opus scriberem

offendi neminem animo te magis idoneum. Nam hic liber regius est & ciuilis & legalis: Quis autẽ & in administrandis sapienter rebus publicis regendis urbibus: condendisq; iu/stis legibus te aptior sit: non inuenio. Cũ & sapientia prestes & beniuolẽtia ardeas: & iusti/tia equus sis. Ita sane & a natura institutus es & usu ac exercitatiõe has uirtutes tibi cõpa/rasti. Addo ꝙ ex tua domo ab Augustino tuo meo etiam in manus meas delatus est ad te reuerti debet optimo iure. Rursumq; a te ad illum qui mihi dedit: qui me excitauit ut emendarem reduci. Omni iure liber iste tuus est: perfectus tñ erit & integer: nihilq; ei adiungi poterit cũ ad te peruenerit cum suo fonti cõiungetur. Cum circuli instar suo au/ctori erit insertus. Distinctus ad te uenit per cõmenta: ut ex inscriptiõibus cognosces. Lo/cuplexq; magis incedit: cõstrictas habens cuiusq; libri sentẽtias: mea diligentia & studio in singuli fine libri collocatas. Curabis igitur reuerẽdissime Princeps ut euoluatur crebro ac perlegatur a Nepote tuo. Affert enim cõmoda multa humanẹ uite liber iste. Docetq; discretis a pecudũ uita moribus homines uitã ducere: optimã uite frugẽ amplecti: felici/tatem expetere: Incorruptecq; religiõis cultum sectari: ac tandem beatũ hominem efficit. Presertim cũ eo interprete sit discendus: qui stilo graui solido constanti: robusto: pingui: aperto: uero: sibiq; omni in parte cõsono Aristotelem referat. Concedes quoq; & familia/ribus tuis qui in mea achademia philosophantur. Ceterisq; ingeniis oĩbus pro tua huma/nitate dabis que bonas colũt artes: ut tua in oẽs beneficẽtia illustris magis ac apta & splen/dida omĩbus Italie oris litterario munere fiat. Me uero & omẽ studiũ meũ tuũ feci: Vale.

¶ Leonardi Arretini Procemium in libros Politicorum.

INter moralis discipline precepta: quibus humana uita instituitur & docetur eminentissimum quodãmodo locum obtinẽt: quæ de ciuitatibus earumq; gubernatione conseruationeq; tradũtur. Quippe disciplina huiusmodi omnis felicitatem hominibus conficere studet. Felicitatem uero si uni acquirere præclarum est: quãto magnificentius erit uniuersæ ciuitati beatitudinẽ adipisci. Bonum enim quãto latius patet: tanto diuinius est existimãdum. Cumq; homo imbecillũ sit animal & quã per seipsum non habet sufficientiam: perfectionẽq; ex ciuili societate reportet. nulla profecto conuenientior disciplina hõi esse potest quam quid sit ciuitas: & quid Respub. intelligere & per quæ conseruetur intereatq; ciuilis societas non ignorare. Mihi quidẽ qui hæc ignorat: seipsum pariter ignorare uidetur: ac sapientissimi dei præceptum despicere. Itaq; & Plato decem illis præclaris libris q sunt ab eo de Rep. scripti in hac parte ostendenda: docẽdaq; plurimũ nixus est. Et. M. Cice. noster sex inclitis libris quos de Rep. scripsit hãcipsam materiã est ꝓsecutus. Et Aristoteles in hoc uolumĩe ꝙ nũc in latinũ cõuertimus: hæc ipsa cõplexus est: tãto quidẽ nitore & copia: & ornatu: ut uere mereatur flumẽ aureũ uocitari. Materia uero huius opis talis ẽ Conuertẽdi aũt interpretãdiq; mihi causa fuit eadẽ illa quæ iã decẽ & octo annis ad cõuersionẽ Ethicoꝝ induxit. Nam cũ uiderẽ hos Aristotelis libros qui apud Græcos elegãtissimo stilo perscripti sunt: uitio mali interpretis ad ridiculã quandã ineptitudinẽ esse redactos: ac præterea in rebus ipsis errata

per multa ac maximi pōderis laborem suscepi nouæ traductiōis quo nostris hōibus in hac parte pdessem. Quid enī opera mea utilius. quid laude digni us efficere possim quā ciuibus meis primū: deinde cæteris qui latina utūtur lingua ignaris Grecarū litterarū facultatē præbere ut nō per enigmata ac de lirameta interpretationū ineptarū ac falsarum: sed de facie ad faciē possint Aristotelē intueri. & ut ille in Greco scripsit: sic in latino perlegere. Excitauit quoq; me utilitas maxima q̄ ex interpretatione Ethicorū puenisse conspexe ram: hoīes enī ingenue eruditi quos primo ueteris interpretatiōis ineptitu do: ac barbaries a legendo repellebat: Ita postmndū eos libros cōplexi sunt ut in maximā lucē illarū rerum cognirio sit petducta. Quod idem fore spero in his de quibus nūc agimus Politicorū libris. Atq; eo magis quo hæc mate ria ciuilis & uerba ad exprimendū alia q̄ in suis disputationibus scholastici utūtur: & maiorē quendā efflagitāt dicendi ornatū. quæ duo interpres ille ne dū consequi. Sed ne suspicari quidem potuit. Aristoteles certe tāta facundia tāta uarietate & copia: tanta historiarū exemplorūq; cumulatiōe hos libros refersit: ut oratorio pæne stilo scripti uideātur. Sic enim argumētatiōes totas interdū explicat: ut cuncta dicēdi ornamēta in eas studiose cōiecta liceat in tueri: Nec est in his libris quæstio ulla paulo uberior quæ tractata ab illo sit absq; Rethorico pigmēto atq; colore: quorū & si nō expræssionē: attamen ad umbrationem quandā diligens lector in hac traductione nostra deprehen det. Fuit enī Aristoteles studiosissimus eloquētiæ: quod artes Rethorice eius pluribus uoluminibus explicatæ declarāt. Quæ sit igitur horū librorum ma teria: & qua de causa laborem hunc suscaeperimus: & quales libri ipsi in Græ co sint hæc præfatos esse sufficiat. Hortamur autem omnes uehementer ad huius operis diligentissimam lectionem: utpote: doctrinam uberrimam ac re rum prope innumerabiliū cognitionem & quidē necessariarū ad uitā susce pturos.

¶ Prooemium Diui Thome in octo Politicorum Aristotelis libros.

Sicut Philosophus docet in secundo Phisicorum: Ars imitatur naturam. Cuius ratio est. Quia sicut se habent principia ad inuicē: ita proportionabiliter se ha bent operationes & effectus. Principium autem eorum quę fm artem fiūt est intellectus humanus qui fm similitudinem quandā deriuatur ab intellectu di uino: qui est principiū rerum naturalium. Vnde necesse est φ & operatiōes ar tis imitentur operatiōes nature. & ea quę sunt fm artem imitentur ea quę sunt in natura. Si enim aliquis instructor alicuius artis opus artis efficeret: oporteret discipulum qui ab eo artem suscepisset ad opus illius attēdere: ut ad eius similitudinem & ipse operaretur. Et ideo intellectus humanus ad quem intelligibile lumen ab intellectu diuino deriuatur: ne cesse habet in his quę facit informari ex inspectione eoꝝ quę sunt naturaliter fatta ut simi

liter operetur·Et inde est ꝙ Philosophus dicit · Quod si ars faceret ea quę sunt nature si/
militer operaretur ·sicut & natura:& ecōuerso si natura faceret ea quę sunt artis:similiter fa
ceret sicut ars facit · sed natura quidē non perficit ea quę sunt artis: sed solū quędam prin/
cipia preparat & exemplar operādi quodammodo artificibus prębet· Ars uero inspicere
quidem potest ea quę sunt nature & eis uti ad opus ꝓprium perficiendū : perficere uero
ea nō potest·Ex quo patet ꝙ rō humana eoꝝ quę sunt ſm naturā est cognoscitiua tm̄· eo
rum uero que sunt ſm artē est & cognoscitiua & factiua· Vñ oportet ꝙ sciē humane quę
sunt de rebus naturalibꝫ sint speculatiue·Que uero sunt de rebus ab hoīe factis sint practi
ce siue opatiue ſm imitationē nature·ꝓcedit aūt natura in sua opatiōe ex simplicibus ad
cōposita:ita ꝙ in eis quę ꝑ opationē nature fiūt:ꝙ est maxime cōpositū est ꝑfectū & to/
tū & finis alioꝝ:sicut apparet in oībus totis respectu suaꝝ partium· Vnde & rō hoīs opa/
tiua ex simplicibus ad cōposita ꝓcedit tanq̄ ex inꝑfectis ad ꝑfecta· Cū aūt ratio humana
disponere habeat nō solū de his quę in usum hoīs ueniūt:sed etiā de ipsis hoībus qui ra
tione reguntur:in utrisq; ꝓcedit ex simplicibus ad cōpositū·In illis quidē rebus quę in usuꝫ
hoīs ueniunt:sicut cū ex lignis cōstituit nauē:& ex lignis & lapidibus domū·In ipsis aūt
hominibus sicut cū multos hoīes ordinat in unā quandā cōmunitatē quaꝝ quidē cōmu
nitatū cū diuersi sint gradus & ordines·ultima est cōitas ciuitatis ordinata ad per se suffi
cietia uitę humane·Vnde inter oēs cōitates humanas ipsa est perfectissima·et quia ea que
in usum hoīs ueniūt ordinantur ad hoīem sicut ad finē qui est principalior his quę sunt ad
finē·Ideo necesse est ꝙ hoc totū ꝙ est ciuitas·sit principalius oībus totis quę ratione hu/
mana cognosci & cōstitui possunt·Ex his igitur quę dicta sunt circa doctrinā Politice quaꝫ
Aristoteles in hoc libro tradit:quatuor accipe possumus·Primo quidē necessitatem huius
sciē:omniū enī quę ratione cognosci possunt:necesse est aliquā doctrinā tradi ad perfecti
onem humane sapiētie que Philosophia uocatur:Cum igitur hoc totū ꝙ est ciuitas sit cuidaꝫ
rationis iudicio subiectū:necesse fuit ad cōplementū Philosophie de ciuitate doctrinā tra
dere que Politica noīatur·i·ciuilis sciā·Secundo possumus accipe genus huius sciētie: Cū
enim sciē practice a speculatiuis distinguātur in hoc ꝙ speculatiue ordinantur solū ad scien
tiam ueritatis:practice uero ad opus:necesse est hanc scientiam sub practica Philosophia
cōtineri cum ciuitas sit quoddā totū cuius humana ratio nō solū est cognoscitiua: sed etiā
operatiua·Rursumq; cū ratio quedā opetur per modū factiōis opatione in exteriorē ma
teriā trāseunte ꝙ ꝓprie ad artes ꝑtinet quę Mechanice uocantur:utpote:fabrilis & nauifacti/
ua & similes·Quedā uero operetur per modū actiōis opatiōe manēte in eo qui opatur : sicut
est cōsiliari:eligere:uelle & huiusmōi quę ad moralē sciam ꝑtinēt·Manifestū est Politicā
sciaꝫ quę de hoīm cōsiderat ordinatiōe nō cōtineri sub factiuis sciētiis quę sunt artes me
chanice:sed sub actiuis quę sunt sciē morales· Tertio possumus accipe dignitatē & ordi/
nem Politice ad oēs alias scias practicas·Est enī ciuitas principalissimū eoꝝ que humana
ratiōe cōstitui possunt·Nā ad ipsaꝫ oēs cōitates humane referuntur·Rursumq; oīa tota quę
per artes mechanicas cōstituuntur ex rebus in usum hoīm uenientibus ad hoīes ordinantur:si
cut ad finē:Si igitur pricipalior scia est quę ē de nobiliori & ꝑfectiori necesse est politicā in
ter oēs scias practicas esse principaliorē & architectonicā oīm aliaꝝ:utpote:cōsiderās ulti
mum & ꝑfectū bonū in rebus humanis·Et ꝓpter hoc Phūs dicit in fine decimi Ethicorū
ꝙ ad Politicam ꝑficit Phīa quę est circa res humanas·Quarto ex predictis accipe possu
mus modū & ordinē huiusmōi sciē:sicut enī sciē Speculatiue quę de aliquo toto cōside/
rāt ex cōsideratiōe partiū principioꝝ notitiā de toto ꝑficiūt passiones & opationes totius
manifestādo·Sic & hec scia principia & partes ciuitatis considerans:de ipsa notitiā tradit
partes & passiones & operatiōes eius manifestās: & quia practica est· Manifestat insuper
quomodo singula perfici possunt:ꝙ est necessariū in omni practica scientia·

His igitur prelibatis sciendum est ꝙ Aristoteles in hoc libro premittit quoddã prooemium in quo manifestat intentionem huius scientie:& deinde accedit ad propositum manifestandũ:ibi:Quoniã declaratum est quibus ex partibus &c. Circa primũ duo facit. Primo ostendit dignitatem ciuitatis: de qua est politica:ex eius fine. Secundo ostendit comparatiõem ciuitatis ad alias cõmunitates: ibi: Quicunq; uero putant zc.

Quoniam uidemus omnem ciuitatem esse societatem quandam: & omnem societatem boni alicuius gratia constitutã. Nam eius gratia ꝙ bonũ uidetur omnia omnes agunt:patet:ꝙ bonum aliquod omnes coniectant. Maxime uero principalissimũ omnium que est principalissima & ceteras omnes complectitur. Est autem hec illa que ciuitas appellatur & ciuilis societas. Quicũq; uero putant gubernatoris ciuitatis & regis patrisq; familias & domini eandem esse rationem: nõ bene di

Circa primũ duo intendit probare:quoꝝ primũ est ꝙ ciuitas ordinetur ad aliquod bonum sicut ad finem. Secundo ꝙ bonũ ad q̃d ordinatur Ciuitas sit principalissimũ inter bona humana:ibi: Maxime uero principalissimũ omnium zc. Circa primũ ponit talem rationem: Omnis cõmunitas est instituta gratia alicuius boni. Sed omnis ciuitas est cõmunitas quedam: ut manifeste uidemus. Ergo omnis ciuitas est instituta gratia alicuius boni. Quia igitur minor manifestatur maiorem sic probat: Omnes homines oĩa que faciunt operantur gratia eius ꝙ uidetur bonũ siue sit uere bonum siue non: Sed omnis cõmunitas est instituta aliquo operante: Ergo omnes cõitates coniectant aliquod bonũ:id est intendunt aliquod bonum sicut finem. ¶ Deinde cum dicit: Maxime uero. Ostendit ꝙ illud bonum ad quod ordinatur ciuitas est principalissimũ inter bona humana tali rõne: Si omnis cõmunitas ordinatur ad bonũ necesse est ꝙ illa cõmunitas que est maxime principalis maxime sit coniectatrix boni quod est inter oĩa humana bona principalissimũ: Oportet enim ꝙ proportio eoꝝ que sunt ad finẽ sit sm proportionem finium. Que aũt cõmunitas sit maxime principalis manifestat per hoc quod addit: Et ceteras omnes complectitur. Est enim cõitas quoddam totũ: In omnibus aũt totis talis ordo inuenitur ꝙ illud totum quod in se includit aliud totũ est principalius: sicut paries est quoddaz totũ:& quia includitur in hoc toto quod est domus: manifestũ est ꝙ domus est principalius totũ. & similiter cõitas que includit alias cõitates est principalior. Manifestũ est aũt ꝙ ciuitas includit omnes alias cõitates: Nam & domus & uici sub ciuitate comprehenduntur:& sic ipsa cõmunitas politica est cõitas principalissima: Est ergo coniectatrix principalissimi boni inter omnia bona humana: intendit enim bonum commune quod est melius & diuinius q̃ bonũ unius: ut dicitur in principio Ethicoꝝ. ¶ Deinde cũ dicit: Quicunq; uero putant zc. Comparat ciuitatem ad alias cõmunitates:& circa hoc facit tria. Primo ponit quorundam falsam opinionem. Secundo ostẽdit quomodo posite opinionis falsitas innotescere possit: ibi: Sed hec uera nõ sunt zc. Tertio sm assignatum modum ponit ueram comparationem ciuitatis ad alias cõmunitates; ibi: Primũ igitur necesse est combinare zc. Circa primũ duo facit: Primo ponit falsam opinionem. Secundo inducit eoꝝ rationem: ibi: Multitudine enim & paucitate zc. Circa primũ considerandum est ꝙ duplex est cõitas omnibus manifesta. s. ciuitatis & domus. Ciuitas aũt duplici regimine regitur. s. politico & regali. Regale quidem est regimen quando ille qui ciuitati preest habet plenariam potestatem. Politicum aũt regimen est quando ille qui preest habet potestatem coartatam sm aliquas leges ciuitatis. Et similiter duplex est regimen domus scz iconomicũ & despoticum: Despota quidẽ uocatur omnis habens seruos. Iconomus autem uocatur procurator uel dispensator alicuius familie. Unde despoticũ regimen est

quid Regale
Regime
iconomycum
dispoticum

quo aliquis dominus suis seruis presidet. Iconomicum autem regimen est: quo aliquis dispensat ea que pertinent ad totam familiã: in qua continẽtur non solum serui: sed etiam liberi multi. Posuerunt ergo quidam: sed non bene ꝙ ista regimina non differunt: sed sunt omnino idem. ¶ Deinde cum dicit: Multitudine enim & paucitate ꝛc. Ponit rationẽ eoꝝ que talis est. Quecunq; differũt solum multitudine & paucitate nõ differunt specie: quia differentia que est secundũ magis et minus non diuersificat speciem. Sed predicta regimina differũt solum multitudine et paucitate: ꝙ sic manifestabant. Si enim cõitas que regitur sit paucorũ: sicut in aliqua parua domo ille qui preest dicitur paterfamilias: ad quem pertinet despoticus principatus. Si autẽ sit adhuc plurium: ita ꝙ non solum contineat seruos sed etiam multitudinem liberoꝝ: dicitur ille qui p̄est iconomus. Si autem sit adhuc plurium: puta: non solũ eorũ qui sunt unius domus sed unius ciuitatis: tũc dicitur regimẽ politicum aut regale. Q ꝺ quidem dicebant tanq̃ nihil differret domus a ciuitate nisi magnitudie & paruitate: ita ꝙ magna domus sit parua ciuitas: & ecõuerso: ꝙ ex sequentibus potest esse falsum. Similiter etiã politicum & regale regimen ponebant differre solũ multitudine & paucitate. Q n̄ enim ipse homo preest simpliciter & fm omnia: dicitur regimen regale. Quando uero fm rationem talis scientię in parte p̄sidet. i. scd̃m leges positas per disciplinã politicam: est regimen politicum. quasi scd̃m partẽ principaret quantũ ad ea. s. que eius potestati subsunt: & secundũ partem sit subiectus quãtum ad ea in quibus subicitur legi. Ex quibus omnibus concludebãt: ꝙ oĩa predicta regimina quoꝝ quedam pertinẽt ad ciuitatem quedã ad domũ: non differant specie. ¶ Deinde cum dicit: Sed hec uera non sunt ꝛc. Ostendit modũ manifestãdi falsitatẽ predicte opinionis: & dicit ꝙ ea quę dicta sunt nõ sunt uera: hoc erit manifestũ fm hanc doctrinam considerantibus. i. fm artem cõsiderandi talia que infra ponetur. Modus aũt huius artis est talis: Q ꝺ sicut in aliis rebus ad cognitionẽ totius necesse est diuidere cõpositũ usq; ad incõposita. i. usq; ad indiuisibilia: quę sunt minime p̄tes totius: puta: ad cognoscendũ orõnem necesse est diuidere usq; ad l̄ras. Et ad cognoscendũ corpus naturale mixtũ: necesse est diuidere usq; ad elementa: sic: Si cõsideremus ex quibus ciuitas cõponat̃: magis poterimus videre de premissis regiminibus quid unũqꝺq; sit fm se: & quid differant adinuicẽ: & utrũ aliquis circa unũquodq; eorum possit artificialiter considerari. In omnibus enim ita uidemus ꝙ si quis inspiciat res fm qꝺ causantur ex suo principio: optime poterit in eis cõtemplari ueritatem. Et hoc sicut est verum in aliis rebus: ita etiam est uerum in his de quibus intendimus. In his autem uerbis philosophi considerandum est: ꝙ ad cognitionem compositorum primo opus est uia resolutionis: vt scilicet diuidamus compositum usq; ad indiuidua. Postmodum uero necessaria est uia compositionis: ut ex principiis indiuisibilibus iam notis iudicemus de rebus quę ex principiis causantur. ¶ Deinde cum dicit: Primum igitur necesse est combinare ꝛc. Secundum premissum modum ponit ueram comparationem aliarum communitatum ad ciuitatem: & circa hoc duo facit. Primo agit de

cunt. Multitudine enim & paucitate sed non specie illorum singulos putant differre: uelutí si paucorum quidem dominũ: si uero plurium patremfamilias: sin etiam plurium gubernatorem ciuitatis uel regem: quasi nihil differat magna domus & parua ciuitas: gubernatorq; ciuitatis & rex quandoquidẽ idẽ presidet & regit. Quando uero secundũ rationem talis scientie in parte presidet: & in parte subest: gubernator ciuitatis. Sed hec uera nõ sunt: quod manifestum erit secundũ hanc doctrinam considerantibus. Vt enim in aliis compositum usq; ad incomposita diuidere necessariũ est: hc nanq; sunt minime totius par

ticule:ita ciuitatẽ ex quibus componitur con siderantes:& quid illa differant inter se: & si quid artificii recipiunt: singula ipsorum intuebimur. Siquis igitur ab initio rerum originẽ inspicit ut in aliis:sic & in istis optime discerneret. Primũ igitur necesse est cõbinare illos qui nõ possunt esse nisi simul:ceu marem & fœminam generationis causa. Et hoc non ex electione:sed uelut in ceteris animalibus & plãtis naturale est desideriũ tale alterum relinquẽdi. Imperans uero natura & parens propter cõseruationẽ. Nam quod potest mente ꝓspicere natura ĩperat ac dominatur: ꝙ aũt põt corpe hoc facere:paret natura et seruit:quapropter domino et seruo idẽ confert.

aliis cõmunitatibus quę ordinantur ad ciuitatem. Secundo de communitate ciuitatis:ibi: Quę autem ex pluribus pagis zc. Circa primum tria facit. Primo proponit cõitatem per sone ad personam. Secundo ponit cõmunitatem domus quę complectitur diuersas personarũ cõmunicatões:ibi:Ex his duabus igitur zc. Tertio ponit cõmunitatem uici quę est ex pluribus multitudinibus:ibi:Sed quę ex pluribus domibus zc. Circa primum duo facit. Primo ponit duas cõmunicationes personales: Secundo comparat eas adinuicem:ibi: Natura quidem igitur zc. Duarum autẽ communicationum personaliũ:Primo ponit eã quę est maris & fęmine: & dicit. Q d quia oportet nos diuidere ciuitatem usq; ad partes minimas:necesse est dicere ꝙ prima cõbinatio est personarũ: quę sine inuicem esse non potest. s. maris et femine. Huius enĩ cõbinatio est propter generationem per quam producunt & mares & fęmine. Et ex hoc patet ꝙ sine inuicem esse non possunt. Sed qualiter ista combinatio sit prima: ostendit ꝑ hoc ꝙ subdit:Q d non ex electione. Vbi considerãdum est ꝙ in homine est aliquod q d est proprium eius. s. ratio scd'm quam ei competit ꝙ ex consilio & electione agat. Inuenitur etiam aliquid in homine q d est commune ei & aliis:& huius est generare. Hoc igitur non competit ei ex electione. i. fm ꝙ habet rationem eligentem:sed competit ei fm rationem communem sibi & animalibus & etiam plantis. Omnibus enim his inest naturalis appetitus ut post se derelinquat alterum tale quale ipsum est:ut sic per generationem conseruetur in specie ꝙ idem numero conseruari non potest. Est quidẽ igitur huiusmodi naturalis appetitus etiam in omnibus aliis rebus naturalibus corruptibilibus. Sed quia & uiuentia. s. plante & alia habent specialem modum generandi:ut. s. generent ex seipsis. Ideo specialiter de plantis & animalibus mentionem facit. Nam etiam in plantis inuenitur uis masculina & fęminina:sed coniuncta in eodem indiuiduo; sed in uno habundat plus una:in alio altera ita. s. ut imaginemur plantam omni tempore esse talem qualia sunt mas & femina tempore coitus. ¶Deinde cum dicit:Imperans uero zc. Ponit secundam communicationem personarum scilicet principãtis & subiecti: & hec etiam communicatio est a natura propter salutem. Natura enim non solum intendit generationem: sed etiam quod generata saluentur. Et quod hoc quidem contingat in hominibus per communicationem principantis & subiecti:ostendit per hoc ꝙ ille est naturaliter principans & dominans qui suo intellectu potest preuidere ea que congruunt:puta:consequendo proficua & repellendo nociua. Ille autem qui potest per fortitudinem corporis implere opere q d sapiens mente preuiderit: est naturaliter subiectus & seruus. Ex quo manifeste patet quod idem expedit utriq; ad salutem:scilicet ꝙ iste principetur & ille subiiciatur. Ille enim qui

propter sapientiam potest mente preuidere interdum saluari non posset deficientibus uiribus corporis nisi haberet seruum q exequeret᷑ nec ille q habūdat uiribus corporis posset saluari nisi alterius prudentia regeretur. ¶ Deinde cum dicit: Natura igitur zc. Comparat predictas cōicationes ad inuicem. & primo fm ueritatem. Secundo excludit errorem: ibi: Verum apud barbaros zc. Concludit ergo primo ex predictis ꝙ femina & seruus naturaliter distinguuntur.

> Natura igitur distincta sunt femina & seruus. nihil enim natura facit tale quale statuarii Delphicum gladium ob inopiam: sed unum ad unū. Sic enim optime instrumenta proficiēt si eorum singula non multis sed uni deseruiant. Verum apud barbaros femi-

Femina enim naturaliter est disposita ad generandum ex alio: nō autem est robusta corpore quod requiritur in seruo. Et sic predicte due cōicationes ab inuicem differunt. Causas aūt premisse distinctionis assignat ex hoc ꝙ natura nō facit aliquod tale sicut illi q fabricant ex ere: id est ex metallo: Delphicū gladiū pro aliquo paupere. Apud Delphos enim fiebant quidam gladii quoꝝ unus ad plura ministeria deputabat᷑: puta: si unus gladius esset ad incidēdū: ad limandū & ad aliqua alia hmōi. Et hoc fiebat propter pauperes qui nō poterant plura instrumenta habere. Natura aūt sic nō facit ut unum deputet ad diuersa officia: sed unum deputat ad unum officium. Et propter hoc femina non deputatur a natura ad seruiendum: sed ad generandum: sic enim optime fient omnia quando unum instrumentū non deseruit multis operibus sed uni tm̄. Sed hoc est intelligendum qn̄ accideret impdimentū in utroq; uel altero duoꝝ operum quibus idem instrumentū attribueretur: utputa: si oporteret utrunq; opus frequenter simul exercere. Si aūt per uices diuersa opera exerceantur: nullum impedimentum sequitur si unum instrumentum pluribus operibus accōmodetur. Vnde & lingua congruit in duo opera nature. s. in gustum & locutioem: ut dicitur in tertio de anima. Non enim hec duo opera fm idem tempus sibiinuicem coincidunt. ¶ Deinde cum dicit: Veꝝ apud barbaros zc. Excludit errorem contrarium: & primo ponit errorem. Secundo ostendit causam erroris: ibi: Causa uero huius est zc. Dicit ergo primo ꝙ apud barbaros femina & seruus habentur quasi eiusdem ordinis: Nam utuntur feminis quasi seruis. Potest aūt hic esse dubium qui dicantur Barbari. Dicunt enim quidam omnem hominem Barbarū esse ei qui linguam eius nō intelligit. Vnde & Aplus dicit: Si nesciero uirtutem uocis ero ei cui loquar barbarus & qui loquitur mihi barbarus. Quibusdam aūt uidetur illos barbaros dici: qui nō habent literalem locutionem suo uulgari idiomati respondentem. Vnde & Beda dicitur in linguam Anglicam liberales artes transtulisse: ne Anglici barbari reputarentur. Quibusdā autem uidetur barbaros esse eos qui ab aliquibus legibus nō reguntur. Et quidem omnia aliqualiter ad ueritatē accedunt: in nomine enim barbari extraneum aliquod intelligitur. Potest enim aliquis homo extraneus dici: uel simpliciter uel quo ad aliquem. Simpliciter quidem extraneus uidetur ab humano genere qui deficit ratione fm quā homo dicitur: & ideo simpliciter barbari nominantur illi qui ratione deficiunt: uel propter regionem celi quā intemperatam sortiuntur: ut ex ipsa dispositione regionis hebetes ut plurimū inueniantur: uel etiam propter aliquā malam consuetudinē in aliquibus terris existentem ex qua prouenit ut homines irrationales & quasi brutales reddantur. Manifestū est autem ꝙ ex uirtute rationis procedit ꝙ homines rationabili iure regantur: ꝙ in litteris exercitentur. Vnde barbaries conuenienter hoc signo declaratur: ꝙ homines uel non utuntur legibus: uel irrationabilibus utuntur: & similiter ꝙ apud aliquas gentes non sint exercitia litterarum. Sed quo ad aliquem dicitur esse extraneus: qui cum eo nō cōmunicat. Maxime autem homines nati sunt sibi cōmunicare per sermonē: & fm hoc illi qui suum inuicem sermonem non intelligūt barbari ad seipsos dici possunt. Phus autem loquitur hic de his

qui sunt simpliciter Barbari. ¶Deinde cum dicit: Causa uero huius est zc̄: Assignat causā predicti erroris. Et dicit ꝙ causa eius est Quia apud Barbaros non est principatus ſm naturam. Dictum est enim supra: quod principans ſm naturam est qui potest mente preuidere. Seruus aūt qui potest ope exequi. Barbari autē ut plurimum inueniūtur corpore robusti & mente deficientes. Et ideo apud eos non potest esse naturalis ordo principatus & subiectionis: Sed apud ipsos fit quedam cōmunicatio serue & serui id est communiter utūtur serua .s. muliere et seruo. & quia naturaliter nō est principatus in Barbaris: sed in his qui mente habundant. Propter hoc dicunt poetę ꝙ congruum est qd' Gręci qui sapientia prediti erāt principentur: ac si idem sit naturaliter esse Barbarum & esse seruum. Cū aūt ecōuerso est: sequit̄ puersio & inordinatio in mundo ſm illud Salomōis ¶Vidi seruos in equis & Principes ambulantes sicut fuos super terram ¶Deinde cum dicit: Ex his duabus igit̄ zc̄. Determinat de cōmunitate domus quę constituit̄ ex pluribus cōmunicatiōib; personalibus. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit ex quibus cōsistat ista cōitas. Secūdo ostēdit ad qd sit: ibi

na & seruus eodem gradu habentur. Causa uero huius est: quoniā quod natura dominetur non habent: sed fit eorum societas ex seruo & serua q̄obrem aiunt poetæ Græcos barbaris dominari oportere: quod idem sit natura barbarus & seruus. Ex his duabus igitur societatibus domus prima. Recteq; Hesiodus inquit: domum in primis: mulieremq;: & bouem aratorē. Bos enim pro seruo pauperibus est. Quotidiana igitur societas secundum naturam constituta domus est quos Charundas quidem Homosyphioes. Epimenides uero Cretensis Homocapnos appellat. Sed quæ ex pluribus domibus constituitur societas prima uti-

Quotidiana zc̄. Tertio ostēdit quō noiant̄ q in hac cōitate sunt: ibi: Quos charundas zc̄. Dicit ergo primo ꝙ ex predictis duabus cōmunitatibus psonalibus quaꝝ una est ad generationem alia ad salutem cōstituitur prima domus. Oportet enim in domo esse uirum & feminā & dn̄m & seruum. Ideo aūt dicitur domus prima: quia est & alia communicatio personalis quę inuenit̄ in domo .s. patris & filii quę ex prima causatur. Vnde prime due sunt primordiales. & ad hoc iduci: uerbū Hesiodi poetę q̄ dixit ꝙ domus habet hęc tria Dn̄m qui preeminet: & mulierē & bouem ad arandū. In paupere eni domo bos est loco ministri. Vtitur eni homo boue ad exequendū aliquod opus sicut & ministro ¶Deinde cū dicit. Quotidiana igit̄ societas zc̄. Ostēdit ad quid ordinet̄ cōitas domus. Vbi cōsiderandū est ꝙ ois humana cōicatio est ſm aliquos actus. Actuū autē humanoꝝ quidā sunt quotidiani sicut cōmedere calefieri ad ignē & alia huiusmōi. Quidā aūt nō sunt quotidiani sicut mercari pugnare & alia huiusmodi. Naturale est aūt hōibus ut in utroq; genere opeꝝ sibi cōicēt se inuicē iuuātes. Et ideo dicit ꝙ nihil aliud est domus quā quedā cōitas ſm naturā cōstituta in oēm diē .i. ad actus q occurrūt quotidie agendi. Et hoc manifestat cōsequēter p noīa. quidā eī charūdas noīe noīat eos qui cōicāt in domo homosyphioes quasi unius pulmēti: quia cōicāt in cibo. Quidā aūt alius noīe Epimenides natione Cres uocat eos Homocapnos quasi unius fumi quia sedēt ad eūdē ignē ¶Deinde cū dicit: Sed quę ex pluribus do. zc̄. Ponit tertiā cōitatē .s. uici. Et primo ostēdit ex quibus sit ista cōitas & propter quod. Secundo ostendit quod sit naturalis: ibi: Maxime uero ſm naturā zc̄. Dicit ergo primo ꝙ prima cōicatio quę est ex pluribus domibus uocat̄ uicus & dicit̄ prima ad differētiā secūde quę est ciuitas: hec aūt cōitas nō est cōstituta in diem sicut dicit de domo sed est instituta gr̄a usus nō diurnalis. Illi eni qui sunt cōuicanei nō cōmunicāt sibi in actibus quotidianis in quibus communicant sibi illi qui sunt unius domus: sicut

est commedere: sedere ad ignem & huiusmodi. Sed communicant sibi in aliquibus exterioribus actibus non quotidianis. ¶Deinde cum dicit: Maxime uero sm naturã zč. Ostendit quod communitas uici sit naturalis. Et primo ostendit propositum per rationem. Secundo per quędam signa: ibi: Quapropter primo zč. Dicit ergo primo ꝙ uicinia domorum quę est uicus maxime uidetur esse sm naturam. Nihil enim est magis naturale quaꝫ propagatio multorũ ex uno in animalibus: et hoc facit uiciniã domorum. Hos enim qui habẽt domos uicinas quidam uocant collactaneos pueros ꝗ idest filios & filiorum filios idest nepotes. Vt ĩtelligamus quod huiusmodi uicinia domorũ ex hoc primo processit: ꝙ̃ filii & nepotes multiplicati instituerũt diuersas domos iuxta se habitantes. Vnde cum multiplicatio prolis sit naturalis: sequitur ꝙ communitas uici sit naturalis. ¶Deinde cum dicit: Quapropter primo zč. Manifestat idẽ per signa. Et primo sm ea quę uidemus in hominibus. Secundo sm ea quę dicebant de diis: ibi: Et deos ob hoc zč. Dicit ergo primo ꝙ quia ex multiplicatione prolis constituta est uicinia. Ex hoc ꝓcessit ꝙ a principio quęlibet ciuitas regebatᷣ a rege. & adhuc aliquę gentes habẽt regẽ. Et si singule ciuitates singulos reges nõ habeãt: & hoc ideo ꝙ ciuitates & gentes cõstituuntᷣ ex his qui sunt subiecti regi. Quomodo aũt signum hoc respondeat pręmissis. ostendit per hoc ꝙ̃ subditur. Quia omnis domus regitur ab aliquo antiquissimo: sicut a patrefamilias reguntur filii. Et ex inde contigit quod etiam tota uicinia quę erat instituta ex consanguineis regebatur propter cognationem ab aliquo qui erat principalis in cognatione sicut ciuitas regitur a Rege. Vnde Homerus dixit: ꝙ unusquisꝗ uxori & pueris suis instituit leges: sicut Rex in ciuitate. Ideo autem hoc regimen a domibus & uicis processit ad ciuitates: Quia diuersi uici sunt: sicut ciuitas diuisa in diuersas partes. Et ideo antiquitus habitabãt homines dispersi per uicos: non autem congregati in unam ciuitatem. Sic ergo patet quod regimẽ Regis super ciuitatem uel gẽtem processit a regimine antiquioris in domo uel uico. Deinde cum dicit: Et deos ob hoc zč. Ponit aliud signum per ea quę de diis dicebãtur. Et dicit: quod propter premissa omnes gentiles dicebant ꝙ eorum dii regebantur ab aliquo Rege: dicentes Iouem esse Regem deorum: & hoc ideo. Quia homines adhuc aliqui Regibus reguntur. Antiquitus autem fere omnes regebantur Regibus. Hoc autem fuit primum regimen ut infra dicetur. Homines autem sicut assimilant sibi species deorũ: idest formas eoꝝ: estimãtes deos esse in figura quorundã hoim: ita & assimulãt sibi uitas deorũ .i. cõuersatiões: estimãtes eos cõuersari sm ꝙ uidẽt cõuersari hoies. Hic Aristoteles noiat more Platonicoꝝ subãs sepatas a materia ab uno tm̃ summo deo creatas quibus gentiles

litatis gratia nõ quotidiane pagus est: Maxime uero secundum naturam uidetur pagus propagatio quædam esse domus quos dicimus coaluisse: & natos esse natorum: Quapropter primo sub regibus ciuitates erant: nunc uero etiam gentes. Nam ex his qui suberant regno accreuerunt. Omnis autem domus regitur a seniore: itaꝗ & genera inde propagata propter consanguinitatem. Et hoc est ꝙ inquit homerus: Iura dãt singuli natis & uxoribus. sparsim namꝗ & sic antiquitus habitabãt. Et deos ob hoc ipsum putant cuncti regem habere: Quoniam & ipsi partim nunc: partim antiquitus sub regibus degebãt. Quemadmodũ uero

erronee & formas & conuersationes hominū attribuebāt: ut hic Philosophus dicit. Quę autem ex pluribus pagis zc̄. Postq̄ Philosophus determinauit de cōmunitatibus ordinatis ad ciuitatem: hic determinat de ipsa cōmunitate ciuitatis. Et diuiditur in partes tres. primo ostendit qualis sit ciuitatis cōmunitas. Secundo ostendit ꝙ est naturalis: ibi: Quapropter omnis ciuitas zc̄. Tertio agit de institutōne ciuitatis: ibi: Ex his igitur patet zc̄. Circa

formas humanas diis attribuunt homines sic etiā et uitas. Quæ aūt ex pluribus pagis cōficitur societas ciuitas est. Quæ quidē (ut ita dixerim) totius sufficiētie finem habet. Constituta quidem gratia uiuendi: existēs autē bene uiuendi gratia: quapropter omnis ciuitas natura est: siquidem & primę societates: nam hic illarum est finis. Natura uero finis est: quale enim unumquodq; est generationis perfecte. Hanc uniuscuiusq; naturam esse dicimus: ceu hominis: equi domus: insuper cuius gratia & finis optimum sufficientia uero finis & optimū. Ex his igitur patet ciuitatem esse ex his quæ

primum ostendit conditionem ciuitatis quātum ad tria. Primo ostēdit ex quibus fit ciuitas. Quia sicut uicus constituitur ex pluribus domibus: ita ciuitas ex pluribus uicis. Secūdo dicit ꝙ ciuitas est communitas perfecta: ꝙ ex hoc probat. Quia cum omnis communicatio omnium hominum ordinetur ad aliquid necessariū uitę illa erit perfecta cōmunitas quę ordinatur ad hoc ꝙ homo habeat sufficienter quicquid est necessarium ad uitā: talis autem cōmunitas est ciuitas. Est enim de ratione ciuitatis ꝙ in ea inueniantur omnia quę sufficiant ad uitam humanam: sicut contingit esse. Et propter hoc componitur ex pluribus uicis: in quoꝝ uno exercetur ars fabrilis: in alio ars textoria: & sic de aliis. Vnde manifestum est ꝙ ciuitas est cōmunitas perfecta. Tertio ostēdit ad quid ciuitas ordinata sit. Est enim primitus facta gratia uiuendi: ut. s. homines sufficienter inuenirent unde uiuere possent. Sed ex eius esse prouenit ꝙ homines non solū uiuant: sed ꝙ bene uiuant inquantum per leges ciuitatis ordinatur uita hominum ad uirtutes. ¶ Deinde cū dicit: Quapropter oīs ciuitas zc̄. Ostendit ꝙ cōmunitas ciuitatis est naturalis. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod ciuitas est naturalis. Secundo ꝙ homo est naturaliter animal ciuile: ibi: Ex his igit̄ patet zc̄. Tertio ostendit quid sit prius sm̄ naturam: utrum unus homo: aut domus: uel ciuitas: ibi: Et certe sm̄ naturam zc̄. Circa primum ponit duas rationes: quarum prima talis est. Finis rerum naturalium est natura ipsarum. Sed ciuitas est finis prędictarum communitatum: de quibus ostensum est ꝙ sunt naturales: ergo & ciuitas est naturalis. Quod autem natura sit finis rerum naturaliū: probat ibi: Quale enim zc̄. tali rōne. Illud dicimus esse naturā uniuscuiusq; rei ꝙ cōuenit ei quando est eius generatio perfecta: sicut natura hominis est quā habet post perfectionē generationis ipsius: & similiter est de equo & de domo. Vt tamen natura domus intelligatur forma ipsius. Sed dispositio rei quam habet perfecta sua generatione est finis omnium eorum quę sunt ante generationem ipsius: ergo illud qđ est finis naturalium principiorū ex quibus aliquid generatur est natura rei. Et sic cum ciuitas generetur ex pręmissis communitatibus quę sunt naturales: ipsa erit naturalis. Secundā rationē pōit: ibi: Insuper cuius gratia zc̄. quę talis est: Illud quod est optimum in uno quoq; est finis & cuius gratia aliquid fit: sed habere sufficientiam est optimum: ergo habet rationem finis. Et sic cum ciuitas sit communitas habens per se sufficientiam uitę: ipsa est finis pręmissarum communitatum. Vnde patet quod hęc secunda ratio inducitur ut probatio minoris pręcedentis rationis. ¶ Deinde cum dicit. Ex his igitur patet ciuitatem esse ex zc̄. Ostendit quod homo

sit naturaliter Ciuile aial. Et primo concludit hoc ex naturalitate ciuitatis. Secundo probat hoc per operationem propriam ipsius: ibi: Ex quo patet sociale animal zc. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo excludit dubitationem: ibi: Et qui absq; ciuitate est zc. Concludit ergo primo ex premissis ꝙ ciuitas est eorum que sunt sm naturam. Et cum ciuitas non sit nisi congregatio hominum: sequitur quod homo sit animal naturaliter ciuile Posset autem hoc alicui uenire in dubium: ex hoc ꝙ ea que sunt sm naturam omnibus insunt. Non autẽ omnes homines inueniuntur esse habitatores ciuitatum. Et ideo ad hanc dubitationez excludendam consequenter dicit: Quod aliqui sunt non ciuiles propter fortunam: utpote: quia sunt expulsi de ciuitate uel propter paupertatem: necesse habent excolere agros aut animalia custodire. Et hoc patet quod non est contrarium ei qđ dictum est: quod homo sit naturaliter ciuilis: quia et alia naturalia aliquando deficiunt propter fortunã puta: cũ alicui amputantur manus uel cũ priuatᷓ cibo. Sed si aliqs homo hẽat ꝙ nõ sit ciuilis propter naturã: aut nequã est: utpote: cum hoc cõtingit ex corruptione nature humane: aut potior q̃ homo inquantum. s. habet naturam perfectiorez aliis hominibus cõmuniter: ita qđ per se sibi possit sufficere absq; hominum societate. Sicut in Iohãne baptista & beato Antonio heremita. Et inducit hoc uerbum homeri maledicentis quendam qui non erat ciuilis propter prauitatem. Dicit enim de ipso ꝙ erat sine tribu: quia non poterat cõtineri uinculo amicitie. Et sine iure: quia nõ poterat contineri sub iugo legis. Et sceleratus: quia non poterat contineri sub regula rationis: Quia aut est talis sm naturam simul cum hoc oportet ꝙ habeat quod sit cupidus belli: quasi litigiosus & sine iugo existẽs. Sicut uidemus ꝙ uolatilia que non sunt socialia sunt rapacia ¶ Deinde cum dicit: Ex quo patet sociale animal zc. Probat ex propria operatiõe hominis quod sit animal ciuile: magis etiam q̃ apis & q̃ quodcũq; gregale animal tali ratione. Dicimus enim ꝙ natura nihil facit frustra: quia semper operatur ad finem determinatum. Vnde si natura attribuit alicui rei aliquid qđ est de se ordinatũ ad aliquẽ finem: sequitur ꝙ ille finis detur illi rei a natura. Videmus aũt ꝙ cum quedam alia aialia habeant uocem: solus homo supra alia aialia habet locutionẽ. Nam & si quedam aialia locutionẽ humanã ꝓferant: nõ enim ꝓprie loquũtur: quia nõ intelligunt quid dicũt: sed ex usu quodam tales uoces ꝓferunt. Est aũt differentia inter sermonẽ & simplicẽ uocem. Nam uox est signũ tristitie & delectatiõis & per cõsequẽs aliaꝝ passionũ: ut ire & timoris que omnes ordinant ad delectationẽ & tristitiã: ut in secũdo Ethicoꝝ dicit. Et ideo uox datᷓ aliis aialibus quoꝝ natura usq; ad hoc ꝓuẽit ꝙ sentiãt suas delectationes & tristitias. Et hoc sibi inuicem significent per aliquas naturales uoces. Sicut leo per rugitum: & canis per latratum loco quorum nos habemus interiectiones. Sed locutio humana significat quid est utile & quid nociuum ¶ Ex quo sequitur quod significet iustum & iniustum:

natura sunt: et ꝙ homo natura ciuile sit animal Et qui absq; ciuitate est per naturã: nõ per fortunam: aut nequã est aut potior quã homo. Vt ab Homero per contumeliam increpatur: sine tribu: sine iure: sine domo. nã simul talis est & belli cupidus. Ex quo patet sociale animal esse hominem magis q̃ omnis apes: & quã omne gregarium. Nihil enim (ut diximus) frustra natura facit. Sermonem uero homo habet solus omniũ animalium. Nam uox quidem molesti atq; iucũdi significatio est: Quapropter aliis quoq; existit animalibus: hucusq; enim natura processit: in his ut sensum habeant iucũdi & molesti: & hoc ĩter se significare possint At sermo ad hoc datus est nobis ut ostẽdamus utilitatem & damnũ: atq; ita iustũ & ĩiustũ. Hoc eni preter cetera aĩalia hõibus

Consistit enim iustitia & iniustitia ex hoc ꝙ aliqui adequentur uel nõ ęquentur in rebus utilibus & nociuis. Et ideo locutio est propria hominibus: quia hoc est propriũ eis in cõpositione ad alia animalia ꝙ habeant cognitionem boni & mali: ita & iniusti & aliorum huiusmodi quę sermone significari possunt. Cum ergo homini datus sit sermo a natura & sermo ordinetur ad hoc ꝙ homines sibiinuicem cõmunicent in utili & nociuo: iusto & iniusto: & aliis huiusmõi. Sequitur: ex quo natura nihil facit frustra ꝙ naturaliter homines in his sibi cõmunicent: Sed cõmunicatio in istis facit domũ & ciuitatem: Igitur homo est naturaliter animal domesticum & ciuile. ¶ Deinde cum dicit: Et certe sm naturam prius est Ciuitas &c. Ostendit ex premissis ꝙ Ciuitas sit prior sm naturam q̃ domus: uel q̃ unus homo singularis tali ratione: Necesse est totũ esse prius parte: ordine scʒ naturę & perfectiõis. Sed hoc intelligendum est de parte materię: non de parte speciei: ut ostẽditur in. vi. Methaphisycę. Et hoc sic probat: Quia destructo toto homine: non remanet pes neq; manus nisi ęquiuoce: eo modo quo manus lapidea posset dici manus. Et hoc ideo: quia talis pars corrumpit̃ corrupto toto: Illud autem quod est corruptum non retinet speciem a qua sumit̃ ratio diffinitiua. Vñ patʒ ꝙ nõ remanet eadẽ ratio nõis: & sic nomẽ ęquoce prędicat̃. Et ꝙ pars corrumpat̃ corrupto toto ostendit per hoc ꝙ omnis pars diffinitur per suam operationem & per uirtutem qua operatur. Sicut diffinitio pedis est ꝙ sit membrum organicum habens uirtutem ad ambulandum. Et ideo ex quo iam non habet talem uirtutem & operationem: nõ est idem sm speciem: sed ęquiuocę dicitur pes. Et eadem ratio est de aliis huiusmodi partibus quę dicuntur partes materię: in quaꝝ diffinitione ponitur totum: sicut & in diffinitione semicirculi ponitur circulus. Est enim Semicirculus media pars circuli. Secus autem est de partibus speciei quę ponuntur in diffinitione totius: sicut lineę ponuntur in diffinitione trianguli. Sic igitur patet ꝙ totum est prius naturaliter q̃ partes materię: quãuis partes sint priores ordine generationis: Sed singuli homines comparantur ad totam Ciuitatem sicut partes hominis ad hominem: Quia sicut manus aut pes non potest esse sine homine: ita nec unus homo est per se sibi sufficiens ad uiuendum separatus a Ciuitate. Si autem contingat quod aliquis non possit communicare societate Ciuitatis propter suam prauitatem: est peior quam homo & quasi bestia. Si uero nullo indigeat & quasi habens per se sufficientiam: & propter hoc non sit pars Ciuitatis: est melior q̃ homo: Est enim quasi quidaʒ deus. Relinquitur ergo ex premissis ꝙ Ciuitas est prius sm naturam q̃ unus homo.

proprium est: ut boni & mali: ac iusti & iniusti: aliorum huiusmodi sensum habeant soli. Horumq; societas facit Domũ & Ciuitatem. Et certe secũdum naturam prius est Ciuitas q̃ domus: & q̃ singuli nostrum: Nam totum prius esse q̃ partem necessarium est. perempto enim toto non erit pes nec manus: nisi æquiuoce: ueluti: si quis dicat lapideam: nam corrupta qdem erit talis. Cũcta quidẽ opere diffinita sunt: & potẽtia. Itaq; cũ amplius nõ sint talia: non est dicendum illa esse eadem: sed æquiuoca. Esse igitur Ciuitatem natura: & prius q̃ singuli manifestũ est. Si enim nõ est sufficiens unusquisq; seperatus: perinde se habet ac reliquæ partes ad totum. Qui autem in communi societate nequit esse: quiq; nullius indiget propter sufficientiam: nulla pars est Ciuitatis. Quare aut bestia: aut deus.

Deinde cum dicit: Natura igitur omnibus zc̃. Agit de institutione ciuitatis concludens ex premissis ꝙ in omnibus hominibus est quidam naturalis impetus ad communitatem ciuitatis: sicut & ad uirtutes. Sed tñ sicut uirtutes acquiruntur per exercitiũ humanum: ut dicitur in secundo Ethicorũ: ita ciuitates sunt institute humana industria. Ille autem qui primo instituit ciuitatem fuit causa hominibus maximorum bonorũ. Homo enim est optimum animaliũ si perficitur in eo uirtus ad quam habet inclinationem naturalem. Sed si sit sine lege & iustitia homo: est pessimum omnium animalium: qđ sic probat. Quia iniustitia tanto est seuior quãto plura habet arma idest adiumenta ad male faciendum: homini autem sm suam naturam cõuenit prudentia & uirtus quę de se sunt ordinata ad bonum: sed quando hõ est malus utitur eis quasi quibusdam armis ad male faciendum sicut per astutiam cogitat diuersas fraudes: & per abstinentiam potẽs fit: ad tollerandum famem & sitim ut magis in malitia perseueret: & similiter de aliis. et inde est ꝙ homo sine uirtute quantum ad corruptionem irascibilis maxime scelestus & siluestris: utpote: crudelis & sine affectione. Et quantum ad corruptionem concupiscibilis est pessimus quantum ad uenerea: & quantum ad uoracitatem ciborum. Sed homo reducitur ad iustitiam per ordinem ciuilem. quod patet ex hoc: ꝙ eodem nomine apud Grecos nominatur ordo ciuilis: cõmunitatis & iudiciũ iustitie. s. dike. Vnde manifestũ est ꝙ ille qui ciuitatem instituit abstulit hominibus quod essent pessimi: & reduxit eos ad hoc quod essent optimi sm iustitiam & uirtutes.

Natura igitur omnibus ad huiusmodi societatem est appetitus. Qui autem primus instituit maximorum bonorum causa fuit: ut eñi perfectione suscepta optimum cunctorũ animalium est homo: ita si alienus fiat a lege & a iudiciis: pessimum est omnium animalium Seuissima est enim iiustitia tenẽs arma. Homo uero arma tenet per innatam prudẽtiam atq; uirtutem: quibus plurimum ualet in cõtrarium uti. Itaq; impiissimum & immanissimum est sine uirtute: & ad libidinem cibationemq; deterrimum. Iustitia uero ciuile quiddam est. Nam ius ordinatio est ciuilis societatis. Iudicatio autẽ iusti iudicium. Quoniam declaratum est quibus ex partibus sit cõstituta ciuitas: necessarium uidetur primum de re domestica dicere. Omnis enim ciuitas ex domibus constat. Rei domestice rursus partes sunt ex quibus domus est constituta.

Quoniam declaratum est quibus ex partibus zc̃. Posito prooemio in quo ostendit conditionem ciuitatis & partium eius: hic accedit ad tradendam scientiam politicam. Et primo sm preassignatum modum determinat ea quę pertinent ad primas partes ciuitatis. Secundo determinat ea que pertinent ad ipsam ciuitatem in secũdo libro qui incipit ibi: Quoniam proposuimus considerationem facere zc̃. Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum: ibi: De his utiq; zc̃. Circa primum duo facit. Primo de quibus intendit determinare. Secũdo quo ordine: ibi: At primũ de seruo & dño zc̃. Circa primum duo facit. Primo dicit ꝙ est determinãdũ de his que pertinent ad domum. Secundo enumerat ea quę pertinent ad domum: ibi: Domus aũt perficitur zc̃. Dicit ergo primo quod manifestũ est per premissa ex quibus partibus ciuitas constat. & oportet ad cognoscendũ totũ pcognoscere partes ut supra habitũ est. Necesse est ut primum dicamus de iconomia quę est dispensatiua uel gubernatiua domus: Quia omnis ciuitas componitur ex domibus sicut ex partibus. Deinde cum

dicit:Domus autem perficitur zc·Enumerat ea quę pertinent ad domũ·Et primo ea quę pertinent ad ipsam sicut partes· Secundo ea quę pertinẽt sicut necessaria partibus:ibi: Est insuper quedã pars zc·Dicit ergo primo ꝙ partes domus sunt ex quibus domus consti/tuit· Omnis aũt domus:idest domestica familia si sit perfecta constat ex seruis & liberis Dicit autẽ perfecta:Quia in domo pauperis est bos pro ministro ut supra dictum est · Et

Domus autẽ perficitur ex seruis & liberis. Cum uero prima quæq; sint in minutissi/mis perquirenda. Primæ uero ac minutissimæ partes domus existant dominus & seruus: maritus & uxor: pater & filii · De his utiq; tribus considerandum fuerit qd unũquodq; & quale esse oportet:hoc est de do/minica:de coniugali:de paterna disciplina Est insuper quædam pars quæ uidetur quibusdam esse disciplina rei familiaris:Qui/busdã uero maxima eius pars. Loquor aũt de illa parte quæ uersatur circa acquirẽdũ quæ & ipsa quẽadmodũ se habeat conside randum erit. At primũ de seruo & domino dicamus ut que necessaria sunt intueamur & si quid de his melius cõprehẽdere possimus q̃ ea quæ nũc existimãtur. Quibusdã porro uidetur scĩa quædam esse dominatio [illegible]

quia unũquodq; ꝙ in multis considerari potest primo querẽdum est in paucioribus et simplicibꝫ:ut facilior sit doctrina· Ideo dicẽdũ est ꝙ prime & minime ptes domus sunt he tres cõbinatiões·s·domini & serui:mariti & uxoris:pr̃is & filii·quę quidẽ tertia ex secũda orit:& ideo supra eam pretermisit · Et ideo de istis tribus cõsiderandum est quid unũquodq; sit·Et cõsequẽter ponit noĩa harꝫ combinationum & dicit Qꝺ combinatio dñi & serui uocat dñatiua· Conbinatio aũt uiri & fe/mine non erat noĩata suo tempore sed ipse nominat eam coniugalem quam nos matrimoniũ uocamus· Similiter & tertia cõbinatio patris & filii non habebat proprium no/men:sed ipse uocat eam paternam ¶Deinde cum dicit:Est insuper zc· Ponit ea quę pertinent ad necessa/ria domus:& dicit: Qꝺ est quedaꝫ alia pars iconomice quę uocat pe/cunialis:quę quibusdam uidet esse tota iconomia:quibusdam uero maxima pars est eo ꝙ dispensatio domus maxime consistit in acquisitione & conseruatione pecunie:Et de hac etiam parte considerãdum est quõ se habeat· ¶Deinde cum dicit:At primũ de seruo & dño dicamus zc·Dicit quo ordine de his sit agendum:& dicit ꝙ primo dicẽdũ est de dño & seruo:& hec consideratio ad duo erit utilis·Primo quidẽ ut possimus cognoscere eã quę sunt oportuna in talibus ·s·ad exercendum dominiũ in seruos·Secũdo ualet ad sciam ut per hoc possimus accipere aliquid melius his quę antiqui sunt opinati de dominio & seruitute· ¶De inde cũ dicit: Quibus/dam porro zc·Determinat ea quę ꝓposuit:& diuiditur in partes duas· In prima determi/nat de cõbinatione dñi & serui·In secũda de aliis duabus cõbinatiõibus:ibi:Quoniã aũt tres ptes iconomice zc·Prima diuidit in duas·In prima determinat de combinatione dñi & serui·Et qa seruus est quedã possessio:ideo in secũda pte determinat de alia parte iconomie quę est pecuniatiua uel possessiua:ibi:Totaliter aũt de uniuersa possessi· zc·Circa pri/mum duo facit·Primo narrat opiniones quorundã de dominio & seruitute·Secundo de/terminat ueritatem de eis:ibi : Cum igit possessio zc·Circa primum ponit duas opiniões quaꝝ una est ꝙ despotica·i·dñatiua est quedã scĩa qua aliquis scit dñari seruis &ꝙ est idẽ cũ iconomia qua aliquis scit gubernare domũ :& cũ Politica & regnatiua qua aliquis scit gubernare ciuitatẽ sicut in prooemio dictũ est· Alia opinio est ꝙ hr̃e seruũ sit preter na/turã & ꝙ sola lege sit ordinatũ:Quia quidã sunt serui:& quidã liberi:& ꝙ differẽtia sit inter eos sm naturã·Vnde ulterius inducit ꝙ est iniustũ esse aliquos seruos ·Ex quadã eniꝫ

uiolentia prouenit ꝙ quidam alios sibi subiiceret in seruos. ¶ Deinde cum dicit: Cum igitur possessio zc̃. Determinat ueritatem de dominio & seruitute: & primo determinat rationem seruitutis. Secundo inquirit de opinionibus premissis: ibi: Vtrũ uero sit aliquis naturalis zc̃. Circa primũ duo facit. Primo premittit quedã necessaria ad cognoscendum rationem seruitutis. Secundo concludit ex premissis diffinitiõem Serui: ibi: Que igitur sit natura zc̃. Circa primum quattuor ponit: quoꝝ primũ est ꝙ possessio sit quedam pars domus: & ꝙ ars possessiua sit quedã pars iconomię. Et hoc ideo: quia impossibile est ui uere in domo sine necessariis ad uitam: quę per possessiones habentur & hoc ꝓbat per similitudinẽ in artibus: uidemus enim ꝙ unicuiq; arti necessarium est habere cõuenientia instrumenta si debeat perficere opus suum: sicut Fabro necesse est habere martellum si debeat facere cultellum. Et hoc modo gubernatori domus necesse est hr̃e res possessas ad proprium opus sicut instrumenta ¶ Secũdo ibi: Instrumentoꝝ uero zc̃. Ponit unã diuisionem instrumentoꝝ dicens ꝙ instrumentorum quędam sunt animata & quędam inanimata: Sicut gubernatori nauis inanimatum instrumentum est gubernaculum: instrumentum aũt eius animatũ est Proratius: id est ille qui custodit anteriorem partem nauis quę uocat̃ prora: & obedit gubernatori. Minister enim in artibus habet rationem instrumẽti: quia sicut instrumentũ mouet̃ ab artifice: ita etiam mouetur ad imperium precipiẽtis. Et sicut est in operibus artis duplex instrumẽtũ: ita etiam in domo est instrumentum inanimatũ ipsa res possessa: puta: lectus uel uestis: quę est instrumentũ quoddam deseruiens uitę humanę. Et multitudo talium instrumentoꝝ est tota possessio domus. Cum aũt seruus sit quędã res possessa animata: sequitur ꝙ sit organum animatũ deseruiens uitę domesticę. Est autem hmõi organum animatũ quod est minister in artibus & seruus in domo instrumentũ super alia instrumenta: quia .s. ipse utit̃ aliis instrumentis & mouet ea: & ad hoc indigemus ministris & seruis. Principales enim artifices qui Architectores dicunt̃ nõ indigerent ministris: neq; dñi domoꝝ indigerẽt seruis si unumquodq; instrumentũ inanimatũ posset imperium dñi agnoscens ipm ꝑficere opus suum: puta: ꝙ pectines per se pectinarent & plectra per se citharizarent: sicut dicit̃ de

eademq; esse disciplina domestica & dominatio gubernatioq; Ciuitatis & regia: ut in principio diximus. Aliis aũt præter naturã uidetur esse dñatio: quoniã natura nihil differant sed lege dumtaxat inductũ sit ut alii liberi sint: alii serui. quapropter iniustũ: uiolentũ enim. Cum igitur possessio sit pars domus: certe & illa per quã acquirimus pars erit domesticæ disciplinæ: Nã sine necessariis impossibile est & uiuere & bene uiuere Vt uero in artibus necessarium est subesse propria instrumenta: si opus modo confici debeat: sic etiam in re familiari. Instrumentoꝝ uero quædã inanimata sunt: quædam animata: Veluti Gubernatori nauis quidẽ gubernaculum inanime est: qui uero prorã regit animatus. nam minister in artibus locum instrumenti obtinet: sic & acquisitio instrumentũ est ad uitam. res aũt possessæ multitudo instrumentoꝝ: & seruus possessus quid animatũ & tanq̃ instrumentũ: ante instrumentũ omnis minister. Si possent enim instrumenta ad iussum uel ad nutum domini opus suũ cõficere: queadmodũ Dædali aut Vulcani Tripodes: quos inqt Poeta sponte sua diuinũ prodiisse in certamen sic & pectines texerent: & plectra pulsarẽt: nec architecti sane ministris: neq; domini

statua quã fecit Dedalus ꝙ per ingenium argenti uiui mouebat seipsam. Et similiter quidam poeta dicit: ꝙ in quodam templo Vulcani qui dicebatur deus ignis: Tripodes quidã erant sic preparati: ꝙ per artificium humanũ uel per artem Necromantiã per seipsos quasi spontanei uidebãtur subinduere diuinũ agonem: quasi concertando ad seruiendũ in ministerio templi. ¶ Tertio ibi: Que igitur instrumenta dicuntur zc̄. Ponit secundam diuisionem organoꝝ. Organa enim artiũ dicũtur organa factiua. sed res possessa que est organum domus est organum actiuum. Et hanc diuisionem duplici ratione probat. Primo quidem: quia organa factiua dicuntur ex quibus fit aliqd preter ipm usum instrumenti. Et hoc uidemus in ipsis instrumentis artis: sicut ex pectine quo utuntur textores fit aliquid alterum preter usum ipsius. s. pannus. Sed ex rebus possessis que sunt instrumenta domus: nõ fit aliquid aliud preter usum ipsius: sicut ex uestitu & lecto non fit nisi usus eoꝝ. Ergo ista organa nõ sunt factiua sicut organa artium. Secundam rationem ponit ibi: Preterea cũ specie differant zc̄. que talis est: Diuersoꝝ diuersa sunt instrumenta. Sed actio & factio differũt specie: nam Factio est operatio per quã aliquid fit in exteriori materia: sicut secare & urere. Actio aũt est operatio permanens in operante: & pertinet ad uitam ipsius: ut dicitur nono Methaphysice. Ambe aũt he operationes indigent instrumentis. Ergo instrumenta eoꝝ differunt specie. Sed uita: id est cõuersatio domestica nõ est factio sed actio. Ergo seruus est minister & organũ eoꝝ que ptinẽt ad actionem: nõ autem eoꝝ que pertinent ad factionem. ¶ Quarto ibi: Id aũt quod possidetur zc̄. Ostendit qualiter seruus se habet ad dñm: & dicit ꝙ eadem est comparatio rei possesse ad possessorem & partis ad totũ: qñtum ad hoc ꝙ pars nõ dicitur solũ pars totius: sed etiã dicitur simpliciter esse totius: sicut dicimus manũ hominis. Et nõ solum dicimus ꝙ sit pars hõis & simpliciter res possessa: puta uestis non solum dicit̃ ꝙ sit possessio hõis: sed ꝙ simpliciter est hmõi hõis. Vnde cũ seruus sit quedã possessio: seruus nõ solum est seruus dñi: sed est simpliciter illius. Ille aũt qui est dñs nõ est simpliciter serui: sed solũ est dñs eius. ¶ Deinde cum dicit: Que igit̃ sit zc̄. Concludit ex premissis diffinitiõem serui & dicit ꝙ manifestũ est ex predictis que sit natura serui: & potestas eius: quod est officium ipsius. Nã uirtus ad actionẽ refert̃: officiũ aũt est cõgruus actus alicuius. Cũ enim seruus sit hoc ipm quod est alterius: ut dictũ est: quicũq; homo nõ est naturaliter suiipsius sed alterius ipse est naturaliter seruus. Ille aũt hõ nõ est naturaliter suiipsius sed alterius q nõ potest regi nisi ab alio. Hoc aũt cõuertit̃. s. ꝙ quicũq; est res possessa uel seruus alterius est homo alterius. De ratione aũt rei possesse est ꝙ sit organũ actiuũ & separatum. Vnde potest talis diffinitio serui cõcludi. Seruus est organũ aĩatum actiuũ separatũ alterius homo exi

indigerent seruis. Quæ igitur instrumenta dicũtur factiua sunt: quod uero acquirendũ possidemus actiuũ est. A pectine quidẽ enim aliqd fit præter illius usum: a ueste uero atq; lectica usus solũ. Præterea cũ specie differãt facere & agere: & ĩdigeat utrũq; instrumentis: necessarium est & illa eadem habere differentiam. Vita certe actio est & nõ factio. Quapropter seruus minister est ad actiõem: id aũt quod possidetur dicitur queadmodũ & pars. Pars enim nõ solũ alterius est pars: sed etiam omnino alterius. Quapropter dñs serui: est dominus solum: sed illius nõ est: Seruus aũt nõ solum domini seruus: sed omnino illius. Quæ igitur sit natura serui & quæ potestas ex his patet: Qui enim suiipsius nõ est secundũ naturã sed alterius homo: hic natura est seruus. alterius autẽ est qui possidetur homo existẽs instrumentũ ad acquirendũ actiuum & se

stens. In qua quidem diffinitione organum ponitur tanq̃ genus: & adduntur quinq; differentię. Per hoc enim ꝙ dicit̃ animatũ: distinguitur ab instrumentis inaïatis. Per hoc aũt ꝙ dicit̃ Actiuũ: distinguitur a ministro artificis: qui est organũ aïatum factiuum. Per hoc aũt ꝙ dicit̃ Alterius existens: distinguit̃ a libero qui q̃nq; ministratur in domo non sicut res possessa: sed sponte uel mercede conductus. Per hoc aũt ꝙ dicit̃ Separatũ: distinguit̃ a parte quę est alterius nõ separata: sicut manus. Per hoc ꝙ dicit̃ Homo existens: distinguitur a brutis aïalibus q̃ sunt res possessę separatę.

parabile. ¶ Vtrum uero sit aliquis natura talis uel non: & utrum melius ac iustius sit alicui seruire uel nõ: sed omnis seruitus sit præter naturam: considerãdum postea erit. Nec sane difficile est ratione prospicere: & ex his quæ fiũt cognoscere: Imperare enim & parere nõ solum necessariorum est: ueꝝ etiam utilium: ac statim ex generatiõe quædam distincta sunt: alia quidem ad imperandum: alia uero ad parendum. Et semper melius imperium meliorum parẽtium est: ceu hominis q̃ bestiæ: nam quod a melioribus pficitur melius est opus: ubi uero aliud impat aliud paret est aliquod hoꝝ opus

Vtrum uero sit aliquis natura talis zc. Postq̃ Phs ostẽdit rationem & uirtutẽ serui: hic procedit ad inuestigandum de opinionibus supra positis: & primo inquit: Vtrũ seruitus sit naturalis. Secundo utrũ dñatiua sit idẽ q̃d Politica: ibi: Patet aũt ex his zc. Circa primũ tria facit. Primo mouet dubitatiõem. Secundo determinat eam approbando unã partem: ibi: Nec sane difficile zc. Tertio ostendit quõ etiam alia pars dubitatiõis habet aliqualiter ueritatem: ibi: Q̃d aũt contradicentes zc. Dicit ergo primo ꝙ post predicta considerandum est: utrum aliquis sit naturaliter seruus uel nõ: & iterum: utrum alicui magis sit dignũ & iustum ꝙ seruiat q̃ ꝙ nõ seruiat an nõ: sed omnis seruitus preter naturã sit: quod quidez remittit ad duas premissas questiones. Si enim omnis seruitus est preter naturã: tunc nullus est naturaliter seruus. Et iterũ: Non erit iustũ neq; dignũ ꝙ aliquis seruiat: quod enim est preter naturã nõ est dignum neq; iustum. ¶ Deinde cũ dicit: Nec sane difficile &c. Determinat propositã questionem: ostendens duo. s. ꝙ aliquis homo naturaliter est seruus: & ꝙ alicui dignum & expediens est seruire. Et circa hoc duo facit. Primo enim pponit modum quo hęc ostendenda sunt dicens: ꝙ nõ est difficile ꝙ aliquis contempletur predictarũ questionũ ueritatem & rõnem: & ꝙ etiã ueritatẽ addiscat ex his q̃ in rebus accidũt. ¶ Secundo ibi: Imperare enim &c. Scd̃m duos premissos modos ostendit propositum: & primo ex his quę fiunt. Secundo ex rõne: ibi: Nam quęcunq; &c. Circa primũ quatuor proponit: quoꝝ primũ est ꝙ principari & subiici nõ solum est de numero eoꝝ quę ex necessitate uel uiolentia proueniunt: sed etiam est de numero eoꝝ quę expediunt ad salutem hominũ: & hoc ptinet ad secundã questionẽ. Quod enim expediens est alicui uidet̃ esse dignum & iustũ ei. Secundũ est ꝙ in hõibus ex ipsa natiuitate uidemus ꝙ est quędã distinctio: ita ꝙ quidã sunt apti ad hoc ut subiiciantur: quidã uero ad hoc ꝙ principent̃. Et hoc ptinet ad primã questionem: quod enim ex natiuitate confestim inest alicui manifestum est esse naturale. Tertium est: ꝙ sunt multę species eoꝝ qui subiiciuntur & eoꝝ qui principant̃. Aliter enim principatur uir foeminę: aliter dñs seruo: aliter rex regno. Et hoc etiam ptinet ad eandem questionem: Nam ea quę naturaliter insunt rebus sm̃ eoꝝ diuersitatem diuersificant̃. Et quartũ est ꝙ semper est melior principatus qui est melioꝝ subiectoꝝ: sicut melior est principatus quo quis principat̃ homini q̃ quo quis principat̃ bestię. Et hoc probat tali rõne: Omnis principatus & subiectio ad aliquod opus ordinatur: obedit enim qui subiicit̃ principanti in aliquo opere. Sed opus quod fit a melioribus est melius. Ergo

& principatus melior. Et hoc etiã quartũ pertinet ad primã questionẽ: nam que naturali/ter insunt tanto sunt meliora q̃to sunt melio℞. ¶ Deinde cum dicit: Nam quecunq; ex plu/ribus ℞c. Ostendit propositum ex ratione: & primo ponit rationem ad ostendendũ ꝙ ali/qui sunt naturaliter serui quibus expedit seruire. Secundo ostendit qui sint tales: ibi: Qui/cunq; igitur ℞c. Circa primũ ponit talem rõnem: Quecunq; sunt ex pluribus cõstituta in bis est aliquid principans & aliqd subiectũ naturaliter. & boc expedit. Sed bõim multitudo est ex pluri/bus constituta. Ergo naturale est & expediẽs ꝙ unus principet & alius subiiciatur. Huius autem rõnis mi/nor manifesta est ex premissis: in quibus ostensum est ꝙ bomo est naturaliter animal politicũ: & ita naturale est ꝙ ex multis bõibus constituatur una multitudo. Vnde ea pretermissa probat maiorem: & sic in bac ratione tria facit. Primo ponit maiorem. Secundo probat eam: ibi: Et boc ex tota natura ℞c. Tertio infert conclusionem: ibi: Eo/dem modo ℞c. Dicit ergo primo ꝙ quecunq; sunt constituta ex plu/ribus: ita ꝙ ex eis fiat unũ commune siue illa plura sint coniuncta: sicut membra corporis coniungunt ad constitutionem totius: siue sint di/uisa: sicut ex multis militibus cõ/stituit unus exercitus: in omnibus bis inuenit esse principans & subie/ctum: & boc est naturale & expe/diens: ut per singula patebit exem/pla. ¶ Deinde cum dicit: Et boc ex tota ℞c. Probat propositũ quadrupliciter. Primo quidem in rebus inanimatis. Secundo in partibus bõis: ibi: Animal uero cõstat ℞c. Tertio in genere aĩaliũ: ibi: Rursum in bõie ℞c. Quarto in differentia sexuũ: ibi: Est aũt masculus ℞c. Dicit ergo primo ꝙ ueritas premis/se ꝓpositionis inuenit in rebus inaĩatis: nõ quia sit eis propriũ: sed ex eo ꝙ est cõe toti na/ture: quia etiã in bis que nõ participãt uita est aliquis ꝑncipatus: puta: barmonie: quod po/test intelligi dupliciter. Vno modo de barmonia sono℞: quia semp in uocibus q̃ cõsonãt aliq̃ uox prednatur fm quã tota barmonia diiudicat. Potest etiã intelligi de barmonia ele/mento℞ in corpore mixto in quo semp unũ elemento℞ est prednans. sed bmõi ptransit: quia sunt extrinseca ab bac consideratiõe. ¶ Deinde cũ dicit: Animal uero ℞c. Ostẽdit pro/positũ in partibus bõis: & dicit ꝙ prima cõpositio aĩalis est ex anima & corpe: que quidẽ cõpositio dicit prima non fm ordinem generatiõis: sed fm principalitatẽ: quia est ex par/tibus principalissimis. Ha℞ aũt partium una est naturaliter principans. s. aĩa: alia uero sub/iecta. s. corpus. Posset aũt aliquis dicere ꝙ boc nõ est naturale: cũ non inueniat in oĩbus. Et ideo ad boc excludendũ subdit ꝙ ad iudicandũ quid sit naturale oportet considerare ea que se babẽt fm naturã: nõ aũt ea que sunt corrupta: quia bmõi deficiunt a natura: & ideo ad iudicandũ q̃ pars in bõie naturaliter principet oportet cõsiderare aliquẽ bõiem qui sit

Nam quæcũq; ex pluribus constãt & unũ quid commune fit: siue ex cõtinuis: siue ex discretis: in omnibus apparet quod impat & quod paret. & hoc ex tota natura inest animatis: nam & in his quæ expertia sunt uitæ est quoddã imperiũ instar harmoniæ Sed hæc forsan aliena sunt ab ista conside/ratione: Animal uero constat primũ ex ani/ma & corpore: quo℞ alterum imperat secũ/dum naturã: alte℞ paret. Oportet aũt consi/derare naturam nõ in corruptis: sed in his quæ magis se habent scd̃m naturã: quocir/ca is qui & animo & corpe optime disposi/tus sit inspiciẽdus est: in quo certe id mani/festũ: nam prauo℞ quidem aut praue dispo/sito℞ sæpe inueniretur corpus impare ani/mo: ex eo: quia peruerse ac præter naturã se habẽt. Est igitur (ut dicimus) primũ in ani/mali ꝓspicere imperiũ dñicum & ciuile: nã animus quidẽ in corpus dñicum habet im/perium: mens uero in appetitũ ciuile & re-

gium: in quibus clarum est scd̄m naturā & utilitatē impari ab aīo corpori: & ab ea parte quæ hēt rōnem ei parti quæ subiacet perturbatōi. Aequalitatē uero ac uicissitudinē oībus nocere. rursus in hoīe & aliis aīalibus eodem modo. Mansueta quidē meliora sunt q̄ fera. his aūt melius est ut homini pareant: nā salutē ita recipiunt. Est aūt masculus & fœmina alterꝫ melius scd̄m naturam: alterꝫ deterius: & hoc imperans illud parens. eodē modo necesse est in cunctis hominibus. Quicunqꝫ igit̃ distāt tantū q̄tum animus a corpore: & homo a bestia: ꝑ hunc modū se habēt quorūcunqꝫ est opus in corporis usu: & hoc est in eis potissimū: hi sunt natura serui quibus melius est ut impetur quēadmodū in præmissis. est enim natura

bene dispositus & sm̄ animā & sm̄ corpus: in quo est manifestū ꝙ anima corpi dn̄atur: sed in hōibus pestilentibus & qui male se habent multotiens corpus principat̃ animę: qa pręferunt cōmodū corporis cōmodo animę. Et hoc ideo: qa sunt male dispositi & pręter naturā. Ostendit aūt consequēter ꝙ principatus qui est in ꝑtibus aīalis habet q̄dam silitudinē exterioris principatus. Possumus enim in aīali quod est homo cōsiderare duplicem principatū ad ꝑtes eius. s. Despoticū: quo dn̄s principat̃ seruis. & Politicū: quo rector ciuitatis principat̃ liberis. Inuenit̃ enim inter ꝑtes hōis ꝙ aīa dn̄atur corpi: sed hoc est despotico principatu in quo seruus in nullo pōt resistere dn̄o: eo ꝙ seruus id qđ est simpliciter ē dn̄i: ut supra dictū est. Et hoc uidemus in membris corpis. s. manibus & pedibus: ꝙ statim sine contradictōe ad imperiū aīę applicant̃ ad opus. Inuenimus etiā ꝙ intellectus seu rō dn̄at̃ appetitui: sed principatu politico & regali qui est ad liberos. Unde possunt in aliq̄bus contradicere. Et siliter appetitus aliq̄n nō sequit̃ rōnē. Et hm̄oi diuersitatis rō est: qa corpus non pōt moueri nisi ab aīa: & ideo totaliter subiicit̃ ei: sed appetitus potest moueri non solū a rōne sed etiā a sensu: & ideo nō totaliter subiicit̃ rōni. In utroqꝫ aūt regimine manifestum est ꝙ subiectio est sm̄ naturā & expediens. est enim naturale & expediēs corpori ꝙ regatur ab anima. & siliter est naturale & expediens parti passibili. i. appetitui qui subiicit̃ passionibus ut regat̃ ab intellectu ul' rōne: & utrobiqꝫ esset nociuum si id quod debet subiici se haberet ex ęquo: uel econtrario ei quod debet principari. Corpus enim corrumperetur nisi subiiceretur animę: & appetitus esset inordinatus nisi subiiceret̃ rationi.

¶ Deinde cū dicit: Rursus in zc. Probat idem in genere aīalium dicēs: ꝙ siliter se hēt in homine & aliis aīalibus ꝙ naturale & expediens est ut homo aliis dn̄etur: Videmus enim ꝙ aīalia mansueta quibus homo dn̄atur digniora sunt sm̄ naturā siluestribus inq̄tum participant aliqualiter regimine rōnis: Sed & oībus aīalibus expedit ꝙ ab hoīe regant̃: quia sic in multis casibus adipiscunt̃ salutem corporalem quā per se consequi nō possent: sicut patet cum eis copiosa pabula & remedia sanitatis ab hōibus exhibent̃. ¶ Deinde cum dicit: Est aūt masculus zc. Probat idem in differentia sexuum: & dicit ꝙ eodē mō etiam se habet masculinū ad foemininū ꝙ naturaliter masculinū est melius: & foemininum deterius: & masculus principās: foemina aūt subiecta. Est aūt attendendū ꝙ prima duo exempla sunt de toto integrali: alia duo de toto uniuersali quod est genus ul' spēs. Et sic patet ꝙ predicta propositio in utrisqꝫ locū habet. ¶ Deinde cum dicit: Eodem modo zc. Concludit ꝓpositū scꝫ ꝙ eodē modo se habet in hōibus sicut in pręmissis. s. naturale & expediens est ꝙ quidam principent̃ & quidā subiiciant̃. ¶ Deinde cum dicit: Quicunqꝫ igit̃ zc. Ostendit qui sunt qui naturaliter principant̃ & subiiciant̃: & primo quales sunt sm̄ animā. Secundo quales sm̄ corpus: ibi: Vult ergo zc. Circa primū duo facit: Primo ostendit quales sunt sm̄ animā qui naturaliter principant̃ uel subiiciunt̃. Secūdo ponit comparatiōem inter hoīes qui

c iii

seruus qui potest alterius esse: quapropter & alterius est:& qui tantũ particeps est rõnis ut sentiat quidem at nõ habeat:nam cætera quidẽ aĩalia rõnem quidem nõ sentiunt sed passionibus inseruiunt:& usus uariat parumper.necessarioꝝ enim corpori auxiliũ fit ab utrisq;:a seruis uidelic& ac mãsuetis aĩalibus. Vult ergo natura & differẽtia facit corpora liberoꝝ & seruoꝝ:alia quidem robusta ad necessarios usus: alia uero recta & inutilia ad tales operationes. Veꝝ utilia ad ciuilem uitã.hæc aũt diuisa est in belli oportunitates & pacis:accidit uero sæpe & contra:hos quidẽ corpora habere libe

naturaliter sunt serui:& bruta aĩalia quę etiam naturaliter seruiunt:ibi:Et qui tantũ zc̃. Dicit ergo primo ꝙ cum aĩa naturaliter dñetur corpori & homo bestiis:quicunq; tantũ distant ab aliis sicut aĩa a corpore & homo a bestia ꝓpter eminentiã rõnis in quibusdã defectũ in aliis isti sunt naturaliter dñi alioꝝ. Scd̃m qd̃ etiã Salomon dicit: ꝙ qui stultus est seruiet sapienti. Disponunt aũt hoc modo.s.ꝙ ad eos se habeant aliqui sicut homo ad bestias uel aĩa ad corpus. illi quorum opus ꝑncipale est usus corporis & ꝙ hoc est optimũ quod ab eis hri potest. Sunt enim ualidi ad exequẽda opera corporalia:impotẽtes aũt ad opera rõnis:& isti sunt naturaliter serui quibus melius est ꝙ regantur a sapientibus:siue couenienŝ est ꝙ credat rationibus supradictis:ga in hoc sortiunt regnũ rõnis. Et ꝙ isti sint naturaliter serui patet ꝑ hoc quia ille est naturaliter seruus qui hẽt aptitudinẽ naturalem ut sit alterius:inquantũ.s.nõ potest regi propria rõne ꝑ quã homo est dñs sui: sed solũ rõne alterius ꝓpter quod naturaliter alterius est quasi seruus. ¶Deinde cũ dicit: Et qui tantũ zc̃. Comparat scd̃m couenientiã & differentiam hoiem naturaliter seruũ ad aĩal brutũ:& dicit ꝙ ille q est seruus naturaliter cõicat rõne solum q̃tum ad hoc ꝙ recipit sensum rõnis:sicut edoctus ab alio:sed nõ q̃tum ad hoc ꝙ hẽat sensum rõnis ꝑ seipm. Sed alia aĩalia seruiunt homini nõ quasi recipientia aliquẽ sensum rõnis ab hoie:inq̃tum sc; memoria coꝝ q sunt bene uel male passa ab hoie timore uel amore incitant ad seruiẽdum. Et sic q̃tum ad modũ seruiendi est differentia:inq̃tum naturaliter seruus seruit rõne: brutũ aũt aĩal passione. Sed oportunitas.i.utilitas quę ex utriusq; seruitio ꝓuenit modicũ uariat:ad eadẽ enim prębet nobis auxiliũ & a seruis & a domesticis aĩalibus.s.ad necessaria corpori. Non enim naturaliter seruis cũ deficiant rõne potest auxiliari ꝑ consiliũ uel ad aliquod opus rõnis in corporalibus cũ pluribus modis potest seruire seruus q̃ aĩal brutum ꝓpter rõnem. ¶Deinde cũ dicit: Vult ergo zc̃. Ostendit quales sint serui scd̃m corpus: & primo proponit quod intendit. Secundo probat ꝓpositum:ibi:Nam id quidẽ zc̃. Dicit ergo primo ꝙ natura uult.i.hẽt q̃dam impetũ siue inclinationẽ ad hoc ut faciat differentiam inter corpa liberoꝝ & seruoꝝ:ita.s.ꝙ corpora seruoꝝ sint fortia ad exercendũ usum necessariũ qui eis competit.s.ad fodiendũ in agro & silia ministeria exercenda. Sed corpora liberoꝝ debent esse recta.i.bene disposita scd̃m naturã & inutilia ad tales operationes seruiles:quod exigit complexio delicata:sed tñ debẽt esse utilia ad ciuilem uitã:in quã liberi hoies conuersant. Iste aũt qui habet membra utilia ad ciuilem uitã hẽt dispositoem diuisam in bellicã oportunitatẽ & pacificã: ut.s.tpe belli hẽat membra apta ad pugnandũ & ad alia militaria opera:tpe uero pacis ad exercendũ alia ciuilia opera. Et q̃uis natura habeat inclinatiõem ad prędictã differentiã corpoꝝ causandã:tñ quandoq; deficit in hoc sicut in oĩbus aliis q̃ generant & corrumpunt consequit natura effectũ suum ut in pluribus deficit uero in paucioribus. Q ñ ergo in hoc natura deficit accidit multotiens cõtrarium ei qd̃ dictũ est:ut.s.illi qui habent aĩas liberoꝝ habeant corpora seruoꝝ uel econuerso. Est aũt considerandũ ꝙ Phs hic inducit concludẽs ex premissis in quibus agebat de disposi

tione aię: quia cum corpus sit naturaliter ꝓpter animā: natura intendit tale corpus quale sit cōueniens aię. Et ideo intendit his qui habēt aïas liberoꝝ dare corpora liberoꝝ: & siliter de seruis: & hoc quidē q̄tum ad interiores dispositiones semp consonāt. Nō enim potest esse ꝙ aliquis hēat aïam dispositā si organa imaginationis & aliaꝝ uirium sensitiuaꝝ sint male disposita: sed in figura & q̄titate exteriori & aliis dispositōibus pōt inueniri cōtrariū. ¶ Deinde cū dicit: Nā id quidē, zc. Probat qđ dixerat: & primo q̄tum ad corpus. Secundo q̄tum ad aïam ibi: Id si uerum est in zc. Dicit ergo ꝑmo ꝙ naturā inclinari ad hoc ꝙ facit diuersa corpa seruoꝝ & liberoꝝ ex hoc est manifestū: Si inter aliquos inueniat̃ tanta differentia solūmodo ex parte corpis ut uideat̃ tantū alios extollere acsi essēt quędam imagines deoꝝ: sicut solemus cōiter dicere qñ uidemus aliquos elegantis formę ꝙ uident̃ esse sicut angeli: tunc oēs dicerent ꝙ illi qui deficiunt a tanta elegantia formę corpalis sunt digni ut seruiant eis qui supexcellunt: ſm illud: Spēs Priami digna est imperio. Et cum sit manifestū in maxima differētia idē etiā est sciendum q̄tum ad intentionem naturę si nō fuerit tanta differentia. ¶ Deinde cum dicit: Id si uerū zc. Probat idē ex parte aię & dicit ꝙ si hoc est uerū ex parte corpis ꝙ illi qui deficiunt sunt digni seruire excellentibus: tanto iustius est hoc determinari ex parte aię q̄to aïa nobilior est corpe. Sed tñ excellentia pulchritudinis aię nō ita de facili pōt cognosci sicut pulchritudo corpis: & ideo magis uulgariter iudicat̃ ꝙ aliqui sint digni ad dñandum ex pte corpis q̄ ex pte aię. Vltimo aūt concludit epilogando duas cōclusiones intētas in hoc capitulo. s. ꝙ quidā sunt nāliter serui: & qdā nāliter liberi. & ꝙ his q̄ sunt naturaliter serui expedit seruir̃ & iustū est

roꝝ: illos uero aïos. Nam id quidē patet ꝙ si tantū præcellant corpe q̄tum deoꝝ imagines: reliqui oēs digni apparerent illis seruire. Id si uerū est in corporibus multo iustius in aïo idem putare: sed nō ut corporis ita & animi pulchritudinē discernere facile. Q đ igitur sint ſcđm naturam alii liberi: alii serui patet quibus ꝓdest ac iustum est. ¶ Q đ aūt & contradicētes quodāmō recte dicunt: nō difficile fuerit intueri: Dupliciter enim dicit̃ seruire & seruus. Est enim aliqs ſcđm leges seruus & seruiens: Nam lex consensio quædā est p quā bello capta illoꝝ fieri dicuntur qui cæperunt. Hoc aūt ius multi eoꝝ qui circa leges uersantur accusant: tanq̄ oratorē ꝙ cōtra leges decreuerit: quasi sit graue si eius qui uim afferre potest & potentia præcellit seruus fiat & subditus qui uim patitur: & quibusdā hoc mō uidetur quibusdā illo: etiā sapientū. Causa uero ambiguitatis & uariatōis hmōi est: qa queadmo

Q Vod aūt & contradicētes zc. Postq̄ Phs ostendit ꝙ aliq naturaliter (ꝙ seruiant. sunt serui quibus expedit seruire & iustū est: hic ostendit ꝙ etiā cōtraria opinio est ſm aliquā partem uera. Et circa hoc duo facit. Primo ponit modū seruitutis: ſm quē negat̃ a quibusdā seruitus esse naturalis & iusta. Secundo sup hoc dubitatōem mouet & soluit: ibi: Hoc aūt ius zc. Dicit ergo primo ꝙ nō difficile est uidere ꝙ illi qui dicūt contrariū his q̄ determinata sunt: asserendo. s. nullā seruitutē esse naturalē & iustā. ſm modum aliquē recte dicunt. Dupliciter dicit̃ eniꝫ seruire & seruus. Vnus quidē modus est ſm aptitudinē naturalē: ut supradictū est ¶ Alius est ſm quē aliquis seruus uel seruiens ſm leges dicit̃. Posita est enim quędā ꝓmulgatio legis ut illi qui sunt uicti in bello dicantur esse serui eoꝝ qui contra eos preualuerūt. Et hoc iure quasi oēs gentes utunt̃. unde & ius gentium noïatur ¶ Deinde cū dicit: Hoc aūt ius zc. Mouet dubitationē de ista seruitute legali & circa hoc tria facit. Primo ponit diuersas opiniones. Secundo assignat rōes diuersitatis:

dum uirtus freta potentia uim potest maxime afferre: semp̄ id qd̄ supat est in excellētia alicuius boni. ex quo fit ut uis nō absq̄ uirtute esse uideatur: sed circa iustū solū esse ambiguitatē. Propter hoc etiā aliis quidē beniuolentia uidet̄ esse iustū: aliis hoc ipsū uidet̄ iustū potentiorē dn̄ari. Discordantibus inuicē hmōi sermonibus cū alteri nec ualidum quicq̄ neq̄ psuasiuum contineāt: ꝙ nō oporteat meliorē scd̄m uirtutē praeesse ac dn̄ari: oīno retinentes quidā ut aiunt aliqd iusti: nā lex iustū qd ē seruiturē quae ex bello ꝓuenit iustā posuere: & simpliciter

ibi: Causa uero zc. Tertio soluit dubitatiōnē: ibi: Omnino retinētes zc. Dicit ergo primo ꝙ multi qui intromiserūt se de legibus scribendis scripserunt ꝙ iustū prędictę legis est de numero iniquoꝝ. Et inducit quendā qui uocabat̄ Orator: cui durū uidebat̄ si ille qui est passus uiolentiā sit seruus & subiectus ei qui potuit uiolentiā inferre: & non est melior nisi quia est potentior. Vn̄ quibusdā sic uidet̄: ꝙ .s. sit iniustū: aliis aūt uidet̄ alio modo. Et ista diuersitas nō solū est inter populares: sed etiā inter sapiētes. ¶ Deinde cū dicit: Cā uero zc. Assignat causam p̄dictę diuersitatis. Primo ꝑponit quiddā qd̄ est manifestū. Scd̄o de quo sit dubitatio: ibi: Sed circa iustū zc. Dicit ergo primo ꝙ causa premissę dubitatiōis unde uariant uerba sapientū est ex hoc: ꝙ uirtus q̄ est ꝑ aliquē modum .i. siue per sapientiā: siue per constantiā: siue per fortitudinē corporalē: siue quocūq̄ alio mō si sortiat̄ successum .i. nisi contrariū eueniat ꝑ infortuniū pōt maxime cōpati secum ꝙ uiolentiā inferat. Et sic manifestū est ꝙ ille q superat semp̄ est in excessu alicuius boni: nisi ꝑ infortunium aliter accidat. Et ex hoc uidet̄ ꝙ uiolentia nunq̄ sit sine qualicunq̄ uirtute eius q uiolentiā infert: & hoc est ꝑ se manifestū ¶ Deinde cum dicit: Sed circa &c. Ostendit qd remaneat sub dubitatione: & de hoc solum remanet dubitatio: Vtrum sit iustum ꝙ ꝓpter excellentiā qualiscunq̄ uirtutis aliqui debeant principari qui superāt. Et ideo circa hoc sunt diuersę opiniones: quidā enim dicunt ꝙ hoc iustū prędictę legis est per beniuolentiā .i. in fauorē uictoꝝ introductū ut ꝓpter hoc hoīes ad fortiter pugnandū incitarent̄: quibusdā aūt uidet̄ ꝙ hoc ipm q̄dam rōnem iustitię hēt ꝙ ille q apparet melior in hoc ꝙ uincit principet̄: sm̄ ꝙ Salomon dicit in Prouerb. Manus fortium dn̄abit̄: quę aūt remissa est tributis seruiet. Et qdē ideo dicunt: quia si hmōi rōnes opatiōum remoueant̄ de medio: in primo aspectu apparet ꝙ ille rōnes q̄ dicunt ꝙ nō oportet principari & dn̄ari illum q est melior: sed uirtutē q̄ uictoꝝ extitit nō hēat aliquid qd̄ sit efficax ad mouendū rōnem. neq̄ etiā habent aliquā probabilitatē: sed ea q̄ cōiter hoībus uident̄ ¶ Deinde cum dicit: Oīno retinētes &c. Soluit p̄dictā dubitationē: & primo ostendit qn̄ sit iustum seruire: & scd̄o quō sit expediens: ibi: Qd̄ igit̄ hęc &c. Circa primū duo facit. Primo ponit solutionē. Scd̄o manifestat eam: ibi: Nā fieri pōt &c. Dicit ergo primo ꝙ ut totaliter & complete ueritatem hmōi dubitatiōis determinemus dicendum est ꝙ quidā attendentes ad quoddam iustum: id est ad iustum sm̄ quid: quale potest esse in rebus humanis: quod quidem iustum lex tradit: ponunt seruitutem quę ex bello prouenit esse iustum: nō autem dicunt ꝙ omnino: id est simpliciter sit iusta. Approbat igitur secundā opinionem: sed exponit eam: ostendēs ꝙ nō loquebant̄ de iusto simpliciter: sed de iusto sm̄ quid: quale est iustum legis humanę. Dicitur enim iustum simpliciter quod est iustum sm̄ suam naturā. Iustum autem sm̄ quid quod refertur ad cōmoditatem humanam. quā lex intendit: quia propter utilitatē hominum omnes leges positę sunt. Quia igitur hoc nō est iustum sm̄ naturam ꝙ quicunq̄ ab hostibus uincuntur sint serui: cum plerunq̄ contingat sapientes ab insipientibus superari: dicit hoc nō esse simpliciter iustum: est tamen ad commodum humanę uitę. Est enim hoc utile & illis qui uincuntur: quia propter hoc a uictoribus conseruantur ut in salute subiecti uiuant.

Vnde & serui a seruando dicunt̃:& etiam illis qui uincunt:quia per hoc hoĩes incitantur ad fortius pugnandum & ꝙ sint aliqui fortes pugnatores expedit conuersationi humanę ad prohibendum multoꝝ malitias. Si aũt potuisset lex humana determinare efficaciter q essent meliores mente illos ꝓculdubio sequens naturã dños ordinasset. Sed quia hoc fieri nõ poterat:accepit lex aliud signũ preeminentię.s.ipsam uictoriã:q̃ ꝓuenit ex aliqua excellentia uirtutis. Et ideo statuit uictores esse dños eoꝝ qui uincunt̃. Et ideo hoc iustũ dicit̃ esse ſm quid ut possibile sit legem p oni:non tñ est iustum simpliciter: & tñ seruandum est hoc etiam homini uirtuoso ſm mentem:quia cũ bonum cõmune sit melius q̃ bonũ proprium unius: nõ est infringendũ q̃d conuenit bono publico: q̃uis nõ cõueniat alicui priuatę psonę. ¶Deinde cum dicit:Nam fieri põt zc̃. Manifestat solutiõem premissam. Et primo per rõnes. Secundo per ea quę cõiter dicunt̃: ibi: Itaq; ꝙ istos zc̃. Circa primũ ponit duas rõnes: Illud q̃d prouenit ex principio iniusto nõ est simpliciter iustũ. Sed ꝓncipium belloꝝ contingit esse iniustum:puta cũ aliquis nõ habet iustam causam assumendi bellũ. Ergo seruitus quę sequit̃ ex tali bello nõ est simpliciter iusta ¶Secundã rõem ponit ibi:Et indignũ zc̃. Quę talis est: Contingit per bellũ aliquẽ superari cui indignũ est seruire. Sed nullus põt dicere ꝙ ille quẽ indignũ est seruire iuste sit seruus. Ergo nõ potest dici ꝙ seruitus q̃ est ex bello simpliciter sit iusta. Minorẽ aũt probat:qa si aliquis diceret iuste seruum esse eum quẽ indignũ est seruire: accideret qñq; eos qui sunt de nobilissimo genere esse seruos si caperent̃ in bello:& si contingeret uendi sequeretur ulterius ꝙ filii eoꝝ essent serui ex seruis nati:q̃d uidet̃ esse inconueniens ¶Deinde cum dicit:Itaq; istos nõ zc̃. Probat propositũ per ea quę cõiter dicunt̃:& primo per ea quę cõiter dicunt̃ de seruitute. Secundo per ea q̃ cõiter dicunt̃ de libertate: ibi:Eodẽq; mõ zc̃. Circa primũ duo facit. Primo proponit dictum cõe. Secundo ostendit qualiter intelligat̃:ibi:Atqui cum ista zc̃. Dicit ergo primo ꝙ propter prędictum incõueniens uitandum nõ uolunt hoĩes dicere ꝙ nobiles homines qñ capiuntur in bello fiãt serui:sed solum barbari cum capiunt̃ fiunt serui ¶Deinde cum dicit:Atqui cũ ista zc̃. Ostendit quomodo intelligat̃:& dicit ꝙ illi qui hoc dicunt uidẽtur dicere solum de naturali seruitute quę est in barbaris propter defectum mentis:nõ aũt est in nobilibus uiris captis in bello:qa sicut supradictũ est:necesse est ab ipso principio natiuitatis esse quosdã naturaliter seruos & quosdã nõ ¶Deinde cũ dicit:Eodẽq; modo zc̃. Ponit ea quę dicunt hoĩes de libertate:& primo ponit dictum. Secundo ostendit quomodo sit intelligendum:ibi : Sed cum hoc aiunt zc̃. Dicit ergo primo ꝙ ſm eundem modum loquunt̃ homines de ingenuitate:id est de libertate:nam ingenuus est qui neq; est seruus neq; libertus. Dicunt enim ꝙ hoĩes nobiles sunt ingenui nõ solum cum sunt apud seipsos.i.cum sunt in propria domo & potestate:sed etiã ubiq; terrarum. Sed barbari sunt naturaliter serui ꝓpter defectum rõnis:solũ domi sunt liberi ꝓpter defectũ dñantium:ac si aliqui sunt simpliciter liberi uel

nõ aiunt. Nam fieri potest ut belli principium nequaq̃ sit iustũ & indignũ seruire nemo diceret esse seruũ:alioquin continget eos qui nobilissimi uidẽtur seruos esse:atq; ex seruis si cõtingat eos capi atq; uenũdari. Itaq; istos nõ uolunt seruos dicere sed barbaros. Atqui cũ ista dicunt nihil quærunt aliud q̃ natura seruos:ut ab initio diximus. Necesse est enim dicere alios ubiq; esse seruos:alios necubi. Eodẽq; modo de nobilitate. nõ solum enim apud seipsos nobiles:sed ubiq; existimãt:barbaros uero domi solum nobiles:quasi existat alia simpliciter nobilitas:alia non simpliciter:ut Theodecti Helena inquit:Ex diis ab utraque stirpe prognatam quisquam appellabit seruam ?

ingenui.s. qui sunt bene dispositi sm mentem. Alii autē sm quid: sicut barbari. Et inducit ad cōfirmatiōem premissoꝝ uerba Theodecti: Helena inquit ex diis ab utraq; stirpe progenitā quicq̄ appellabit seruam: sm errorē gentilium qui magnos principes deos uocabāt.

Sed cū hoc aiunt nullo alio q̄ uirtute & uitio diffiniunt seruum & liberꝝ: nobilesq; & ignobiles. Purāt enim ut ex hoībus hoiem & ex bestiis bestiā: sic ex bonis bonū generare. Sed natura qdē hoc uult: attamen plerūq; nō potest. Q̄d igitur hæc dubitatio habet rōnem q̄dam: & nō sunt alii natura serui: alii liberi: manifestū est: & ꝙ in quibusdam determinatū est tale aliquid quibus prodest & iustū est aliū seruire: aliū esse liberꝝ: & cōuenit alium imparare: alium parere eo impio quod innatū est: quare dn̄ari. Male aūt utrisq; inutiliter fit: Nā idē ꝓdest toti & pti: & aiæ & corpi. At seruus pars quædam est domini quasi animatum quiddam corporis: sed separata pars. Quapropter aliquid est quod simul prosit & amicitia seruo & dn̄o inuicē scd̄m naturā ita dispositis Illis uero q scd̄m legē & ꝑ uiolētiā cōtrariū

Deinde cum dicit: Sed cum hoc aiunt zc. Ostendit qualiter id quod dictū est sit intelligendum: & dicit ꝙ illi qui hoc dicunt nihil aliud dicere uident̄ q̄ ꝙ libertas & seruitus nobilitas & ignobilitas determinātur uirtute mentis: ita ꝙ illi qui sunt uirtuosi mente sint liberi & nobiles: q aūt sunt uitiosi sunt serui & ignobiles: sm ꝙ dn̄s dicit in libro Regū: Qui contemnunt me erunt ignobiles. Et hoc ideo: quia hōies reputāt dignū ꝙ sicut ex hoie generat̄ homo & ex bestiis bestia: ita ex bonis uiris generet̄ bonus uir. Et inde processit honor nobilitatis dum filii bonoꝝ honorati sunt tanq̄ siles patribus in bonitate. Et uerū est ꝙ natura habet inclinatiōem ad hoc faciendum: Prouenit enim ex bona corporis complexione & natura ꝙ aliqui inclinant̄ magis uel minus ad opera uirtutum uel uitioꝝ: sicut aliqui naturaliter sunt iracūdi & aliqui mansueti: & hęc quidē.s. natura corporalis a patre deriuatur ad posteros ut in pluribus: sicut & alię dispositiones corporales: puta: pulchritudo. fortitudo. et alia hmōi. Sed ꝓpter aliquod impedimentū quandoq; deficit: & ideo ex bonis parentibus nascunt̄ multotiens boni filii: sed ꝓpter aliquod impedimentum nō potest natura semp hoc facere. Et ideo qn̄q; ex parentibus bene dispositis ad uirtutē oriunt̄ filii male dispositi: sicut ex parētibus pulchris turpes filii: & ex magnis parui. Contingit aūt ꝙ filii diuersificant̄ a parentibus in bonitate uel malicia non solum ꝓpter dispositioē naturalē corporis: sed etiā ꝓpter rōnem q̄ nō ex necessitate sequr naturalē inclinationē. Vnde contingit ꝙ hoīes qui sunt similes parētibus in dispositiōe naturali ꝓpter aliā instructionē & cōsuetudinē sunt etiā in moribus dissimiles. Si igit̄ bonoꝝ parentū filii sint boni erunt nobiles & sm opinionē & sm ueritatez. Si aūt sunt mali erūt nobiles sm opinionem: ignobiles aūt sm rei ueritatē. Econtrario aūt est de filiis maloꝝ.

Deinde cū dicit: Q̄d igit̄ hęc zc. Ostendit quomodo seruire aliquibus sit expediens uel nō: concludens epilogando ex premissis ꝙ dubitatio quę supra mota est habet q̄dam rationem: ita ꝙ quędā libertatis & seruitutis distinctio nō est sm naturā sed sm legē: sed in quibusdā distinguit̄ per naturā: & in talibus expedit huic ꝙ seruiat & illi ꝙ dn̄etur: & hoc etiā iustum est. Et hoc probat: quia oportunū est ꝙ unusquisq; subiiciat̄ uel principet̄ sm ꝙ hēt aptitudinē naturalem. Vnde & his qui habent aptitudinē naturalē ad hoc expedit ꝙ dn̄entur seruis. Sed si male dn̄entur & contra aptitudinē naturalem inutile est ambobus Quod ꝓbat per hoc: quia uidemus ꝙ idē expedit parti & toti.s. ut pars contineat̄ in toto: & similiter corpori & animę: ut.s. corpus regatur ab anima. Q̄d autem seruus comparetur ad dn̄m sicut corpus ad animā supradictum est. Sed ꝙ etiā comparet̄ ad ipm sicut quędā

pars eius:ac si esset quoddam organum animatum:q esset quędam pars corporis separata supradictum est. Et ideo patet ex premissis q seruo & domino qui sunt digni esse tales fm naturam expedit adinuicem q unus sit dominus & alius sit seruus:& ideo potest esse amicitia inter eos:quia cōmunicatio duorum in eo quod expedit utriq; est ratio amicitię. Sed illi qui nō sic se habent adinuicem fm naturam sed solum fm legem & uiolentiā contrario modo se habent:quia nō habent amicitiam adinuicem: nec expedit eis q unus sit dominus & alius seruus.

¶ Patet autem ex his q nō idem est dominatio & gubernatio Reip. nec oīa simul principia: ut quidam aiunt. nam aliud liberorum secundum naturā:aliud seruorum est. & in re familiari imperium est unius: nā ab uno regitur oīs domus:in Rep. aūt liberorum & æqualiū est gubernatio. Dominus ergo non dicitur secundum scientiam sed quia est talis: eodemq; modo & seruus & liber. Sciētia uero est liberalis & seruilis.

Patet aūt ex his zc. Postq̄ Philosophus inquisiuit de ueritate opinionis ponentis seruitutem non esse naturalem: hic accedit ad inquirēdum de alia opinione ponente q Dñatiua est eadem Politicę:& q est sciētia quędam:& primo excludit primū modum. Secundo secundum:ibi: Dominus ergo non dicitur &c̄. Circa primū duo facit: Primo ostēdit q Despotica.i.dñatiua nō est idem q Politica. Secundo q iconomica nō est idem q Politica:ibi:Et in resfamiliari &c̄. Dicit ergo primo q ex prędictis potest esse manifestū falsam esse opinionem quorundā qui dicebant q Despotica.i.dñatiua & Politica & qlibet principatus sunt unū adinuicē:quia Politica est principatus coꝝ qui sunt liberi fm naturā. Despotica aūt est principatus seruoꝝ. Dictū est aūt supra q fm diuersitatem subiectoꝝ & principantiū est diuersitas principatiua:ita q melioꝝ subiectoꝝ est melior principatus: nō est ergo idem principatus Despotica & Politica sed Politica est pręeminētior. ¶ Deinde cum dicit:Et in re familiari &c̄. Ostēdit differentiā Politicę ad Iconomicam sub qua despotica continet.cum despotica sit principatus seruoꝝ:Iconomica uero oīum qui habitant in domo:quoꝝ quidam sunt serui & quidā liberi. Differt ergo iconomica a politica in hoc q iconomica est quędā monarchia.i.principatus unius:omnis enim domus regit ab uno q est Paterfamilias:sed politica est principatus liberoꝝ & ęqualium:unde cōmutant psonę principantes & subiectę propter ęqualitatem:& cōstituunt etiam plures principātes uel in uno uel in diuersis officiis. Videt aūt hęc differētia nō esse cōueniens. Primo quidem: qa nō omnis iconomica uidet esse monarchia:sed solum cū pater domū regit: cum uero uir & uxor dñentur est aristocratia: cū uero fratres in domo est chimocratia uel politica:ut dicitur in.viii. Ethicoꝝ. Secundo etiam:quia monarchia est una politicaꝝ:ut in tertio dicet. Dicendum aūt ad primū q Phs loquitur hic de domus principatu fm optimū suum statum qui perseuerare potest:q aūt fratres principentur in domo hoc non est ad semp: sed quousq; hereditatem diuidant & unusquisq; domū suam regat. Principatus autem uxoris in domo non est simpliciter sed fm quid:cum & ipsa sit subiecta uiro: & si aliter accidit est inordinatio & corruptio domus. Ad secundum dicendum q hic loquitur de principatu politicę fm q politicum distinguitur a regali:ut supra habitum est. ¶ Deinde cum dicit:Dominus ergo nō dicitur &c̄. Improbat prędictam opinionem quantum ad hoc q ponebat Despoticam esse scientiam. Et primo ostendit q nō est scientia. Secundo q habet quandam scientiam adiutiuā: ibi:Scientia uero zc̄. Dicit ergo primo q Despotes nō dicatur fm scientiam:quia sc; sciat dominari:sed ex eo q est sic dispositus fm naturā uel legem q dominetur. Et similiter dicendum est de seruo & libero. Sed Despotica est qua aliquis denominatur Despotes. ergo Despotica nō est scientia. ¶ Deindę cum dicit:Scien/

Quoniam uero illa quę ad cognoscendum zc̄. Postq̄ Philosophus docuit cognoscere pecuniatiuę originem & eius proprietates & partes : hic consequenter determinat ea quę pertinent ad usum ipsius:& primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum: ibi: Sunt autem circa acquirendum partes utiles zc̄. Dicit ergo primo ꝙ quia sufficienter determinauimus de pecuniatiua in eo quod pertinet ad cognoscendum naturam ipsius : oportet breuiter ponere ea quę pertinent ad usum eius: qualiter scilicet eā utendum sit:Omnia enim huiusmodi quę pertinent ad operatiōes humanas habēt liberalē.i.expeditā contemplatiōem:qa facile est ea cōsiderare in uniuersali: sed tn̄ necesse est ꝙ habeat expientia circa ipsa ad hoc ꝙ hō possit pfectū usum eoꝝ hře.

¶ Deinde cum dicit: Sunt autem circa acquirendum zc̄. Determinat ea quę pertinent ad usum pecuniatiuę: & circa hoc duo facit. Primo distinguit ptes ipsius. Secundo ponit quędam documenta utilia pecuniatiuę: ibi: Cum uero sit a quibusdam zc̄. Circa primū duo facit. Primo assignat partes pecuniatiuę: quę est necessaria ad uitam humanam. Secundo partes pecuniatiuę nō necessarię: ibi: Eius uero quę per translationē zc̄. Dixit aūt supra necessariam esse pecuniatiuam per quam homo acquirit pecuniā ex rebus quas natura ministrat ad necessitatem uitę. Hmōi autem ponit duas partes: quarum prima est fm quam homo ex emptione & uenditione talium rerum potest pecuniam acquirere: & circa hāc partem dicit ꝙ pecuniatiuę sunt istę partes utiles: id est utilia quędam documenta ut homo sit expertus circa bona huiusmodi quę ab hominibus possidentur quę eorum sint maximi precii: & ubi maximo precio uendantur & quomodo: puta quo tempore: uel fm alias conditiones. Et exponit de quorum bonorum possessione dicat. Est enim quędam possessio equoꝝ: & boum & ouium: & aliorum animalium. Oportet autē eum qui ex his uult lucrari pecuniam esse expertum quę eorum sint maxime cara & in quibus locis: quia alia istorum in aliis regionibus habundant: ut scilicet emat in loco ubi habundant & uendat in loco ubi sunt cara. Secunda autem pars huiusmodi possessiuę est: ut homo acquirat copiam harum rerum uenalium: quod quidem est pro cultura terrę: siue nudę: hoc est absqȝ arboribus: sicut sunt campi in quibus seminatʳ triticū: Siue plantatę: sicut sunt uineę & horti & olíueta. Per hmōi enim culturā acqrit homo habundantiam tritici & uini & alioꝝ hmōi. Et oportet etiam esse hoiem exptum de cultura apium & alioꝝ animaliū tam natatilium. s. piscium: q̄ etiā uolatiliū. s. auium a quibuscumqȝ contingit acquirere auxilium ad uitam humanam: quia per eorum habundantiam potest fieri acquisitio pecuniaꝝ. Sic ergo patet ꝙ istę sunt primę & ꝓpriissimę partes pecuniatiuę. Et dicunʳ primę & ꝓpriissimę: quia sic acquiritʳ pecunia ex rebus naturalibus ꝓpter quas inuenta est primo pecunia. ¶ Deinde cum dicit: Eius uero zc̄. Distinguit partes pecuniatiuę translatiuę. Dixit autem supra pecuniatiuam translatiuam esse per quā acquiritur pecunia non ex rebus necessariis ad uitam: sed ex quibusdam aliis rebus. Et dicitur translatiua: quia pecuniatiua trāslata est de rebus naturalibus ad hmōi. Circa primū tria facit. Primo distinguit ptes hmōi pecuniatiuę. Secundo excusat se de diligentiori cōsideratione haꝝ partiū: ibi: De singulis hoꝝ zc̄. Tertio manifestat quędā quę dixerat: ibi: Sunt enim illę zc̄. Circa primum ponit quattuor partes pecuniatiuę: quarum prima & maxima est mercatiua. Mercatores enim maxime pecunias acquirunt. Et hanc primam partem secundo distinguit in tres partes: quarum prima est Nauigatio: quę scilicet mercatio/

sufficienter: illa quæ ad usum pertinent discutienda sunt: cuncta enim hæc considerationem habent liberalem: experientiam uero necessariam. Sunt autem circa acquirendum partes utiles rerum ipsarum: quæ acquirendæ sunt peritiam habere: quæ optima sint: et ubi et quomodo: ceu quales equi comparandi sint: quales boues & pecudes. eodem modo in aliis animalibus. Oportet enim peritum esse quæ istorū potissima: & ubi & qualia. nā alia alibi potiora gignuntur. Deinde agriculturæ eiusqȝ specierum: ut nudi soli & consiti: & apium & aliorum animalium ex quibus sit utilitas prouentura. Propriæ igitur acquisitionis istæ sunt partes & primæ. Eius uero quæ per translationē dicitur potissima pars est mercatura. Et huius partes tres: Nauigatio: Deuectio:

nes exercet per mare ¶Alia autem dicitur Deuectio : id est oneraria : quę scilicet exercet mercationes in terra per deportationem onerum in curribus uel iumentis. Tertia autem uocatur Negociatio:puta:cum aliquis non defert merces nec per mare nec per terram:sed assistit mercatoribus per cōmunicationem pecunię uel rerum. Et istę partes differunt ad inuicem:quia quędam eorum sunt certiores:sicut mercationes terrę: quędam autem faciunt magis excrescere lucrum: sicut mercationes maris quę tamen sunt magis periculose. Secunda autem pars principalis huius translatiuę pecuniatiuę est Foeneratio:quę scilicet per usuras pecuniam acquirit. Tertia autem pars est mercenaria: sicut eorum qui labores suos locāt pro mercede pecuniarum. In hac est quędam differentia : quia quędam mercenaria fit per artes uiles: sicut est ars coquorum & huiusmodi ministeriorum. Quędam autem fit per labores non artificiales & qui sunt utiles soli corpori & in quibus etiam solum corpus est utile: sicut illi qui mercede conducuntur ad fodiendum in agro uel aliquid aliud huiusmodi. Quarta autem pars est media inter translatiuam & primam quę est necessaria habēs aliquid de utraq; illa quę scilicet acquirit lucrum per incisionē lapidum uel metallorum de terra: habet enim hoc cōmune cum prima pecuniatiua: quia est a terra & ab his quę generantur ex terra: sicut agricultura circa ea est quę generantur ex terra. Cum translatiua autem cōuenit in hoc ꝙ huiusmodi metalla nō faciunt aliquem fructum pertinentem ad necessitatem uitę:sicut faciunt campi & animalia: sunt tamen huiusmodi utilia ad alia:puta:ad ędificandas domos uel ad aliqua instrumenta construenda. Et ista quarta pars complectitur sub se diuersa genera ſm diuersas species metallorum: quę sunt aurum:argentum ferrum & hmōi. ¶Deinde cum dicit:De singulis hoꝝ ꝛc̄. Excusat se a perfecta hoꝝ determinatione:& dicit ꝙ dictum est nunc utiliter de istis partibus:esset aūt utile ad operationes eoꝝ qui uolunt pecuniā acquirere ꝙ diligentius determinaret ꝑticulariter de singulis. sed tñ graue est diu morari circa talia tendentibus ad maiora. ¶Deinde cū dicit:Sunt enī illę ꝛc̄. Exponit quędam quę dixerat de operatiōibus uilibus & inartificialibus:& dicit ꝙ illę operationes sunt maxime artificiales in qbus minimū operatᷣ fortuna. hoc enim a fortuna fieri dicimus quod fit pręter pręuisionem rōnis in qua ars consistit. Vñ opationes illę quoꝝ euentus multum subiacent fortunę parū sunt artificiales: sicut eoꝝ qui piscantur hamo & alioꝝ hmōi:& ecōtrario operationes quaꝝ effectus parū subiacent fortunę sunt maxime artificiales sicut fabroꝝ & aliorum artificium. Illę aūt operationes sunt maxime

Negociatio. Differunt autem hæc inter se: cum alia securiora sint:alia fructuosiora. Secunda pars est Fœneratio: tertia Mercenaria:& huius alia uilium artium:alia sine arte solo corpore ministrante. Est & quarta acquirendi species media inter hanc & primā Habet enim partem eius quæ est secundū naturam:& partem eius quæ per traslationem dicitᷣ. Et est in his omnibus quæ a terra & ab his quæ terræ sunt: nō a fructibus sed ab utilibus:ceu silua cedua & metallica Hæc rursus multas complectitᷣ partes: nā multæ sunt metallorum species. De singulis horum in genere dictū est nunc:in specie uero de his dicere utile quidem foret ad opa conficienda:sed graue nimis in his edocēdis ꝑsistere. Sunt enī illæ artificiosissimæ in qbꝰ minimū est fortunæ. Illæ sordidissimæ in quibus maxime inquinatur corpus Illæ seruilissimæ in qbus corporis est opus plurimū. Illæ ignobilissimæ in quibus mi-

abiectę & uiles quibus corpora maxime maculantur:sicut sunt coquorum & eorum qui purgant plateas & aliorum huiusmodi. Illę autem operationes sunt maxime seruiles ubi maior pars usus est ex parte corporis & parum ex parte rationis:sicut eorum qui deferūt onera & cursorum & huiusmodi. Illę autē sunt ignobilissimę inter omnes ad quas requiritur minimū de uirtute uel animi uel corporis:sicut in aliquibus prędictarum apparet.

nimū requirit' uirtutis. Cum uero sit a quibusdam de his scriptum: ut a Chariete Pario & ab Appollodoro Lemnio de cultu agrorum tam nudorum q̄ consitorum:& similiter ab aliis de aliis:ea quidem conside ret cui cura est:praecepta etiā quædā a frugi patribusfamilias dicta colligere oportet. hæc enim omnia utilia sunt his qui augere patrimonium curant. Quale est illud Thalis Milesii attributum sibi propter sapientiam:cui cum obiiceretur Philosophiæ studium quasi inutile & infructuosum prospexisse illum ferunt per astrologiam oliuarū ubertatem futuram, Cumq; coegisset pauxillum pecuniarum hyeme adhuc uigente emptionē olei fecisse in Mileto & in Chio pro paruo admodum precio: utpote nemine plus offerente : arrasque dedisse : cum itaque postea tempus uenisset multis subito quærentibus uendidisse oleum quanti

¶Deinde cū dicit:Cū uero sit a quibusdam zc̄. Proponit documenta utilia ad partes pręmissas pecuniatiuę. Et primo docet huiusmodi documenta considerare ex scripturis. Secundo ex exemplis:ibi:Et similiter ab aliis zc̄. Dicit ergo primo ꝙ quia quidam sapientes de pręmissis scripserūt: sicut quidam Chariestes noīe Parius origine & Appollodorus Lēnius scripserūt de cultura terrę tā nudę q̄ plantatę: uelut & apud latinos Palladius : & ab aliis scriptum est de aliis pręmissarum partium. Quicunq; habet curā plenius cognoscere consideret ex eorum libris. ¶Deinde cum dicit: Et similiter ab aliis zc̄. Proponit documentum de exemplis considerandū:& primo proponit quod intendit. Secundo subiungit exempla: ibi: Quale illud est Thalis zc̄. Dicit ergo primo ꝙ non solum oportet considerare libros eorum qui artes de prędictis partibus construxerunt : sed etiam si quę dicuntur exempla dispersa in diuersis narrationibus per quę aliqui acquisiuerūt magnā pecuniā:oportet hmōi considerare:hęc enim erunt utilia his qui intendūt acquirere pecunias. ¶Deinde cum dicit:Quale illud zc̄. Subiungit duo exempla quoꝝ secundū incipit ibi:In Sicilia zc̄. Circa primū duo facit:primo proponit exemplū. Secundo ostendit ad quid est utile:ibi:Est autem zc̄. Sciendum est ergo circa primū ꝙ Thales Milesius fuit unus de septem sapiētibus qui primus incepit studere in Phīa naturali:aliis sex sapientibus circa res humanas occupatis:cuius factū habet q̄dam consideratiōem utilem ad acquirendū pecunias:q̄uis ascribat' nō ad cupiditatē pecunię sed ad sapientiā:potest tn̄ ex eius facto summi quoddā uniuersale documentū acquirendi pecunias. Cū enim exprobaret' sibi ab aliquibus ꝙ pauper esset & ꝙ sua Phīa esset sibi inutilis:considerauit per astrologiam:cuius erat peritus: ꝙ in futuro anno futura esset ubertas oliuaꝝ preter consuetudinem. Nam in pręcedenti anno etiā fuerat oliuaꝝ ubertas ut plurimū aūt oliuę deficiunt post ubertatem. Cū igit' adhuc in hyeme esset habundantia oliuarum dedit cultoribus oliuaꝝ in duabus ciuitatibus.s. Mileto & in Chio paucas pecunias pro arra fructus futuri anni:qui parum credebantur excrescere. Quando ergo uenit tempus oliuarum multis simul & subito quęrentibus emere oliuas taxauit preciū sicut uoluit & sic colligens multas pecunias ostendit ꝙ Philosophis facile est ditari si uolunt: sed non est studium eorum ad hoc. & per hunc modum Thales ostendit suā sapientiā.

¶Deinde cum dicit eſt autem uniuerſalis zč. Oſtendit ad quid eſt utile pecuniatiuę hmōi exemplum: & dicit φ hoc eſt ualde utile ad acquirendum pecunias ſi quis poſſit pręparare & ſingularem uenditionē: ut ſcʒ ipſe uendat res aliquas in ciuitate. ¶Deinde cum dicit: In Sicilia zč. Ponit ſecundum exemplum: & primo narrat factum. Secundo oſtendit φ redit in idem cum primo. Dicit ergo primo quod cum quidam in Sicilia haberet pecuniam apud ſe reconditam: emit ſimul omne ferrū de mineris in quibus fodiebatur. Vnde cū ueniſſent mercatores ipſe ſolus uendebat: nō tamen faciebat magnum exceſſuʒ precii ut expeditius uenderet: tamē lucratus eſt de quinquaginta talentis centum Dionyſius autem tyrannus Siracuſanorum ſentiens hunc ualde ditatum mandauit ei φ ulterius non habitaret in Siracuſis: permittens tamen ei portare ſuas ſecū pecunias. Quod enim aliqui ciues multum ditentur reputant ſibi tyranni eſſe inconueniens: ut infra dicetur. ¶Deinde cum dicit: Iſte uidit aliquid zč. Oſtendit φ illud in idē redit cum primo: quia & iſti Siculo & Thali philoſopho idē uiſum fuit: ut ſcilicet exerceret monopoliam: & etiā utile eſt φ politici conſiderent: quia multis ciuitatibus neceſſe eſt acquirere pecunias ſicut & domibus: & adhuc magis quanto ciuitas pluribus indiget. Et ideo quidam qui ſtudent circa regimina ciuitatum ad hoc principaliter uidentur intendere ꝑut multiplicent pecuniam in ęrario publico.

Voniā uero tres erant partes zč. Poſtq̄ Philoſophus determinauit de coniugatione domini & ſerui: addito etiam naturali tractatu de poſſeſſione: hic determinat de aliis duabus coniugationibus domeſticis: quas ſupra poſuerat: ſcilicet uiri ad uxorem & patris ad filium. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat quędam de huiuſmodi coniugationibus. In ſecunda excuſat ſe a diligentiori horum conſideratione: ibi: De uiri autem & mulieris &č. Circa primū duo facit. Primo determinat de pręd͞ictis coniugationibus: comparans eos aliis principatibus. Secundo mouet quandam quęſtionem cōmunem de omnibus: ibi: Dubitatur autem zč. Circa primū tria facit. Primo pōnit comparationem pręd͞ictarum coniugationum ad alios principatus. Secundo comparationem pręd͞ictam manifeſtat: ibi: In Ciuilibus igitur officiis &č.

ipſe uoluit: ac magnā uim pecuniarum inde ſuperlucratū oſtendiſſe amicis perfacile eſſe philoſophis ditari ſi uellent: ſed hoc non eſſe illis curæ. Thales igitur in hunc modum dicitur ſcientiam ſuam oſtendiſſe Eſt autem uniuerſalis hic quærēdi modus ſi quis poſſit ſibi ſoli uenditiōem comparare. Quapropter ciuitates quædam in hunc modum faciunt cum indigēt pecuniis: uenditionem enim ſibi ſolis reſeruant. In Sicilia quidam ferri quicquid erat ex ferrariis emit: poſtea uero mercatoribus illuc accedentibus uendebat ſolus: nō magnum exceſſum precii faciens: ſed tamen ita ut pro quinquaginta talentis centum conficeret. Hoc itaqʒ ſentiens Dionyſius pecunias quidem illi nō abſtulit: ſed amplius Siracuſis morari uetuit: ut redditus reperiens ſuis rationibus inutiles. Iſte uidit aliquid tale quale Thales uiderat: uterqʒ enim ſibi ſoli uenditiōem parauit: hoc eſt utile uidere etiam in Rep. Nam ciuitates pecuniis indigent & hmōi apparatu quemadmodū domus: ſed magis. Quamobrem in Rep. quidam huic ſoli parti intendunt. ¶Quoniam uero tres erant partes rei domeſticæ. Vna dn͞i ca: de qua ſupra dixius. alia paterna. tertia

Tertio ostendit φ sollicitudo iconomię maxime circa hmōi cōiugationes uersat:ibi:Manifestū aūt zc̄·Dicit ergo primo φ cum prius dictū sit φ tres sint partes iconomicę·i·gubernatiuę domus:sm̄ tres coniugationes pręductas·De una eaꝶ iam dictum est·s·de despotica quę ptinet ad dn̄m & seruum:unde restat dicendum de secunda quę est Paterna pertinens ad patrem & filium:& de tertia quę est Nuptialis ptinens ad uirum & uxorem: de

coniugalis:nā & uxori præest & filiis tanq̄ liberis quidē ambobus:sed non eodem modo:sed uxori quidem ciuiliter: filiis autem regie. Masculus enim q̄ fœmina principalior est:nisi alicubi cōtra naturā cōsistit:& antiquius & pfectū iuniore & impfecto. In ciuilibus igit̄ officiis plerūq; cōmutatur is qui præest & is q subest: nam æquales esse uolūt sc̄dm naturā nec quicq̄ differre: attn̄ cū hic quidē præest:ille uero subest reqrit differentia figuris & sermonibus & honoribus : ut Amasis inquit de pedum lotore. Enimuero masculus ad fœminam semper ita se habet. Filiorum autem imperium

quibus tria dicit·Primo quidem φ in utraq; harum coniugationū est quędā pręlatio siue p̄ncipatus: Vir enim principatur mulieri & pater filiis:nō quidem sicut seruis: sed sicut liberis:in quo differunt hi duo principatus a principatu despotico Secundū est φ hi duo principatus nō sunt unius modi:sed uir principatur mulieri politico principatu·s· sicut aliquis qui eligit̄ in rectorem ciuitati pręest:sed pater pręest filiis regali principatu: & hoc ideo:quia pater habet plenariā potestatem super filios: sicut & rex in regno: sed uir nō habet plenariam potestatez super uxorem q̄tum ad omnia sed sm̄ φ exigit lex matrimonii: sicut & rector ciuitatis hēt ptātem sup ciues sm̄ statuta. Tertio aūt manifestat hos duos principatus esse sm̄ naturā:qa semper qđ est principalius in natura principatur:ut supra habitum est·Sed masculus est naturaliter principalior foemina:nisi aliquid accidat pręter naturam:sicut in hominibus effeminatis·Et similiter pater est naturaliter principalior filio:sicut antiquius iuniore: & perfectum imperfecto· Ergo naturaliter masculus principatur foeminę & pater filiis·¶Deinde cum dicit: In ciuilibus igitur zc̄· Manifestat comparationes pręductas : & primo nuptialis principatus ad politicum· Secundo paterni ad regalem:ibi:Filioꝶ autem imperium zc̄·Ostendit ergo primo comparationem quantum ad differentiam:quia in ciuilibus principatibus transmutantur personę principantes & subiectę: qui enim sunt in officio principatus uno anno:subditi sunt alio· Et hoc ideo: Quia talem principatum competit esse inter eos qui sunt ęquales sm̄ naturam & in nullo differunt naturaliter:sed tantum tempore quo unus principatur & alii subiiciuntur· Industria uero humana adinuenit quandam differentiam & quantum ad figuram quę consistit in exterioribus insigniis:& quantum ad sermones:Quia aliter nominantur q̄ prius & aliter eos homines alloquuntur·Et similiter quantum ad honores: quia sc; ciues quasdam reuerentias exhibent ei qui est in principatu quam ante non exhibebāt:sicut Amasis poeta dixit de lotore pedum:Ille enim qui est lotor pedum:si circumponerentur sibi huiusmodi insignia & alia duo dona sibi exhiberentur non uideretur a principe ciuitatis differre· Sic ergo patet φ politicus principatus permutatur de persona in personam: sed hoc non contingit in principatu maris ad foeminam· Non enim qui est mas postea fit foemina: aut econuerso:sed semper manet eodem modo·¶Deinde cum dicit:Filiorum autem imperium zc̄· Comparat principatum paternum ad regalem secundum similitudinem : & dicit quod principatus patris est regalis · In hoc enim principatu duo attenduntur : scilicet quod pater qui generat principatur secundum amorem·Naturaliter enim amat filios· Et iterum principatur sm̄ senectutem:quasi habens q̄dam naturalem prętogatiuam ętatis

supra filios:& quantum ad hoc est species: id est similitudo principatus Regalis. Et inde est ꝙ Homerus appellauit Iouem:id est summũ deum:patrem uirorum & deorum:id est Regem omnium & hominũ & superiorum substantiarum:quas deos uocabant. Oportet enim ꝙ Rex qui perpetuo principatur & plenariam habet in omnibus potestatem:differat a subditis sm naturam in quadam magnitudine bonitatis & tamen ꝙ sit genere identitas ad minus sm speciem humanã melius autem erit & si etiam unitate gentis:& hęc est comparatio senioris ad iuniorem & generãtis ad genitũ:ꝙ sc; habet naturalem prerogatiuam perfectionis. Ideo autẽ oportet Regem naturaliter differre ab aliis: Nisi enĩ esset naturali quadam bonitate melior nõ esset iustũ ꝙ semper dominaret plenaria potestate sibi ęqualibus:ut infra in tertio dicetur. Sic igitur naturalis differentia separat principatũ Regalẽ a Politico qui est ad ęquale sm naturam. Amor autem separat principatum Regalem a Tyrannico: qui nõ principatur propter amorẽ quã habet ad subditos: sed propter cõmodum proprium. ¶Deinde cum dicit:Manifestum autem zc̃. Concludit ꝙ principalis intentio iconomici est circa istas duas cõiugationes principalior q̃ circa alia. Magis enim intendit circa homines q̃ circa possessionem inanimatorũ:sicut tritici & uini & alioꝝ hmõi: & magis debet intẽdere ad uirtutem per quam homines bene uiuunt q̃ ad uirtutem possessionis per quam possessio bene procuratur & multiplicatur:quod signatur nomine diuitiarũ. Et similiter etiam magis studet ad uirtutem liberoꝝ q̃ seruoꝝ. Et hmõi ratio potest assignari:quia principalis intẽtio cuiuslibet est de fine. Rẽs aũt inanimatę quęruntur propter hoĩes sicut propter finem & serui propter liberos ut eis ministrent. ¶Deinde cum dicit:Dubitatur autem zc̃. Quia fecerat mentionem de uirtute liberoꝝ & seruoꝝ mouet de hoc quęstionem:& circa hoc tria facit. Primo mouet quęstionem. Secundo soluit eam:ibi:Constat igitur zc̃. Tertio ex solutione mouet iterum aliam quęstionem:ibi: Dubitabit uero zc̃. Circa primũ duo facit. Primo mouet quęstionem circa dominũ & seruum. Secundo circa alios principatus:ibi:Eadem est fere zc̃. Dicit ergo primo ꝙ de seruis potest esse quędam dubitatio:manifestũ est enim ꝙ seruus debet habere quandã uirtutem organicã & ministratiuam:per quã .s. sciat & possit exequi mandatum dñi & ei seruire:sicut supradictum est:ꝙ sunt quędam seruiles scientię. Sed dubitatio est utrum pręter hmõi uirtutes sit aliqua alia dignior uirtus cõueniens seruo:sicut sunt uirtutes morales: ut temperantia:fortitudo:iustitia:& alia hmõi:uel nulla uirtus competat seruo nisi quę pertinet ad corporalia seruitia:& dicit ꝙ ex utraq; parte uidetur esse dubitatio: quia si competit seruis habere hmõi uirtutes sicut & liberis:in nullo uidebuntur differre a liberis. Immo

est Regium:quod enim genuit:quodq; per amicitiam præest & per ætatem id est idem ꝙ species quædam Regii Imperii. Ideo bene Homerus de Ioue inquit: Hominũ pater atq; deorum:sic appellans omnium Regem. Natura enim excellere Regẽ oportet: genere autem esse eundem:quod accidit seniori ad iuniorem:& parẽti ad natum. Manifestum autẽ ꝙ plus studii domesticæ disciplinæ est circa homines: q̃ circa possessiones inanimatorum:& circa horum uirtutes q̃ circa uirtutes possessionis : quas diuitias appellamus: & circa liberos magis q̃ circa seruos. Dubitatur autem utrum præter ministeria & corporalia opera sit aliqua uirtus serui excellentior:puta:modestia: fortitudo & iustitia & alii hmõi habitus:uel nõ sit alia præter corporalia ministeria. Ambiguitatem sane id habet:nam siue sit aliqua excellentiores erunt serui q̃ liberi: siue non est aliqua cum sint homines rationis parti

excellentiores uidebuntur qui & seruoꝝ & liberorum uirtutibus polleant. Ex alia parte inconueniens uidetur si cum sint homines ratione cōmunicantes nō habeant uirtutes quibus homines uiuunt fm rationem. ¶ Deinde cum dicit: Eadem est fere zc. Mouet eandem quęstionem in aliis principatibus & dicit ꝙ idem quod quęritur de seruo potest etiā quęri de muliere & puero: Vtrum scilicet oportet esse mulierem temperatam & fortem & iustam: & similiter puerum uel non. Et hęc etiam quęstio potest moueri naturaliter in omni principatu: utrum scilicet sit eadem uirtus principantis & subiecti uel nō. & obiicit ad utranq; partem: quia si oportet & principantem & subiectum participare bonitate uirtutis: nam nulla ratio erit quod unus debeat subiici & alius principari semper: id est per totam uitam suam. Secus autem esset si successiue subiacerentur & principarentur: sicut accidit in Politico principatu. Nec potest dici ꝙ uirtus principantis & subiecti differant secundum magis & minus. Magis enim & minus non uariant speciem: sed principari & subiici differunt specie. Vnde non uidetur sufficere ad differentiam principantis & subiecti quod unus habeat plus de uirtute q̄ alius. Ex alia parte si dicatur ꝙ oportet unum habere uirtutem nō autem alium: sequitur etiam inconueniens: Quia si ille qui principatur non erit sobrius & iustus non poterit bene principari. Si uero subiectus non habeat has uirtutes non poterit bene subiici: quia propter intemperantiam uel timorem frequenter omittet facere ea quę oportet & sic non bene subiiceretur.

cipes absurdum uidebitur. Eadem est fere quæstio de muliere & puero: utrum & hoꝝ sint uirtutes & oporteat mulierem esse modestam & fortem & iustā: & an puer sit intemperans & modestus uel nō. Et uniuersaliter id quærendum est de natura imperantis & parentis: utrum eadem uirtus an alia Si enī oportet utrosq; participes esse uirtutis: cur tandem alter imperare debet: alter parere: non enim secundum magis & minus possunt differre: nam imperare & parere specie differunt & non secundum magis & minus: Sin uero alium oportet aliū non admirabile est: nam si imperās nō erit temperatus & iustus quomodo bene imꝑabit? Sin is cui imperatur quomodo bene parebit? Intemperatus enim & timidus nihil faciet ut oportet. Cōstat igit oportere utrosq; habere uirtutem sed in ipsa uirtute esse differentiam: quemadmodū in his qui natura obediunt. Id aperte in animo inspicitur: est enim in animo quod natura imperat & ꝙ paret: quorum diuersam censemus esse uirtutem: ut rationem habētis & irrationalis. Patet eodem mō se habere in aliis. Itaq;

¶ Deinde cum dicit: Constat igitur oportere zc. Soluit propositam dubitationem & primo proponit solutionem in generali. Secundo in speciali: ibi: Palam autem id magis zc. Concludit autem primo ex rationibus inductis ad unam partem ꝙ necesse est ꝙ tam principans q̄ subiectus participent uirtute: aliter enim neq; unus bene principaretur: neque alius bene subiiceret. Sed est quędam differentia uirtutis utriusq;. Et hoc manifestat per ea quę subiiciuntur aliis naturaliter & ponit exemplum in partibus animę cuius una pars naturaliter subiicit: scilicet pars irrationalis: ut irascibilis & concupiscibilis. Ponimus autem utriusq; partis esse aliquā uirtutem sed differentem: nam uirtus rationalis partis est prudētia: sed uirtus irrationalis partis est temperantia & fortitudo: & alię huiusmodi uirtutes. Vnde manifestum est ꝙ eodeꝫ modo se habet etiam in aliis quę principantur & subiiciuntur fm naturam. Et quia natu-

ra diuerſificatur in diuerſis:ideo ſm naturam ſunt diuerſa quę principantur & ſubiiciunt. Alio enim modo homo liber principatur ſuo ſeruo:& maſculus foeminę:& uir puero:ut etiam ſupra habitum eſt. Omnibus autem aliis inſunt partes animę quę dictę ſunt. Vnde & uirtutes earum oĩbus pręmiſſis inſunt:ſed differenter. Et hoc primo manifeſtat quan/tum ad partem rationalem ad quam pertinet conſiliari. Seruus enim inquãtum eſt ſeruus non habet cõſilium de ſuis actibus Cuius ratio eſt: quia cõſiliamur de his quę ſunt in poteſtate noſtra. ſer/uus autem nõ habet actus ſuos in poteſtate ſua:ſed ſunt actus eius in poteſtate dñi. Vnde ſeruus non ha/bet liberam poteſtatem cõſiliandi: ſed foemina cũ ſit libera habet po/teſtatem conſiliandi: ſed conſilium eius eſt inualidum. Cuius ratio eſt quia propter molliciem naturę ra/tio eius infirmiter inhęret conſilia/tis:ſed cito ab eis remouet̃ propter paſſiones aliquas:puta concupiſcen/tię uel irę uel amoris: uel alicuius hmõi. Pueri autem habẽt conſiliũ ſed imperfectum: Cuius ratio eſt: quia nõ habet perfectum uſum ra/tiõis ut poſſit ſingula diſcutere quę ſunt in conſiliis attendenda. Et ſic diuerſimode ſe habent ad id quod eſt rationis. Similiter etiam conſide/randum eſt & circa morales uirtu/tes. omnes enim participant ipſas: ſed nõ eodem modo: unuſquiſque enim ea participat quantum eſt ne/ceſſarium ad proprium opus. Vn/de ille qui principatur ſiue ciuitati:ſiue ſeruis:ſiue mulieri:ſiue filiis:oportet ꝙ habeat per/fectam uirtutem moralem:quia opus eius eſt ſimpliciter opus architectoris: id eſt princi/palis artificis. Sicut enim principalis artifex dirigit & imperat miniſtris artis qui manu operantur:ita princeps dirigit ſuos ſubiectos. Et ideo habet officium rationis quod ſe ha/bet ſimiliter ut principalis artifex ad inferiores partes animę. Et ita oportet quod ille qui principatur habeat rationem perfectam:Sed unuſquiſqȝ aliorum qui ſubiiciuntur tantum habet de ratione & de uirtute quantum ille qui principatur immittit ipſis: id eſt tantum ꝙ oportet quod habeant ꝙ ſufficiant ſequi directionem principantis implendo manda/ta ipſius. Et ſic patet quod omnium prędictorum eſt aliqua moralis uirtus:ſcilicet ut tem/perantia fortitudo & iuſtitia. Non tamen eadem eſt uiri & mulieris & aliorum ſubiecto/rum:ſicut putauit Socrates:Sed fortitudo uiri eſt ad principandum:ut ſcilicet propter nul/lum timorem prętermittat ordinare quid faciendum ſit:Sed in muliere & in quolibet ſub/dito oportet ꝙ ſit fortitudo ſubminiſtratiua:ut ſcilicet propter timorem non prętermittat facere propriũ miniſterium. Sic etiam differt fortitudo in duce exercitus & in milite. Et ſicut dictum eſt de fortitudine ita dicendum eſt de omnibus aliis uirtutibus quę in prin/cipante quidem ſunt principatiuę:in ſubiectis autem miniſtratiuę. Et per hoc patet ꝙ non differunt ſolum ſm magis & minus bonum uirtutes:ſed aliqualiter ſecundum rationem.

plæraqȝ ſunt natura imperantia & paren/tia:alio eni̅ modo liber præeſt ſeruo:& ma/ſculus fœminæ:& uir puero:& omnibus in ſunt partes animæ:ſed differũt. Seruus eni̅ omnino non habet deliberandi arbitrium: mulier uero habet quidem ſed inualidum: puer autem habet ſed imperfectũ. Eodem mõ ſe habere neceſſe eſt circa morales uir/tutes putandum eſt omnes participes eſſe oportere: ſed non eodem modo: ſed quan/tum cuiqȝ opus eſt. Ex quo fit ut is qui im/perat perfectã uirtutem habere debeat mo/ralem:nam eius opus eſt ſimpliciter præci/pientis:ratio autem præcipit atqȝ præſidet: aliorum uero unuſquiſqȝ quantum ſibi cõ/petit. Quare patet uirtutem moralem eſſe omnium ſupradictorum:nec eadem mode/ſtia mulieris & uiri:neqȝ fortitudo:neqȝ iu/ſtitia ut Socrates putabat: ſed illa quidem iubens fortitudo hæc uero obediẽs. eodem

¶Deinde cum dicit:Patet autem id magis z̄c̄·Manifestat quod dixerat magis in particulari:& dicit ꝙ hoc q̄ꝺ dictū est magis erit manifestū his qui uolunt considerare magis in particulari:quia illi qui de actibus humanis uolunt dicere in uniuersali tantum decipiunt seipsos:quia non possunt plene peruenire ad ueritatem:sicut si aliquis esset contentus ut sciret ꝙ uirtus est per quam anima bene se habet:aut per quā homo iuste operatur uel aliqd aliud talium:& nihil plus uellet scire de uirtute deciperet seipsum imperfectam & inutilem habens scientiam de uirtute· Multo enim melius dicunt illi qui enumerant uirtutes in speciali: sicut Gorgias fecit q̄ illi qui dicunt solum in genere aliquis·Ratio est:quia actus sunt circa singularia:unde ea quę ad actus pertinent in particulari sunt consideranda· Et ideo sicut quidam poeta dixit de muliere quiddam particulariter ad eius uirtutem pertinēs: ita etiam est existimandū in omnibus· Ad mulieris enim ornatū uel honestateꝫ pertinet ꝙ sit tacita: hoc enim ex uerecundia prouenit quę mulieribus debetur·Sed hoc ad ornatum uiri non pertinet: sed magis ꝙ sicut decet loquat̄·Vnde & Apls monet ꝙ mulieres in ecclesiis taceant: & siquid dicere uolunt domi uiros suos interrogent·Sed quia puer est imperfectus uirtus eius non est ad seipsum:id est ut fm̄ suū sensum regatur: sed ut disponatur fm̄ ꝙ est coueniens ad fineꝫ debitum & ad obediendum ductori: scilicet pedagogo·Vnde in Ecclesiastico Sapiens dicit:Non des filio tuo potestatem in iuuentute & ne despicias cogitatus illius·Similiter etiam uirtus serui est in ordine ad dominū·Dictū est enim supra ꝙ seruus est utilis ad necessaria uitę·unde indiget quidem uirtute sed parua & tanta ut non deficiat ab his quę debet operari propter intemperantiam concupiscentię uel propter timiditatem·

modo & in aliis. Patet autem id magis particulariter considerātibus: nam qui uniuersaliter dicunt ꝙ bene se habere animū uirtus est:& recte agere:aut aliquid tale: seipsos decipiunt . Multo enim melius dicunt qui enumerant uirtutes quēadmodū Gorgias:q̄ qui ita diffiniunt.Quapropter oportet sicut Poeta de muliere dixit: ita censere in omnibus.Mulieri decus affert taciturnitas:sed nō item uiro. Cum uero puer sit imperfectus patet ꝙ & huius uirtus non ipsius ad seipsum est;sed ad perfectū & ducem similiter & serui ad dominū.Posuimus autem seruum esse utilem ad necessaria: itaqꝫ patet ipsum uirtute indigere parua & tanta ut neqꝫ propter intemperantiā:neqꝫ propter timiditatē in operibus deficiat.¶Dubitauit uero aliquis si uerum est quod nūc diximus:ut rū artifices oportet habere uirtutem:nam sæpe propter intemperantiam deficiūt in operibus. Vel hoc longe differt.

Dubitabit uero aliquis z̄c̄·Soluta precedenti dubitatione hic mouet quandā aliam dubitationem quę ex premissa solutione oritur:& circa hoc tria facit·Primo mouet dubitationem·Secundo soluit eam ibi:Vel hoc longe differt z̄c̄·Tertio inducit quoddam corellarium ex solutione posita:ibi:Patet ergo z̄c̄·Est ergo dubitatio de hoc quod supra dictum est ꝙ oportet seruum habere quandam uirtutem:ne propter intemperantiam aut timorem deficiat ab operibus:pari ratōne uidebitur ꝙ artifices ad hoc ꝙ sint boni artifices oporteat habere aliquam uirtutem:cum multotiens contingat ꝙ propter intemperantiam uel alia uitia defectum faciant in suis operibus:utputa negligenter agentes dum aliis intendunt.¶Deinde cum dicit:Vel hoc longe differt z̄c̄· Soluit propositam dubitationem & dicit ꝙ magna differentia est inter seruū & artificē:& hoc probat per duas rationes:quarum prima est:Quia seruus in aliquo est particeps uitę: id est conuersationis

humanę inquantum est seruus. Dictum est enim supra ꝙ seruus est instrumentum in his quę pertinent ad actionem: id est ad conuersationem hominum. Et ideo cum uirtutes morales perficiant hominem in conuersatione humana oportet ꝙ seruus ad hoc ꝙ sit bonus participet aliquid de uirtute morali. Sed artifex remotius se habet a conuersatione humana. Non enim operatio artificis inquantum huiusmodi est circa agibilia conuersationis humanę: sed circa aliqua artificia quę dicuntur factibilia. Vnde aliquis dicit͛ bonus artifex: utputa: bonus faber non ex hoc ꝙ bonus sit: sed quia pōt facer͛ bonos cultellos: etiam si male utatur uel negligenter sua arte. Sed tamen intantũ immittit de uirtute in sua operatione inquantum exhibet de seruitute ad conuersationem humanã: sicut uidemus ꝙ aliquí artifices .i. mercenarii: utputa coqui habent quandã determinatam seruitutem: dum deputantur ad quędam specialia ministeria & seruiunt: & ſm hoc indigent uirtute morali ad hoc ꝙ sint boni in ministerio. ¶ Secundam rationem ponit ibi: Et seruus est ſm naturaꝫ zc̄. Quia seruus est de his quę sunt a natura. Probatũ est eniꝫ supra ꝙ aliqui sunt naturaliter serui: Sed nullus est coriarius uel ullius artis artifex a natura: sed omnes artes sunt adinuentę per rationem. Virtus autem ad ea se habet quę sunt nobis a natura. Habemus enim naturalem quandam inclinationem ad uirtutem: ut dictũ est in secũdo Eth̄. Vnde patet ꝙ ad hoc ꝙ aliquis sit bonus seruus indiget uirtute morali: nō autem ad hoc ꝙ sit bonus artifex. ¶ Deinde cum dicit: Patet ergo zc̄. Infert quoddam corellarium ex dictis. Dictũ est enim ꝙ seruus indiget uirtute. Oportet autem ꝙ homo qui habet inclinationem ad uirtutem consequatur uirtutem studio alicuius gubernantis: sicut ciues debent fieri uirtuosi per Legislatorem: ut dicitur in secundo Eth̄. Vnde manifestum est ꝙ hmōi uirtutis quam seruus debet habere ad hoc ꝙ sit bonus: dominus eius debet ei esse causa instruẽdo eum qualiter agere debeat: & puniendo si male facit: & remunerando si bene. Sed nō est dicendum ꝙ ad dominum pertineat ꝙ habeat dominalem q̄dam scientiam quę doceat opera seruilia ipsum seruũ: puta ꝙ doceat ipsum coquinare uel aliqua hmōi facere: sed debet eum docere quomodo sit temperatus & humilis & patiens & alia hmōi. Vnde nō dicunt bene qui dicunt ꝙ nō est ratione utendum ad seruos sed solo pręcepto. Magis enim debemus seruos monere ad uirtutem q̄ filios pueros: quia nōdum sunt ita capaces monitionis. Et de his quidem sic determinatum sit. ¶ Deinde cum dicit: De uiri autem & mulieris zc̄. Excusat se a diligẽtiori determinatione de duabus aliis coniugationibus: & circa hoc tria facit. Primo ponit excusationem. Secundo assignat rōnem dictoꝝ: ibi: Nam cum omnis zc̄. Tertio continuat prędicta dicendis: ibi: Quare cũ de zc̄. Dicit ergo primo ꝙ in his quę dicenda sunt de ciuitati/

Nam seruus quidem adhæret nobis cõmunione uitæ: ille autem remotior est: & tantum sibi competit uirtutis quantũ seruitutis: Vilis enim artifex indeterminatã quandam habet seruitutem. Et seruus est secundum naturam: sed nemo sutor aut alius opifex. Patet ergo ꝙ huius quidẽ uirtutis causam esse oportet dominum seruo: non eum qui doctrinam habet in operibus dominicam. Quapropter non bene dicunt qui seruos spoliant ratione: dicentes præcepto uti dumtaxat: ammonẽdi sunt enim magis serui q̄ pueri. Et de his in hunc modum determinatum sit. De uiri autem & mulieris filiorumq; & patris uirtute & cõuersatione ad inuicem quid recte uel contra: & quomodo oportet hoc quidem facere ab illo autẽ abstinere: in his quæ de Rep. necesse est intueri. Nam cũ omnis domus sit ciuitatis pars illi autem domus: partis autem uirtus ad

bus necessariũ est tractare de uirtute mulieris & uiri:& patris & filioꝝ:& collocutione uel cõuersatione eorum adinuicem:quid in hoc sit bene & quomodo illud quod est bonum sit procurandum & illud quod sit malum sit uitandum:& ita ad pręsens anteq̃ de politicis dicamus determinari hic non possunt. ¶ Deinde cum dicit:Nam cum omnis domus zc. Assignat duas rationes quare prędicta oporteat determinari circa policias:quarum prima est. Quia dispositiõem partis oportet considerare in comparatiõe ad totum: sicut dispositionem fundamenti in comparatione ad domũ. Sed domus ẽ pars ciuitatis ad quã primo pertinent istę duę coniugationes: scilicet patris & filii: uiri & uxoris. Vnde ſm comparationem ad policiã oportet considerare qualiter sint erudiendi pueri & uxores ¶ Secundam rõnem ponit ibi: Siquidem refert zc. Ea enim quorũ dispositio facit differentiam circa bonitatem ciuitatis sunt consideranda in policiis. Sed hmõi sunt instructiones puerorum & mulierum quõ uterq; sint boni: quia mulieres sunt media pars hominum liberorum qui sunt in ciuitate. Ex pueris autem crescunt uiri quos oportet esse dispensatores ciuitatis Ergo in policiis determinandum est de instructione filiorum & uxorum. ¶ Deinde cum dicit:Quare cum de seruis zc. Continuat dicta dicendis & dicit ꝙ quia determinatum est de seruis:de reliquis autem dicendum est in aliis:id est sequentibus quę ad policias pertinent:debemus ad pręsens dimittere istos sermones pertinentes ad dispensationem domus tanq̃ iam consumationem habentes & faciemus aliud principium cõsiderando ea quę dicta sunt ab aliis de optima policia. Et sic terminatur primus liber.

totum respicere debeat: necessarium est respiciẽtes ad Remp. filios uxoresq; instituere. Siquidẽ refert ad rectam institutõnem Reip. pueros & mulieres esse bene institutos. Enimuero referat necessarium est:nam mulieres media pars sunt hominum liberorum:ex pueris autem sumũtur qui Remp. gubernãt. Quare cum de seruis determinatum sit:de reliquis autem in aliis sit dicendum ommissis ꝓpositis tanq̃ finem habentibus alio sumpto principio illa discutiamus quæ tradita sunt de optimo Ciuitatis statu :.

¶ Finis primi libri Politicoꝝ Aristotelis.

¶ Excellentissimi Theologię professoris Magistri Ludouici Valentię Procuratoris Ordinis Prędicatoꝝ: ad Reuerendissimũ in Christo patrem & dominum dñm F. Cardinalem Senẽ. Epitoma per conclusiones primi libri Polit. Aristotelis.

¶ Omnem ciuitatem alicuius boni gratia institutam:cum omnis societas ab aliquo cõstituta sit:agens uero quodcumq; alicuius boni aut ueri aut extimati causa agat.

¶ Ciuitas autem quę omnes complectitur cõmunitates optima est atq; optimi ideo pręcipuiq; boni gratia est.

¶ Primã societatem maris esse & foeminę coniugationem:quę & cõmunis rebus ratione carentibus est:& quia sine humanum genus non potest esse.

¶ Aliam deinde societatem esse domini & serui quę a natura est propter salutẽ:ut qui uidelicet mente imbecilles sunt a sapientibus eis obsequendo regant: & qui inualidi corpore animo uero robusti sapienter res dispositas per subiectos exequantur.

¶Societas autē maris & foeminę ab ea quę est serui & dñi distat:siquidem foemina ge/
nerationi apta esse debet ac natura imbecillis:Seruus uero ad labores idoneus. Propte/
rea reprehendenda est barbara cōsuetudo quę foemina pro serua utit̃ & econtra.

¶Domus prima cōstituit̃ ex duabus societatibus:maris.s.& foeminę:serui & dñi:cū una
ad generationē sit:alia uero ad salutē.Illa uero cōmunicatio quę patris & filii dicitur ex
prima orit̃.

¶Societas & cōicatio domestica est in actus quotidianos:ut uesci.calefieri & alia hmōi.

¶De Cōmunitate Vici.

¶Cōmunitas uici ex pluribus domibus constat nō in actus domesticos sed extraneos:ut
mercari ac pugnare destinata.

¶Hmōi societas uici a natura proficiscit̃ cū ex propagatione filioꝝ q̄ maxime naturalis
est pluralitas uicinaꝝ domoꝝ procedat ex qua deinde multitudine uicus habet̃.

¶De Cōmunitate Ciuitatis.

¶Ciuitas ex pluribus uicis constat & est perfecta communitas quę omnia contineat quę
ad uitam humanā sunt necessaria & qua prouenit non solum uiuere sed etiam bene ui/
uere:cum uitam hominum per leges ad uirtutem ordinet.

¶Societas ciuilis est naturalis:ex naturalibus enim cōitatibus:domestica.s.& conuicanea
propagatur & eaꝝ finis est cum optimū quoddam sit in omni cōitatum genere:dignū
autem est finem rerū naturalium & ex naturalibus cōstitutū rebus esse quid naturale.

¶Homo est animal naturaliter ciuile:ciuitas enim naturalis est quę nō nisi hominū con
gregatio est.Quid enim natura sermonem homini concessisset? Si quis uero solitarius
est propter naturam aut neq̄ est aut potior q̄ homo.

¶Ciuitas est prior q̄ domus & hoc natura & perfectione:pars namq; materialis est natu/
ra toto posterior cum nō nisi & totius formā suam habeat & speciem & operationem:
sicut pes humanus ex forma humana:Eodemq; modo nec homo sufficientem habet
fruitionem nisi pars sit ciuitatis & in ciuitate uiuat.

¶Hominibus inest naturalis impetus ad ciuilem societatem sicut ad uirtutes:cum per ci/
uilem ordinem homo ad iusticiam reducatur & ad optimā uitę frugem.

¶Possessiua pars est iconomicę:domus enim constare non potest absq; necessariis ad ui
tam humanam quę per possessiuam habentur.

¶Res uero possessę instrumenta sunt gubernatoris domus:quaꝝ quędam sunt inanimata
sicut lectus uestis.quędā animata:ut seruus qui instrumentū est sup instrumēta ea mo/
uens ad pficiendū imperium dñi inanimatis nō agnitū.Quę etiam instrumentoꝝ dif/
ferentia in artibus inuenit̃:sed tantū distat ꝙ instrumenta artiū factiua sunt: artis enim
finis est facere:arte namq; pręter operationem aliquid conficitur:domus uero & guber
natoris eius instrumenta actiua sunt:nihil enim ex his pręter usum haberi potest. Vn/
de & domesticę disciplinę finis est actio.

¶Seruus est possessio domini & res etiam dñi ueluti & de cęteris possessionibus solemus
dicere quę ad possessionem ea conferuntur habitudine qua pars ad totum:quę nō mo
do pars dicitur sed & res totius sicut manus hominis.

¶Patet ex dictis hanc esse aptam serui diffinitionem:Seruus est organum animatū acti/
uum seperatum alterius homo existens.Organum quidem genus eius exprimit. Ani/
matum uero ab inanimatis organis separat.Sed actiuum ab animatis organis artis. Se/
paratum autem diuidit ab animatis actiuis & quę sunt partes ipsius animalis. Alterius
existens:a libero qui quandoq; minister est in domo. Homo existens: a iumentis dis/
iungit quę & animata & actiua & separata & alterius sunt.

¶Seruitus est naturalis & expediēs:in omni enim multitudine ex multis cōstituta natura
le est quoddam imperare:quoddā parere:& illud etiā expedit ut patet maxime in ani/
malibus in quibus anima prędominatur corpori:& ratio appetitui: nisi aliquid pręter

naturam accidat·Homo etiam cęteris animalibus pręest:& id conducit ad salutem eo
rum:& quibus hoc magis accidit ut mansuetis meliora sunt· Masculus quoq; naturali/
ter foeminę principatur:& id ei expediens est· In multitudine ergo hominum & natu
rale est & conducens ut quidam dominentur & quidam seruiant·

¶Hi debent esse naturaliter serui qui tantũ distant a cęteris/quos dignũ est dominari/na
tura/q̃tum corpus ab anima:& bestia ab hoĩe·Hi sunt qui imbecilles mente & robusti
corpore:quibus certe expedit regi: & qui ad exequenda iussa apti sunt· Vnde & natu/
ra differentiam posuit inter liberoꝝ corpora & seruorum: ut illorum molle sit contem
plationi idoneum:horum uero solidum exercitationi corporeę cõmodũ:nisi forte ad/
uersum naturę aliquid contingat·Et si magna differentia in corporis elegantia cõiectu/
ram facit dignum hos prę illis subiici:iustius est differenti ã animaꝝ ex hoc ꝓmereri·

¶Iumenta & serui non uno modo subsunt:qa seruus cõsilio percepto obtemperat: iumen
tum uero passione adducit:modicum tamen plus utilitatis seruus affert iumento·

¶Seruitus quędã legalis est:qua bello capti serui efficiuntur uictorum ·Et hęc quodãmo/
do iusta est non simpliciter:partim quia bellum contingit plęrumq; iniustum esse:par/
tim quia contingit sapientes ab insipientibus superari·quodam tamen modo iusta est:
& ad cõmoditatem humanã:inquantũ sic uicti seruantur ut seruiant:accendũturq; hoc
premio homines ad fortiter pugnandũ:tum quia cõiectura sit uictorem uirtute aliqua
excellere·

¶Inter seruos naturali seruitute & dños amicitia esse potest:cõmunicant enim in his quę
utrisq; conducunt·Sed inter seruos qui lege ac uiolentia subsunt eorumq; dominos nõ
potest esse amicitia cum non cõmunicent in expedientibus cuilibet:& si enim eos ser/
uari expediat:non tamen seruire·

¶Dominatiua & a Politica & ab Iconomica differt·A Politica quidem ꝙ illa sit liberorũ
hęc uero seruorum·Ab Iconomica ꝙ illa sit omnium qui in domo existunt:hęc seruo
rum tñ· Politica quoq; & Iconomica distant:ꝙ Iconomica unius principatus sit si per/
sistere possit:Politica uero multorum·

¶Dominatiua scientia minime est:Dominus enĩ nõ a scientia:sed a naturali dominandi
aptitudine dicitur·Huic tñ quędã scientia utendi seruis adiungitur quę nõ multi precii
sit:cum facile sit pręcipere:unde & neglecta alteri cõmittit·Et scientia acquirẽdi eidẽ cõ
nexa est: ars·s·militaris & uenatiua: hac enim homines:illa iumẽta seruire cõpellimus·

¶Possessiua iconomica nõ est nec pars eius:cũ iconomicę sit uti rebus possessis:possessi/
uę acquirere·Subministrat uero ei sicut pręhens instrumentum quo operatur:quemad
modum frenofactoria equestri·

¶Possessiua quę cibum acquirit quędã pastoralis est:quędam agricultiua:quędam furti/
ua:quędam uenatoria:quędam piscatiua·Et naturalis est: acquirit enim cibum qui no/
bis a natura pręparatur:Sic etiam in principio genitis aut lac:aut quod in ouo superflu
um est natura ministrat· Prędatiua tamen naturalis est si & bestias & barbaros quos a
natura dignum est seruire seruos esse faciat·

¶Differentia ciborũ differentiam infert animalium ac etiam in humana conuersatione·
Bruta enim quę ex carnibus alioꝝ uescuntur solitudine gaudent: quę herbis ac fructi/
bus gregatim uiuunt:& sic in hominibus euenit ut qui absq; labore uictum quęrunt pa
stores sint & alii alio modo se habeant·

¶Possessiua quę cibũ acquirit finita est:Est enim instrumentum iconomicę· instrumen/
ta uero & multitudine & magnitudine finita sunt·

¶Quę pecuniã acquirit naturali possessiuę non est eadem : cũ possessiua natura instituta
sit·Quę uero pecuniam acquirit experimento ac industria comparata ·

¶Duplici rerũ usu existente proprio:cuius·s·gratia res effecta est:ut est calcei calceare·Al
tero necessitatis gratia ut est cõmutatio rei ut per eam his traditis qbus habũdamus ea

quibus egemus cōtra nobis tribuanť:cōmutatio certe rei ad naturę cōmoditatē inuen/
ta est:quia in his uersatur quę naturę subueniunt. Hinc est ꝙ Nummulatoria nō est a
natura quę pecunias cōmutat quibus natura nō sustentatur.

¶Sed cum interdum commutatio in distantibus multum locis sit facienda ad quę graue
satis & difficile est aduehere res cōmutandas:hinc inuentio pecunię ꝓcessit quam cō/
mode possumus deferre:illis itaq; sua magnitudine ac pondere cōmensuratis rebus pri
mitus res comparabamus necessarias uerū postea imagine inscripta ponderis certitu
do pręstabatur:sicut hodie fit ad leuandam ponderis molestiam & sollicitudinem.

¶Naturales opes uerę diuitię sunt extimandę non autem pecunię: quarum inuentio est
pro cōmutandis solum & comparandis rebus naturalibus.

¶Pecuniatiua quędam iconomicę deseruit & naturalis est ac finita:quędam augendis so
lum pecuniis intendit & hęc infinita est cum finis eius sit multiplicatio pecunię. finis
autem appetitus finem nō habet:sed propter utriusq; pecuniatiuę proximitatem etiam
iconomicus interminate huic pecuniaꝝ excrescentię intendit:quod etiam accidit:quia
bene uiuere non contendit sed omnes explere uoluptates quibus nullus pręfigitur finis
Hinc Nummulatoriam exercet ac omni arte officio & uirtute ad quęrendas utiť pecu
nias.

¶Pecuniatiua non minus iconomicę deseruit quę reꝝ naturalium dispensatiua est & pe
cuniarum quibus res naturales habentur ꝗ natura:quia sicut illa res naturales pręstat:ita
hęc pecunias quibus emuntur res naturales:& hęc quidem laudatur:sed campsoria te/
prehenditur ut diximus:quę pecunię augmentū finem facit. Sed multo magis Foene/
neratoria uituperatur:quę etiam ex denario denariū auget partumq; facit pecunię quę
suapte natura sterilis est. Sunt igitur ex rebus quęrendę pecunię usq; in certum finem:
ad remouendam scilicet naturę necessitatem.

¶Primū uero quęrēdaꝝ ex nālibus rebus pecuniaꝝ ꝑceptū est ex usu cognosceť ubi res
minori emantur precio & ubi cariori uendanť. Secūdum est rerum uenalium copiam
facere aut agrorum apumq; cultu ac cęteroꝝ animantiū aut piscium auiumq; captura.

¶Sed mercatoria etiam congregandis pecuniis conducit quę aut nauigio exercetur aut
uectura aut cōmunicatione his qui mercantur:quarum quę mari exercetur locupletior
quę terra certior.

¶Confert & plurimū foeneratoria: confert & mercenaria : cuius quidem alia uilis est &
abiecta : ut coquorum:alia absque arte solo corpore deseruiens:ut quę fodiendis agris
intendit. Sed quę metalla lapides ex terra eruunt & incidunt:agriculturę similis est &
mercatiuę:illi quidem quod ex terra acquirit:illi uero ꝙ quę acquirit naturę nihil pręs/
stat iumenti.

¶Operationum quędā est habenda discretio:ꝙ quędā plurimū fortunę habent quę pa/
rum artis:ut piscatio:quędam parum fortunę:quę scilicet plurimū artis:fabrilis opera/
tio & cętera hmōi:quędam uiles quibus corpora maculantur:ut tinctoꝝ coquoꝝ: quę/
dam plurimū seruiles:sicut deferentium onera:quędam ignobiles quibus nihil fere uir
tutis corporis animi ue explendis requiritur.

¶Hęc uero quęrendarū pecuniarum pręcepta partim ex libris alioꝝ: partim exemplis
possumus discere:sicut singularem exercere uenditionē pecuniis quęrendis conducere
Tum Thalis Milesii exemplo ac eius quod in Sicilia gestū est cognouimus.

¶Principatur & uir uxori & pater filio:nō uelut dominus seruo sed tanꝗ liberis : sed tan/
tum distant ꝙ principatus patris Regali similis est:plena enim & libera est patris in fi
lium potestas uelut regis. Principatus uero uiri ciuili par qui legibus coartať matrimo/
nii uelut iurisdictio rectoris Ciuitatis & legibus ciuitatis restringitur.

¶Principatus tamen uiri in uxorem differt a ciuili:ꝙ in ciuili quandoq; eosdem contin/
git pręesse quandoq; subesse:utpote qui ornamento sermonibus ac honoribus distin/

guantur. Sed uir semper uxori pręsidet.

¶Principatus uero patris Regali compar est & amore & natura: similitudine ac excessu. Amore enim debet Rex subiectos regere alioquin tyrannus est non Rex. & cum natura ac forti genere quod certe expediat subiectis sit conformis: eos tn̄ sm̄ naturā quadā ꝓbitatis ac uirtutis magnitudine antecellit aliter si ęqualibus imperaret nō esset dignū eum semꝑ regnare ut in politico cōtingit principatu: Sic et pater cū naturali amore & charitate ac naturę perfectione & annis firmior sit. Ille uero iunior filium gubernat.

¶Studere debet Paterfamilias liberis seruis & possessionibus: sed potiori studio liberis q̄ seruis: & seruis q̄ possessionibus.

¶Virtutes patris ac filii: uiri ac foeminę: domini & serui: regis & ciuium aliquo modo ratione differunt: sicut uirtutes quę sunt in ratione & quę sunt in irascibili & concupiscibili eo ꝙ ratio his pręsideat: nec enim tanta esse debet nisi ad idem. Seruus enim cum alterius sit consilium nō habet quod de his sit quę sunt in potestate nostra. Mulier uero habet quidem sed inualidum & inconstans. Puer uero imperfectū. Ciues quoq; inęquales regi sunt. His ergo tantum debet esse uirtutis ut constanter ac temperate principatibus pręeant: illis uero maxime ut bene pręesse sciant ac fortiter imperent.

¶Quędam etiam uirtutes ad mulieris ornamentum spectant & nō uiri: ut uerecundia & taciturnitas. Seruo quoq; & filio ea debet esse humilitas ut suo sensu ac cōsilio regi permittat quod patrem nō deceret. Seruus quoq; ea uirtute ut fortiter exequat̄ iussa domini: ut sc; nec propter impetum concupiscentię aut formidinem recuset facere.

¶Artifex aut ad hoc ut bonus artifex sit nulla indiget uirtute cum humana inq̄um huiusmodi conuersatione nō participet propter quam certe uirtus necessaria est. actionis enim gratia uirtus est nō factionis: ars propterea nō a natura sed a ratiōe est. uirtus aūt ad eas se habet inclinationes quę a natura nobis insunt sed tamen uirtute egebit artifex in eo quod ars eius in usum & ministerium uenit: Sic enim quodāmodo seruus est.

¶Cum uero seruus uirtute egeat sicut & ciues: a dn̄o leges ei ponendę erunt & addendę poenę & castigationes: ut ciuibus solet Rex statuere ut uirtutibus studeant.

¶De his autem societatibus quę partes Reip. sunt diligentius erit dicendū cum de Rep. agetur.

Finis.

QVoniam proposuimus considerare zc̃. Postq̃ Philosophus determinauit in primo libro de his quę pertinent ad domũ: quę sunt elementa quędam ciuitatis: hic incipit determinare de ipsa ciuitate sm modum quem in fine primi tetigit & etiam in fine decimi Ethicoꝝ. Primo enim ponit ea quę ab aliis dicta sunt de Politica cõmunicatione. Secundo incipit determinare de ea sm propriam sententiam in tertio libro: ibi: Qui de Rep. cõsiderat zc̃. Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo prosequitur suam intentionem: ibi: Incipiẽdum est autem zc̃. Circa primũ duo facit: primo proponit suam intentionem. Secundo excusat eam: ibi: Nec puteĩ esse zc̃. Dicit ergo primo ꝙ intentio nostra principalis est considerare de cõmunicatõne Politica ut sciamus quis modus Politicę conuersatiõis sit optimus: quemadmodũ omnia ea sm quę possunt homines uiuere maxime ad uotum: ad hoc consequendum oportet considerare policias: id est ordinationes ciuitatis quas alii tradiderunt: siue sint illę quibus quędam ciuitatum utũtur quę laudantur de hoc ꝙ bene reguntur legibus: siue etiã sint ab aliquibus Phĩs & sapientibus traditę: quę uidentur bene se habere. Et hoc ideo oportet considerare ut appareat quid sit rectũ & utile in cõuersatione & regimine ciuitatis. Ex collatione enĩ multoꝝ magis potest apparere quid sit melius & utilius. Notandum est autem ꝙ ad optimã Politiam pertinere dicit ut homines uiuant q̃maxime ad uotum: id est sm hominum uoluntatem: quia uoluntas hominis principaliter est de fine humanę uitę: ad quem ordinatur tota Politica conuersatio. Vnde sm ꝙ homines diuersimode existimant de fine uitę humanę: sm hoc diuersimode hoĩes existimant de conuersatione ciuitatis. Qui enim finem humanę uitę ponunt delectationes uel potentiam aut honores: existimant illã ciuitatem esse optime dispositam in qua homines possunt uiuere delitiose: uel acquirere multas pecunias: aut consequi magnos honores: uel multis dominari. Qui uero finem pręsentis uitę ponunt in bono quod est premium uirtutis existimant illã ciuitatem esse optime dispositã in qua hoĩes maxime pacifice & sm uirtutem uiuunt. Vnde simpliciter uerũ est ꝙ optima dispositio ciuitatis est sm quorumlibet opinionem prout in ciuitate potest uiuere homo ad uotũ. Item notandũ est ꝙ dicit se cõsideraturũ de policiis cõmunitatũ quę bene dicuntur regi: & de ordinationibus ciuitatũ a Sapientibus traditis: qui uidenĩ bene se habere: qa ad inueniendũ ueritatem nõ multum prodest consideratio coꝝ quę sunt manifeste falsa: sed coꝝ quę probabiliter dicuntur. ¶ Deinde cum dicit: Nec putetur esse zc̃. Excusat propriam intentionem & dicit ꝙ nõ oportet alicui uideri ꝙ hoc ipm quod est quęrere aliquid aliud in ordinationibus ciuitatum pręter ea quę ab aliis dicta sunt procedat ex hoc ꝙ ipse intendat suam sapientiam ostentare: sed ideo interserit hanc artem: quia ea quę ab aliis dicta sunt in multis uidentur non bene se habere. ¶ Deinde cũ dicit: Incipiendum est autem zc̃. Prosequitur suam intentionem prosequendo ea quę ab aliis dicta sunt de ordinatione ciuitatis: & primo ponit diuersas ordinationes ciuitatum traditas a diuer/

¶ Politicorum Aristotelis Liber Secundus.

QVoniam proposuimus considerationem facere de Ciuili societate quæ sit optima omnium potentibus uiuere maxime ad uotum: oportet alias quoq; considerare Resp. quibus utuntur Ciuitates aliquæ earum quæ bene legibus institutæ uidentur: & si aliquæ sint aliæ ab aliquibus scriptæ quæ bene se habere uideantur: ut recta institutio utilitasq; appareat. Nec puteĩ esse ad ostentationem & superfluitatem quærere aliud præter illas: sed quia illæ nõ bene se habẽt ideo hunc laborem a nobis esse susceptum. Incipiendum est autem ab eo quod est se/

fis. Secundo ostendit qui fuerunt & quales qui de hmōi se intromiserunt: ibi: Eorum aūt qui de Rep. aliquid zc̄. Prima autem pars diuiditur in duas ſm diuersitatem quā in premissis tetigit. In prima enim ponit ordinationes ciuitatis quę sunt ab aliquibus sapientibus traditę. In secunda ponit eas quę in quibusdam ciuitatibus ordinatę uiuentibus obseruant̄ ibi: De Lacedęmonioꝝ aūt Rep. zc̄. Prima diuiditur in tres. Primo ponit ordinatōnem ciuitatis quam tradidit Socrates uel Plato discipulus eius qui in suis libris Socratem loquentē introducit. In scđa ponit ordinationē ciuitatis traditā a quodā qui Faleas dicebat̄ ibi: Quāobrem Faleas zc̄. In tertia ponit ordīationē Hyppodami: ibi: Hyppodamus aūt zc̄. Circa ꝑmū duo facit. Primo ptractat quādam questionem de quadā ordinatione quā Plato dixit eē utilissimā ciuitati. Scđo ꝓsequit̄ de ordinatiōe ipsius q̄tum ad alia: ibi: Ferme autē zc̄. Circa primū duo facit. Primo mouet questionem. Secundo prosequitur eam: ibi: Continet porro zc̄. Circa primū tria facit. Primo mouet quandam questionem trimembrē. Secundo excludit unū membrum ipsius: ibi: Enimuero nulla esse zc̄. Tertio querit de aliis duobus: ibi: Sed utrum melius zc̄. Dicit ergo primo ꝙ principium huius considerationis faciendum est ab eo qđ primo considerandū occurrit ſm naturam ciuitatis. Cū enim ciuitas sit cōitas quędā necesse est primo considerare utrum omnes ciues debeant cōmunicare in omnibus: aut in nullo: aut in quibusdam: & in quibusdam non. ¶ Deinde cum dicit: Enimuero nulla esse zc̄. Excludit unū trium membroꝝ. Impossibile est enim dicere ꝙ ciues in nullo cōicent. Quod probat dupliciter. Primo q̄dem: quia cōitas est quędam cōicatio. Vnde contra rationē ciuitatis esset ꝙ ciues in nullo cōicarent. Secundo q̄a manifestū est ꝙ oēs ciues necesse est cōicare: saltē in loco: ꝙ unus est locus unius ciuitatis. Conciues aūt dicunt̄ qui sunt socii in una ciuitate unde oportet ꝙ cōicent in loco. ¶ Deinde cū dicit: Sed utrū melius zc̄. Relinquit duo alia mēbra sub dubitatione. s. utrū melius sit ꝙ ciuitas quę debet bene cōuersari cōicet in quibuscunq; contingit aliquos cōicare uel in quibusdā eoꝝ cōicet & in quibusdā nō. Quędā enim sunt in q̄bus nullo modo contingit cōicare sicut in omnibus ꝑsonalibus: puta in mēbris corporis. Sed in filiis & uxoribus & possessionibus cōtingit ciues cōicare adinuicem sicut tradit̄ in Politica Platonis: ibi enim dixit Socrates ꝙ oportet ad optimā ciuitatem ꝙ sunt cōes possessiones oīum ciuium & cōes uxores: ita. s. ꝙ indifferenter oēs accedant ad oēs & per cōsequēs sequit̄ ꝙ filii sint cōes ꝓpter incertitudinē filioꝝ: & hoc tangit in principio Thimei. Querendum est ergo utrum melius sit se habere conuersationem politicā sicut nunc: aut ſm legem quam Socrates in sua politica scripsit. ¶ Deinde cum dicit: Continet porro & alias turbationes &c̄. Inquirit de predicta questione: & primo ostēdit incō

cundum naturā huius consideratōnis principium: necessarium quidem est aut omnia esse communia inter Ciues: aut nulla: aut quædam. Enimuero nulla esse communia impossibile constat esse: cum Ciuitas sit cōmunio quædam. Ac primo necesse est locū esse communem: nam locus quidem paritas est unius Ciuitatis: Ciues autem socii unius ciuitatis. Sed utrum melius fuerit in bene instituenda Rep. quæcunq; recipere cōmunionem possunt ea omnia esse cōmunia: uel quædā cōmunia esse: quædam non esse. Nā fieri potest ut filii & uxores & res quæ possidentur cōmunes essent: quemadmodum in Platonis Rep. Ibi enim Socrates inquit oportere communes esse filios & mulieres & facultates. Id uero utrum præstat ita fieri ut nunc fit uel secundum legem illam in Republica scriptam. Continet potro & alias turbationes permul

uenientiam prędictę positionis de cõmunitate uxoꝝ & possessionum. Secundo ostendit eius insufficientiã: ibi: Causam uero Socrati zc̃. Circa primũ tria facit. Primo improbat legem Socratis quantum ad cõmunitatem uxoꝝ & filioꝝ. Secundo quantum ad cõmunitatem possessionũ: ibi: His consequens est zc̃. Tertio cõiter quantum ad utranq;: ibi: Et prętea duarum uirtutũ zc̃. Circa primũ duo facit. Primo proponit ea sm̃ quę potest apparere positio Socratis de cõmunitate uxoꝝ inconueniens. Secundo prosequit̃ illa: ibi: Q̃d una uidelicet zc̃. Circa primũ ponit quattuor: quoꝝ primũ est ꝙ ista ordinatio de cõmunitate mulieꝝ habet multas alias difficultates pręter ea inconuenientia quę statim tangent̃. Secundum est ꝙ causa ꝓpter quã Socrates dixit hoc oportere lege ordinari non uidetur esse rationabilis. Tertium est ꝙ per istã legem nõ posset ꝑuenire ad finem & utilitatẽ ciuitatis quã Socrates existimabat. Quartum est ꝙ insufficiẽter tradidit: cũ enim cõia nõ possint singulis applicari nisi sm̃ certum modũ distribuendi: ipse tñ faciens mulieres cõmunes nõ docebat modũ quomõ essent singulis diuidendę ad usum. ¶ Deinde cum dicit: Q̃d una uidelicꝫ sit zc̃. Prosequitur tria eoꝝ quę dixerat: nam quartũ de insufficientia est per se manifestũ. Primo enĩꝫ ostendit causam huius ordinatiõis a Socrate assignatam esse irrationabilem. Secundo ostendit ꝙ per hãc legem ciuitas nõ posset consequi finem quem Socrates intẽdebat: ibi: Enimuero nec si zc̃. Tertio ostendit ꝙ hec lex hẽt multas difficultates: ibi: Et ꝓpter hmõi zc̃. Circa primũ duo facit. Primo proponit causam legis quã Socrates assignabat. Scd̃o improbat eam ibi: Atqui cõstat zc̃. Dicit ergo ꝑmo ꝙ Socrates supponebat hoc q̃si principiũ ꝙ optimũ esset ciuitati ꝙ esset una q̃tũcũq; posset: ꝓpter hoc .n. uolebat oĩa eẽ cõia: etiã filios & uxores ut ciues essent maxĩe adinuicẽ uniti. ¶ Deinde cũ dicit: At q zc̃. Improbat ꝑdictã cãm tribus rõnibus: circa quaꝝ primã dicit manifestũ eẽ ꝙ tñ posset ꝓcedere unitas ciuitatis magis q̃ deberet ꝙ nõ remaneret ciuitas. dictũ .n. ẽ supra ꝙ ciuitas est nãliter quędã multitudo. multitudo aũt opponit̃ unitati. Vñ si ciuitas fuerit magis una q̃ deberet: iã nõ eẽt ciuitas: sed ex ciuitate fieret dõus: & iteꝝ si hęc domus unitet̃ plus q̃ deberet ex domo nõ remaneret nisi unus hõ. nullus .n. dubitat q̃n una domus ẽ magis unũ q̃ ciuitas et magis unus hõ ẽ unũ q̃ domus. Vñ si etiã aliq̃s posset facere ꝙ ĩ tota ciuitate eẽt tãta unitas sicut ĩ una domo nõ deberet hoc facere: q̃a sic destrueret̃ ciuitas. Sꝫ q̃a posset aliq̃s dicere ꝙ Socrates nõ intelligebat de unitate q̃ excludit multitudinẽ ꝑsonaꝝ sed de unitate q̃ excludit dissilitu

tas ista mulierum cõmunio. & id propter quod censuit legem hanc esse ferendam non uidetur consequi ex rationibus. prętere ad finem quem inquit oportere ciuitati existere ut nũnc quidẽ dictũ est impossibile. quomõ aũt transigere oporteat nihil determinatum est. Quod una uidelic& sit ciuitas tota tanq̃ id sit maxime optimũ: suscipit enim hanc suppositiõem Socrates. At q constat ꝙ eo procedente ut una fiat magis ciuitas nõ erit: Est enim ciuitas multitudo quędã secũdum naturã: quę dum fit una magis: domus erit ex ciuitate: & homo ex domo. Vnam enim magis domũ censemus esse q̃ ciuitatem: & hominem unum q̃ domum. quare etiam si posset quispiam hoc facere tamen non esset faciendum: quia perimit ciuitatem. Nec solum ex multitudine hominum constat Ciuitas: uerum etiam ex eorũ multitudine qui specie differunt. nõ fit enim ciuitas ex similibꝰ: aliud eni federatio q̃ ciuitas: illa enim q̃titate prodest & si eadem sit specie cum auxilii gratia fiat: ceu si pondus magis attrahat. Differ-

dinem. Ideo subiungit ꝙ ciuitas non solū debet esse ex pluribus hominibus: sed etiā oportet esse ex differentibus specie. i. ex hominibus diuersarum conditionū: Nō enim fit ciuitas ex hominibus qui sunt totaliter similes sm conditiones. Et hoc manifestat tripliciter. Primo quidem: qa aliud est ciuitas & aliud est multitudo congregata ad simul pugnandū Quia multitudo congregata ad simul pugnandū est utilis ex sola quātitate numerali: etiā

ret autem & eo modo ciuitas a gente: quando per pagos diuisa non sit multitudo: sed queadmodū archades. Ex quibus aūt unū fieri oportet specie differunt. Quapropter par repensum ciuitatem conseruat: ut in Ethicis dictum est prius: quoniam inter liberos & æquales necessariū hoc esse. Nam omnes simul magistratum gerere impossibile est: sed aut per annum: aut per aliā præfinitionem & tempus: atque isto modo fit ut omnes gerant Magistratum: ceu si mutarentur sutores & fabri: nec semper iidem sutores ac fabri essent. Cum uero melius sit ita se habere etiā circa societatem ciuilē manifestum est melius foret si iidem semp ma

si oēs sint eiusdem conditionis: qa talis multitudo est adunata propter adiutorium: sicut contingit in illis qui uolunt trahere aliquod pondus ꝙ maior multitudo hominum trahit maius pondus: ita etiam maior multitudo militum similiū magis auxiliatur ad uictoriā. Secundo per hoc ꝙ ciuitas in hoc ꝙ ex dissimilibus constituit differt ab illa gente in qua multitudo nō diuiditur per habitationem diuersaꝝ ciuitatum aut uicoꝝ: sed unusquisq; separatim habitat per seipsum: Sicut accidit apud Archades. Est autem Archadia quedā prouincia in Grecia in qua unusquisq; per se habitat: & sic sunt quodāmodo omnes equales & similes. Tertio ostēdit idem per hoc ꝙ ea ex qbus oportet unū aliquid pfectū fieri differūt specie. unde omne totū pfectū in rebus naturalibus inuenitur esse cōstitutū ex partibus diuersis sm speciem: ut homo ex carnibus ossibus & neruis. Totum uero quod componitur ex partibus eiusdem speciei est imperfectum in genere nature: sicut aer & aqua & alia inanimata corpora. Vnde manifestū est ꝙ cum ciuitas sit quoddā totum pfectū oportet ꝙ consistat ex partibus dissilibus sm speciē. Et ideo dictū est in. v. Eth. ꝙ ciuitas conseruat per par repensum. i. per hoc ꝙ alicui proportionaliter retribuit equale ei quod fecit: quia hoc necesse est ꝙ sit in liberis & equalibus. Si enim nō retribueret alicui sm ꝙ fecit esset quedaꝫ seruitus: ut ibidē dictū est: Hec aūt retributio que par repensum dicit in his qui sunt equales sm q̄titatem fit sm equalitatem quantitatis: ut quantū aliquis dedit tantū recipiat: quantum fecit tantum patiatur. In his aūt qui nō sunt equales sm quantitatem sed sm proportionem: seruetur etiam equalitas proportionis: utpote: quanto ille qui fecit iniuriam est minor in eadem proportione plus puniatur. Maioris enim culpe est ꝙ aliquis pcutiat digniorem psonam q̄ inferiorem. Sic igitur patet ꝙ cū de rōne ciuitatis sit ꝙ ciuitas ex dissimilibus constituatur nō est uerum quod Socrates putauit ꝙ oporteat ciuitatem esse maxime unam: quia si tollatur dissimilitudo ciuium iam non erit ciuitas. Que quidem dissimilitudo maxime uidet tolli factis cōmunibus possessionibus & mulieribus & filiis. ¶ Secundā rationem ponit ibi: Nam omnes simul zc. que etiam inducitur ad ostendendū ꝙ oportet esse aliquā differētiā inter ciues. Oportet enim ꝙ quidā eoꝝ principent & quidā subiiciantur. Non enim est possibile ꝙ oēs simul pncipent: sed si hoc fiat oportet ꝙ hoc sit uicissim ita ꝙ unusquisq; in suo anno principet aut quocunq; alio tpe determinato: puta mense uel die uel etiā sm quemcunq; alium ordinem: puta ꝙ sorte principes eligant & sm hūc modum uicissitudinarii principatus accidit ꝙ omnes diuersis temporibus principent: sicut si in ciuitate aliqua nō semp iideꝫ hoīes essent coriarii uel fabri sed uicissim sequeret ꝙ oēs

ciues fierent coriarii & fabri. Subiungit autem ꝙ melius est ꝙ ita disponatᷣ ciuitas politica si possibile sit ꝙ iidem semper principētur. Hoc enim dicit esse possibile quando in aliqua ciuitate inueniuntur aliqui uiri multum aliis excellentiores per quos optimũ erit ut semper ciuitas regatur: sed quando hoc non est possibile eo ꝙ omnes ciues fere sunt ęquales sm naturalem industriam & uirtutem tunc iustum est ꝙ omnes participent principatu: siue principari sit quoddã bonum siue malum. Et quia cõmunibus bonis & cõibus oneribus iustum est ut ęqualiter participẽt qui sunt ęquales in ciuitate. Iustum igitᷣ esset si esset possibile ꝙ omnes simul principarentᷣ: sed qa hoc nõ est possibile ad huius iusti executionẽ obseruatᷣ ꝙ illi qui sunt ęquales in parte sibiinuicem cedant tanq̃ a principio sint similes: quia dum quidã eoꝝ principantur & quidã subiiciuntur quodammodo facti sunt dissimiles & diuersi per graduꝫ dignitatis. Et ita etiã quędã diuersitas est inter eos q simul principantᷣ dũ diuersi in ciuitate diuersos principatus uel officia gerunt. Et sic patet ꝙ ad ciuitatẽ requiritᷣ principantiũ & subiectoꝝ diuersitas uel simpliciter uel sm aliquod tẽpus. Sic igitᷣ manifestũ est ex p̃dictis ꝙ ciuitas nõ est sit nata esse una sicut quidam dicunt: ut oẽs sint similes. Et illud qđ dicitᷣ esse maximũ bonũ in ciuitatibus. s. maxima unitas destruit ciuitatem. Vnde nõ potest esse bonũ ciuitatis: quia unaqueq; res saluatur per id quod est sibi bonũ. ¶ Tertiã rationem ponit ibi: Patet etiã alio modo zc. Et procedit ista ratio alio modo a pręmissis: nam prima ratio sumebatᷣ ex partibus dissimilibus ex quibus necesse est cõstitui ciuitatem: hęc uero ratio sumitᷣ ex fine ciuitatis qui e st sufficientia uitę. Et hoc est ꝙ dicit ꝙ per aliũ modũ potest manifestari ꝙ nõ est melius ꝙ homo quęrat ualde unire ciuitatẽ. Per hoc enim tollitᷣ sufficiẽtia uitę. Manifestũ est enim ꝙ una domus uel familia tota magis est sufficiens ad uitã q̃ unus homo: & ciuitas est magis sufficiens q̃ domus. Tunc enim iam debet esse ciuitas cũ cõitas multitudinis est per se sufficiens ad uitam. Si igitur id quod est minus unũ est magis per se sufficiens ut domus homine & ciuitas domo: manifeste sequitur ꝙ eligibilius est in ciuitate ꝙ sit minus una quantum ad distinctionem ciuium q̃ ꝙ sit magis una. Tanto enim erit sibi sufficientior quanto plures diuersitates hominum in ea inueniũtur. Vnde patet falsum esse ꝙ Socrates dixit optimũ esse in ciuitate ꝙ sit maxime una.

gistratum gererent modo id fieri posset: sed in quibus hoc fieri nequit propterea ꝙ oẽs natura sunt pares simul & iustum est siue bonum siue prauum sit gerere magistratũ ut omnes huius muneris participes fiant: & i eo imitari uicissim æquales cedendo inuicem alios aliis: nam alii regunt alii regũtur in parte tanq̃ si ipsi alii fiant. Eodẽ modo illorum qui regunt alii alios gerunt magistratus. Patet igitur ex his ꝙ nõ recipitur sic unam esse ciuitatem & ꝙ maximũ fore cõmodum ciuitatibus dicebatur: id interimit ciuitates. At qui singulorum bonũ singula conseruat. Patet etiam alio modo ꝙ quærere nimium unire ciuitatem non est melius. domus enim magis sufficiens est q̃ unus: ciuitas autem q̃ domus. & uult iam ea quidem esse ciuitas cum habet sufficientiam multorum societas. Si igitur magis expetendum est quod magis sufficientiam habet: certe & minus unum eo quod est magis expetibilius est. ¶ Enimuero nec si optimum sit unam q̃ maxime esse ciuitatem: tamen id demõstrari uidetur ex sermone si omnes dicant suũ & nõ suũ. Hoc aũt

ANimuero nec zc. Postq̃ reprobauit causam quã Socrates assignabat legis ferendę

de cõmunitate mulierum & filiorum ostendens non esse optimũ in ciuitate ꝙ sit maxime una: hic incipit ostendere ꝙ ciuitas non consequitur maximam unitatem per legem præmissam & ponit ad hoc quattuor ratões: circa quarum primã dicit ꝙ dato ꝙ hoc esset optimum ciuitatis ut esset maxime una: non tamen per hoc uidetur ostendi ꝙ ciuitas sit maxime una: per hoc ꝙ omnes simul dicant: hoc est meum & hoc non est meum. Si enim omnia sint cõmunia nullus posset dicere hoc est meum nisi de quo & alius diceret hoc est meum: & hoc putabat Socrates esse signũ huius quod est ciuitatem esse perfecte unã: Videbat ꝙ ex hoc oriuntur discidia in ciuitate ꝙ unus curat proprium bonum & alius bonum suum: & sic studia hominum ad diuersa ferunt: quia nõ est idem de quo unusqsq; dicit hoc est meũ Sed si omnes dicerent de una & eadem re hoc est meum: omniũ studia ferrẽtur in unum: & sic sicut putabat Socrates ciuitas esset maxime una: sed hęc non est causa: quia cum tu dicis omnes dicerent hoc est meum: hęc propositio est duplex: eo ꝙ li omnes possit teneri distributiuę uel collectiuę. Si distributiuę esset sensus: ꝙ unusquisq; per seipsum posset dicere de tali re: hoc est meum: & tunc forte esset uerum quod Socrates dixit: quia unusqsq; unum & eundem diligeret tanq̃ filium proprium: & similiter mulierem tanq̃ suam propriam. Et ita est etiam de substantia. i. de possessione. Sed illi qui utuntur cõmunibus uxoribus & pueris non dicent oẽs in isto sensu: hoc est meum: sed oẽs quidem dicent collectiuę tanq̃ possidẽtes unã rem cõem: ita tñ ꝙ nullus per seipm dicet: hoc est meum: & idem est etiã si possessio sit cõis: nullius enim sm seipsum erit propria. Sic igit̃ patet ꝙ quidã sophisticus syllogismus est sm quẽ ꝓcedebat Socrates dicens: ꝙ dicere oẽs hoc est meũ est signũ ꝑfecte unitatis: quia iste dictiones oẽs & uterq; ꝓpter suã duplicitatẽ etiam in orõnibus. i. disputationibus faciunt syllogismos litigiosos. i. sophisticos: puta si aliqs dicat ꝓpositis tribus ex una parte & tribus ex alia utraq; istoꝝ sunt paria: hoc enim est uerũ si collectiue accipiat̃: qa simul iũcta sunt paria. Si uero distributiue accipiat̃ sunt imparia. Vñ dicẽdũ est ꝙ in uno sensu dicere oẽs de eodẽ ꝙ sit suũ esset bonũ. s. sm ꝙ li oẽs teneat̃ distributiue: sed nõ ẽ possibile: iplicat. n. cõtradictõez. ex hoc. n. ipso ꝙ est ꝓpriũ huius nõ est alterius. Si aũt nõ accipiat̃ sic sed collectiue nõ erit cõsentaneũ. i. congruũ ciuitati. ¶ Scđam rõnem ponit ibi: Hẽt preterea zc. Postq̃ oñdit ꝙ dictũ Socratis nõ est solũ nõ utile ciuitati sed etiã infert maximũ nocumẽtũ. Videmus eniz

Socrates putat signum esse ciuitatis perfectæ unitæ. At enim uerbum omnes duplex est: si igitur tanq̃ singuli forsan esset magis qđ efficere uult Socrates: singuli enim eundem filium suũ dicerent & mulierem eandem: & de facultatibus & de qbusuis aliis eodem modo. Nunc aũt nõ ita dicunt qui cõibus utuntur mulieribus & filiis: sed oẽs quidẽ: at nõ ut singuli ipsoꝝ. eodemq; modo de facultatibus omnes quidem sed non ut singuli eoꝝ. Quod igitur aberratio quædam sit in uerbo omnes manifestũ est: nam & utraq; & imparia & paria dicit propter duplicitatem: & in sermonibus positum litigiosos facit syllogismos. quare hoc ipsum omnes dicere uno quidem ore bonũ est sed nequaq̃ possibile: alio autẽ modo nihil consentaneum. Habet præterea quod dicit̃ nocumentũ aliud: Quod enim multoꝝ commune est in eo minime adhibetur diligentia: nam de propriis maxime curant hoĩes: de cõibus autem minus q̃ quantũ singulis competit. tanq̃ enim alio curante ab aliis negliguntur: quẽadmodũ in seruilibus ministeriis famulãtes: multi interdũ deterius

ꝙ de eo quod cōmune multoꝝ valde parum curatur: quia omnes maxime curant de propriis: Sed de cōmunibus minus etiā curāt homines q̄ quantū pertinet ad unumquemq;: ita ꝙ ab omnibus simul minus curatur q̄ curaret si esset unius solius. Dum enim unus credit ꝙ alius faciat omnes negligunt sicut accidit in seruiciis ministrorum ꝙ multi seruientes quandoq; peius seruiunt: dum unus expectat ꝙ alius faciat. Secundū autem legem Socratis sequitur ꝙ unusquisq; ciuis haberet mille filios uel plures & sic minus curabit de singulis q̄ si haberet unum solum. Et si addamus ꝙ isti mille filii non sunt proprii uniuscuiusq; ciuiū: sed incertus est filius incerti patris multo minus curabunt. Vnde sequitur ꝙ omnes ciues similiter negligent curam puerorum: & hoc erit maximū damnum in ciuitate. ¶ Tertiam rationē ponit ibi: Preterea isto mō zc. dicens: ꝙ isto modo: id est sm positionem Socratis unusquisq; ciuiū dicet de unoquoq; ciuiū bene operante uel male quomodocūq; contingat eos esse dicet inquā: hic est meus: aliquod sm naturam existēs puta: hic meus filius ul illius. Et hoc modo dicet de unoquoq; mille uel quot contingat esse in ciuitate: & hoc dicet non quasi pro certo sciat hunc esse suum filium uel illius: sed cum dubitatione: quia si mulieres sint cōmunes multis accedentibus ad unam: nō potest esse manifestū ex quo patre contingat esse genitum filium: quia multi sunt qui non generant: & etiam incertum est cuius filium contingat esse seruatum in uita multis morientibus. Est ergo considerandum utrum melior sit ꝙ per modum istum aliquis appellet aliquem suum filium uel nepotem quemlibet de numero duorum milium uel decē milium: aut magis ꝙ aliqs appellet aliquem iuuenem suum propriū sicut modo in ciuitatibus faciūt. Videmus enim ꝙ unum & eundem iuuenem quidā ciuium uocant filium suum quidā nepotem, uel sm q̄dā aliā propinquitatē: siue consideretur propinquitas propter consanguinitatem siue propter aliquā familiaritatem: siue quia aliquis a principio habuit curā ipsius: puta: quia fuit tutor eius uel instructor aut etiam eoꝝ quę ad ipsum pertinent: & cum unum dicat filium uel nepotem: alium dicet esse fratruelem uel contribulem. Dicuntur autem fratrueles qui sunt ex duobus fratribus nati. Contribules autem qui sunt ex una tribu: puta ex una societate in ciuitate. Sic igitur patet ꝙ non solum sm legem Socratis multi ciues dicunt de uno & eodem hic est meus: sed etiam sm consuetudinem quę nunc in ciuitatibus obseruatur. Sed in hoc uidetur esse pręeminentia sm legem Socratis ꝙ multi dicent hunc esse suum filium. Ex alia uero parte est pręeminentia ex hoc ꝙ diuersi dicent unū & eundem esse suum non tanq̄ cōmunem sed tanq̄ proprium uel nepotem uel filium uel fratrem uel aliquid hmōi. Multo autem melius & efficacius est ad amicitiam & curā impendendam ꝙ aliquis estimet esse aliquem proprium nepotem q̄ cum estimet eum filium cōmunem

inseruiunt q̄ pauci. Fiunt autem unicuiq; ciuium mille filii & non ut singulorum sed cuiussuis quis similiter est filius: quare omnes similiter negligent. Prætere isto modo singuli suum dicent bene agentem aut male quotuscunq; continget numero: puta meus est aut illius: hoc modo dicens de singulis ex mille uel ex quot ciuitas sit & hoc dubitans: nam incertum cui contigerit genuisse filium & saluum esse genitū. Atqui utrum præstat sic dicere suum ita uocántes unumquēq; duorum milium & decem milium uel magis ut nunc in ciuitatibus suū uocāt: hic quidem filium suū ille fratruelē eundem ille nepotem aut per aliam quandam coniunctionem: & ex consanguinitate uel affinitate sui primū uel suorum: & prætetea alterum sodalem: alterum contribulem. præstat enim esse proprium nepo-

per modum quo Socrates ponit. Quia sicut dictum est propria magis homines amant & procurant q̃ cõmunia. Vnde patet ꝙ lex Socratis magis affert ciuitati detrimentum q̃ utilitatem. ¶ Quartam rationem ponit ibi: Quinimo nec uitari zc̃. Et dicit ꝙ q̃uis Socrates putaret per cõmunitatem filioꝝ & mulierum hoc euitare: ut nullus dicat esse suum proprium filium uel fratrem sed cõmuniter hoc opinentur: tamen non potest hoc effugere quin aliqui suspicentur de aliquibus ꝙ sint fratres eorum uel filii uel patres uel matres & hoc propter similitudinem quę frequēter inuenitur inter filios & patres uel matres. Vnde quidam eoꝝ qui describunt periodum terrę: & quomodo circularitas mundi est habitata: narrant ꝙ in superiori Lybia quidam habent cõmunes uxores: sed diuidunt filios sm similitudines: ita ꝙ unusq̧ꝗ uirorum accipit sibi pro filio illum qui sibi similatur. Et hoc etiam uidemus contingere in foeminis aliorum animalium: sicut equę & uaccę quę naturaliter habent ꝙ faciãt filios similes patribus: Sicut dicitur de quadam equa quę in terra Farsalię ob hoc uocabatur iusta: quia filios reddebat similes patribus. Vnde manifestum est ꝙ Socrates per legem quam dicit esse ferẽdam de cõmunitate uxoꝝ & filiorum non potest hoc consequi ut non sint priuati affectus inter homines.

tem q̃ illo modo filium. Quinimmo nec uitari quidem potest quin agnoscantur a quibusdam fratres & filii: & patres & matres: Nam per similitudines natorum ad parentes necessariũ est ut fidem recipiant simul qđ tradunt scriptores qbusdã populis superioris Lybiæ euenire. Habere enim mulieres cõmunes: filios tamen partiri inter se secũdum similitudines natorum. Sunt enim mulieres quædam & animalia: ceu equi & boues: quorum ea natura est ut simillimos genitoribus edant fœtus: ut equa illa apud Farsaliam Iusta nuncupata. ¶ Et prætereahmõi molestias non facile erit uitari ab his qui eam statuunt cõmunitatem: puta plagas & neces: partim uoluntarias: partim inuoluntarias: & rixas & iurgia quæ nephas est cõmittere aduersus parentes & propinquos magis q̃ aduersus extraneos: sed frequentius illa euenire necesse est ubi ignorant q̃ ubi sciunt: & ea si contingant a scientibus expiari debito modo possunt: ab igno

ET preterea huiusmõi molestias zc̃. Postq̃ Philosophus ostendit ꝙ causa quã Socrates assignabat sue legis non erat rationabilis: scilicet ꝙ optimũ esset ciuitati esse maxime unam: & iterum ꝙ maxima unitas nõ prouenit ex cõmunitate mulierum & filiorum: hic tertio uult ostendere multas difficultates & inconuenientia quę consequentur ex tali lege: & proponit sex rationes: circa quarum primã dicit ꝙ illis qui constituunt hanc cõmunitatem mulierum & filiorum non est facile ꝙ deuitent has difficultates & incõuenientia quę dicentur. Primo enim nõ potest esse quod in ciuitate non contingant uulnerationes & homicidia. Quandoq̧ quidem inuoluntaria: puta: cum casu fiunt. Quandoq̧ autem uoluntaria: puta: cum fiunt ex odio uel ira. Et iterum rixę & maledictiones siue obprobria: quę omnia multo magis inconueniens est ꝙ fiant parentibus uel aliquibus propinquis sm cognationem q̃ extraneis & remotis. Quanto enim naturaliter aliquis magis inclinatur ad amorem alterius tanto magis inconueniens est ꝙ ei inferat nocumentum. Et huiusmodi nocumenta uel iniurię multo magis fient ad illos de quibus nescietur pro certo ꝙ sint filii eorum quibus inferũt tales iniurias q̃ apud illos de quibus pro certo scitur. Potest etiam cum hoc reputari ꝙ sit facta aliqua dissolutio propinquitatis quę tollitur uel propter longinquam generationem uel quando etiam consanguiniue abdicantur propter aliquam offensam. Sed illi qui nesciũt

propinquitatem nullam possunt putare solutionem: & sic expiare debito modo non possunt ꝓpinquitatis esse factā. Vnde patet ꝙ hmōi mala quę in ciuitatibus proueniunt erūt magis inconuenientia si ponatur cōmunitas mulierū & filiorum: quia .s. continget ꝙ frequenter fiant ad propinquos. ¶Secundam rationem ponit ibi: Illud etiam absurdum zc. & sumitur hęc ratio ex inconuenientibus quę sequentur ex concupiscentia libidinum sicut prima sumebatur ex inconuenientibus quę sequentur ex ira uel odio. Considerandum est ergo ꝙ apud omnes reputatum fuit inconueniens & inhonestum ꝙ filii coirent cum matribus aut patres cum filiabus: & hoc oportebat accidere si ponerentur cōmunes filii: quia cōtingeret ꝙ filius cognosceret matrem suam sicut & aliquam aliam mulierem. & similiter contingeret ꝙ pater cognosceret carnaliter filiam suam sicut & aliquam aliam. Socrates ergo presentiens hoc inconueniens uoluit ipsum uitare tali statuto ut per principes ciuitatis impediretur coitus filii cum matre cum oportebat esse certum ad minus apud principes ciuitatis qui filium susciperent nutriendum. & similiter ut impediretur per eosdem principes coitus patris ad filiā quādo aliqua coniectura posset haberi ꝙ hęc esset filia illius. Sed hoc statutum Socratis Philosophus impugnat dupliciter. Primo quidem quia hoc statutum uidetur esse insufficiens Prohibebat enim filio solum coitum matris: non autem prohibebat ei amorem libidinosum: quia non indicabat ei ꝙ hęc esset mater eius: neq; etiam prohibebat ei alios usus libidinosos: puta amplexus & oscula quę indecentissimum est esse inter propinquos: quia etiā amorem libidinosum inter eos esse est inconueniens. Secundo improbat istud statutum propter causam quam assignat. Dicebat enim ꝙ interdicendus erat coitus matris filio propter nullam aliam causam nisi ad uitandum delectationem ualde uehementē quę ex amore naturali matris & filii proueniret qui superadderetur libidinoso amori. Vehementia autem delectationis in coitu ideo uitari uolebat ne homines nimis allicerentur ad intemperantiam. Dicit ergo Aristoteles ꝙ inconueniens est dicere ꝙ propter istam solam causam debeat aliquis abstinere a coitu matris & non ex hoc solo ꝙ mater eius est. Et eadem ratio est de aliis propinquis. ex ipsa enim sanguinis propinquitate debent sibi cognati quandam reuerentiam honestatis quę tollitur per lasciuiam coitus. ¶Tertiam rationem ponit ibi: Videtur autem magis prodesse zc. Et dicit ꝙ ista lex Socratis de cōmunitate uxorum & filiorum magis est utilis agricolis & aliis infimę conditionis hominibus q̄ custodibus ciuitatis: id est principibus ciuitatis & aliis magnis uiris qui agunt curam de rebus cōmunibus ciuitatis: quia filii agricolarum exaltabūtur & filii magnorum deiicientur si omnes redigantur in commune. ¶Et ex hoc sequitur ꝙ minus erit amicitia inter magnos & plebeios. conseruatur enim amicitia inter eos inquātum agricolę & alii huiusmodi sunt principibus subiecti: quia ut dicitur in nono Eth. Illud quod est proportionabile unicuiq; saluat amicitiam. Subiectio autem conseruatur in hoc ꝙ inferiores principibus obediant &

rantibus uero non possunt. Illud etiam absurdum ꝙ qui filios cōmunes fecerunt coire solum amantes uetuerūt: amare uero nō uetuerunt: nec alios usus quos esse patri ad filios & fratri ad fratrem omnium deformissimū est: cum & amare solum absurdū: etiam non aliam ob causam coitionem illorum uetuisse: nisi quia nimia uoluptas inde sit prouentura: sed quia pater sit aut filius aut fratres ob eam rem nihil putare referre. Videt autem magis prodesse ut agricolis cōmunes sint mulieres & filii q̄ custodibus: minus enim erit amicitia si cōmunes sint nati & mulieres: Enimuero cum tales sint quibus imperatur oportet quo ipsi pareant imperio nec res nouas in ciuitate

non insolescant: quod quidem accidet si equiperantur maioribus in filiis & mulieribus. Vnde patet ꝙ hec lex Socratis impedit amicitiam ciuitatis que debet esse inter principes & subiectos. ¶ Quartam rationem ponit ibi: Penitus autem &c. Et dicit ꝙ ex tali lege omnino accidit contrarium eorum ad que intendunt illi qui ponunt rectas leges: & iterũ contrariũ ei propter quod Socrates putauit ꝙ debeat ordinari lex de pueris & uxoribus. Omnes enim communiter putamus ꝙ amicitia sit maximũ bonum in ciuitatibus: quia si sit amicitia inter ciues minime facient seditiões: & ad hoc intendunt oẽs Legislatores ut ciuitas sit sine seditióibus. Vñ oẽs qui ponunt rectas leges ad hoc tendunt ut sit amicitia inter oẽs ciues. Socrates etiam dixit ꝙ optimũ in ciuitate erat ꝙ esset una. Vnitas aũt hoĩm adinuicem est effectus amicitie: & sicut cõiter uidetur omnibus & etiã sicut Socrates dixit. Vñ etiã Aristophanes dixit in sermonibus quos de amore fecit ꝙ seinuicem amantes desiderant ꝙ essent facti unum per naturam. & qa hoc nõ potest esse desiderãt ꝙ fiãt unũ ꝗtum possibile est. In hoc igit casu in quo Aristophanes loquit sequeret ꝙ uel ambo se amantes corrumperent dum ex eis aliqd unũ fieret uel alter coꝝ corrumperet: quasi in alterũ cõuersus. Sed in ciuitate propter talem cõionem mulierũ & filioꝝ sequet ꝙ amicitia diminuat & minimum habebit de pondere ad amorẽ ꝙ uel pater dicat de aliquo iste est meus filius cũ simul dicat hoc de multis aliis in ciuitate existẽtibus: aut filius dicat de patre hic est meus pater: cũ etiã ipse hoc de multis aliis dicat. Videmus eniꝫ ꝙ si aliquis aliquod modicũ dulce immittat in multã aquam fit insensibilis mixtio: sicut cũ parũ de melle imponit in multa aqua nihil sentit de dulcedine mellis. Vñ familiaritas que ex istis nominibus ꝓuenit in ciuitate ꝙ unus dicit: hic est meus pater uel filius aut frater parũ curabit si quilibet antiquior de quolibet iuniore dicat eũ esse filium: & ecõuerso quilibet iunior dicat quemlibet antiquiorẽ esse suum patrẽ: & oẽs coetanei dicant se esse fratres. Et huius ratio est: quia duo sunt ꝗ maxime faciunt hoĩes sollicite curare de aliis et maxime diligere eos: quoꝝ unũ est ꝙ sit proprium & singulare coꝝ. Vñ hoĩes magis curant de rebus ꝓpriis ꝗ de cõibus sicut supra habitũ est. Aliud est specialis amor quem quis habet ad aliqueꝫ: qui quidẽ amor magis fit ad eum quẽ aliquis singulariter diligit ꝗ ad eum quem simul cũ multis aliis diligit: sicut uidemus ꝙ etiam parentes magis diligũt filios unigenitos ꝗ si multos habeant: quasi amor diminuat per cõicationeꝫ ad multos. Sic igit patet

moliantur. Penitus aũt contra eueniat necessarium est ex huiusmodi lege ꝗ quorum causa optimas leges esse oportet: & cuius gratia Socrates censet ita instituendum & de natis & de mulieribus. Amicitiam enim putamus maximũ esse bonum ciuitatibus. nam sic minime seditionibus agitabuntur: & unam esse ciuitatem laudat maxime Socrates: qđ & uidetur & ipse inquit esse amicitiæ opus: ut in amatoriis sermonibus scimus dicentem Aristophanem: Propter eximiam amantium cupiditatem applicari simul & ex duobus fieri unum. Hic ergo necessarium est ambos corruptos esse uel unũ. At in ciuitatibus necesse est amicitiam infirmã fluxamq; fieri propter hmõi cõmunitatem & minime dicere suum: aut filium patrem: aut patrem filium. ¶ Vt enim parũ mellis multa in aqua diffusum insensibilẽ facit mixtionem: Sic accidit cõmunitatem istam nequaquã necessariam in tali Rep. anomitibus extimantibus uel patrem ut filii uel filium ut patris uel fratres inuicẽ. Duo sunt quæ faciunt homines curam habere: & amare proprium scilicet & affectio:

ꝙ si sit talis ordinatio ciuitatis qualem Socrates lege ordinauit diminueretur amicitia ciuium adinuicem: quod est contra intentionem Legislatoꝝ. ¶ Quintam rationem ponit ibi: Insuper translatio zc̄. Et dicit ꝙ ſm ordinatiōem Socratis oportebat ꝙ fieret transmutatio filioꝝ: ut illi scilicet qui essent nati a quibusdā matribus aliis darentur ad nutriendum ita ꝙ nullus cognosceret proprium filium: quō autem hoc fieri posset ut. s. transferrentur filii agricultoꝝ & artificum ad nobiles qui custodiunt ciuitatem: aut ecōuerso nō defacili apparet. talis enim translatio magnā turbationē ciuibus afferret: & ex alia parte nō posset oīno tolli opinio de ꝓpriis filiis: qa illi qui darent & transferrēt pueros oporteret ꝙ scirēt a quibus acciperent & quibus darēt. Vn̄ lex Socratis nō consequeret̄ intentū & cum hoc induceret magnā turbationē. Sextā rōnem ponit ibi: Prę terea & zc̄. Et dicit ꝙ ꝓpter hmōi trāslationē pueroꝝ maxie ī talibus accidere̅t ea q̄ supius dicta sunt. s. uulnerationes. libidinosi amores & homicidia inter propinquos. Videmus ꝙ nunc pueri qui dant̄ ad custodiam & nutritionem alioꝝ non tanta affectione noīant suos propinquos sicut si apud eos nutriant̄: & per consequēs nō multū uerentur in suos ꝓpinquos aliquod p̄dictoꝝ cōmittere: multo igit̄ magis si non cognoscerent suos esse propinquos nihil taliuꝫ uererent̄ facere. Vltimo aūt epilogando concludit ex hoc mō determinatum est de cōione filioꝝ & uxoꝝ quam Socrates inducere uolebat.

His consequēs est zc̄. Postq̄ Phs improbauit legē Socratis q̄tum ad cōitatē mulieꝝ & pueroꝝ: hic improbat eam q̄tum ad cōitatē possessionū: & circa hoc duo facit. Primo proponit. Scđo oñdit propositū: ibi: Si ergo alii zc̄. Circa primū tria facit. Primo cōtinuat se ad precedētia dicens: ꝙ cōsequēs ad pręmissa est cōsiderare de possessione: utrū oporteat ordinare ꝙ illi qui debent cōuersari ſm optimā cōuersationē ciuilē hēant possessiōes uł nō cōes cōes. ¶ Scđo ibi: Hoc seorsuꝫ zc̄. Oñdit ꝙ ista q̄stio seorsum est cōsiderāda a p̄missa q̄ erat de cōitate uxoꝝ: & dicit ꝙ cōsiderandū est seorsum etiā si nihil esset statutū de cōitate filioꝝ & uxoꝝ utrū. s. dato ꝙ filii & uxores nō sint cōes: sed seorsum quilibet hēat propriā uxorē & filios ſm modū qui nūc obseruat̄ melius sit ꝙ possessiones & usus eaꝝ sint cōes oībus ciuibus q̄ ꝙ unusquisqꝫ

quoꝝ neutrum sit necesse est in hmōi Rep. Insuper translatio illa natorum ex agricolis & artificibus in custodes: & ex his in illos magnā cōtinet difficultatem: quēadmodum tandem fiet & cognoscant necesse est dantes & transferentes quibus quos dedāt. Prӕterea & superius dicta magis in his necessarium est euenire: puta rixas & plagas & amores & cӕdes: nam nō amplius appellāt custodes fratres & filios & patres & matres qui aliis ciuibus deduntur: & rursus q ex custodibus aliis ciuibus ut tale caueant aliquid perpetrare propter consanguinitatem. De cōitate igitur natorum & mulieꝝ determinatum sit in hunc modum. ¶ His cōsequens est de rebus quӕ possidentur cōsiderare quomō sit constituendum illis qui in optima Rep. uersari debeant: utrū cōes esse uel non cōmunes: hoc seorsum scrutandum est: nec simul cum his quӕ de natis & mulieribus constituuntur. Dico autem circa res: utrū & si sint nati mulieresqꝫ separatim quēadmodū nunc sint omnibus prӕstet tn̄ res esse cōmunes & usus: puta fundos proprios esse: fructus uero in cōe cōferre: quod apud quasdā fit gentes: uel contra solum quidē cōe esse & cōiter coli: fructus aūt partiri in proprios usus: quod etiā face

habeat propriam possessionem sicut nunc est. Tertio ibi: Dico autem circa zc̃. Distinguit modos quibus possibile est ciues cõmunicare in bonis possessis: Et ponit tres modos quorum primus est: Quod unusquisq; habeat seorsum proprium campũ: Sed omnes fructus campoꝝ deferantur ad cõmune & distribuãtur in omnes ꝙ obseruabatur apud quasdã nationes. Secũdus modus est ꝙ econuerso terra sit cõmunis & cõiter colatur: Sed fructus agrorum diuidantur inter ciues ad proprium usum cuiuslibet. Et hic modus apud quosdã barbaros obseruabatur. Tertius modus est ut & campi & fructus sint cõmunes: qđ Socrates lege statuendum esse dicebat. ❡ Deinde cũ dicit: Si ergo alii forent zc̃. Ostendit quid sit uerum circa propositã questionem: & primo improbat legẽ Socratis de cõitate possessionum: ostendens q̃ mala ex ea sequerẽtur. Secundo ostendit quę bona per eã tollerentur: ibi: Eo autem modo zc̃. Circa primũ ponit tres rationes: quarum prima est: quia si possessiones essent cõmunes omnium ciuium oporteret alterum duoꝝ esse: scilicet ꝙ uel agri colerẽtur per aliquos extraneos uel per aliquos ex ciuibus. Et siquidẽ per alios colerent haberet aliquam difficultatẽ: quia difficile esset aduocare tot extraneos agricolas: tñ hic modus esset facilior q̃ si aliqui ex ciuibus laborarent: hoc enim exhiberet multas difficultates. Non enim esset possibile ꝙ omnes ciues colerent agros: oporteret enim maiores maioribus negociis intendere: minores autem agriculturę: & tamen oporteret ꝙ maiores qui minus laborarent circa agriculturam plus acciperent de fructibus: & sic non equaliter sm proportionem corresponderet perceptio fructuum operibus siue laboribus agriculturę & propter hoc ex necessitate orirentur accusationes & litigia: dum minores qui plus laborant murmurarent de maioribus ꝙ parum laborãtes multum acciperent: ipsi aũt equo minus acciperent plus laborantes. Et sic patet ꝙ ex hac lege non sequeretur unitas ciuitatis ut Socrates uolebat: sed potius discidium. ❡ Secundam rationem ponit ibi: Omnino aũt conuictus zc̃. Et dicit ꝙ ualde difficile est sm ꝙ multi homines simul ducant uitam: & ꝙ cõmunicent in quibusdam humanis bonis & pręcipue in diuitiis. Videmus enim ꝙ illi qui in aliquibus diuitiis cõmunicant multas habent dissentiones adinuicem: ut patet in his qui simul peregrinantur: frequenter enim adinuicem dissentiunt ex his quę expendũt in cibis & potibus computum faciendo: & aliquando pro modico seinuicem propulsant & offendũt uerbo uel facto. Vnde patet ꝙ si omnes ciues haberent cõmunes omnes possessiones plurima litigia inter eos existerent. ❡ Tertiam ratiõem ponit ibi: Nos quoq; ministris zc̃. Et dicit ꝙ homines maxime offenduntur suis famulis quibus multum indigent ad aliqua similia ministeria: & hoc propter cõmunitatẽ conuersatõnis uitę: qui enim non frequenter simul conuersantur non frequenter habẽt turbationes adinuicem. Ex quo patet ꝙ cõmunicatio inter homines existens est frequẽter causa discordię. Vltimo autem concludit ꝙ pręmissę difficultates & alię similes sequerentur ex cõmunitate possessionũ

re dicuntur quidam barbarorũ uel fundos & fructus esse cõmunes. Si ergo alii forent agricolę: alius esset modus & facilior: sed cum ipsi sibi laborent imperando magnas ea res affert difficultates. nam si in fruendo & laborando non sint pares necesse est incusationes existant cõtra fruentes quidem & consumẽtes multa: parum uero laborantes his qui minus consumunt & multũ laborãt. Omnino aũt conuictus oĩs & cõmunitas hominum difficilis est: & maxime in his rebus probãt eoꝝ qui una peregrinãtur societates: quoꝝ pleriq; fere dissidẽt inter se de paruis uilibusq; offensi. Nos quoq; ministris illis plurimũ irascimur quibus maxĩe utimur ad circularẽ famulatũ. Communes igitur habere res has & hmõi cõtinet diffi

in ciuitate. ¶Deinde cum dicit: Eo autem zc. Ostendit quę bona per prędictã legem tollerentur: & ponit tres rationes circa quarum primam dicit ꝙ si ita ordinetur in ciuitatibus sicut se habet ꝙ.s. possessiones sint ciuibus diuisę & hoc ordinetur pulchris cõsuetudinibus & iustis legibus habebit magnã differentiã in excessu bonitatis & utilitatis respectu eius ꝙ Socrates dicebat. Vtrobiq; enim inuenitur aliquid boni.s. & in hoc ꝙ ponũtur possessiones proprie et in hoc ꝙ ponuntur communes. Sed si possessiões sunt proprie & ordinẽtur per rectas leges & cõsuetudines ꝙ ciues sibi inuicẽ cõicent de suis bonis: habebit talis modus uiuendi bonum ꝙ est ex utroq;.s. & ex cõitate possessionum & distinctione earum: oportet enim possessiões simpliciter quidẽ esse proprias quantũ ad proprietatem dominii. Sed sm aliquem modum cõmunes. Ex hoc enĩ ꝙ sunt proprie possessiões sequitur ꝙ ꝓcurationes possessionũ sunt diuisę dũ unusquisq; curat de possessione sua. Et ex hoc sequũtur duo bona quorum unum est: ꝙ dum unusquisq; intromittit se de suo ꝓprio & non de eo ꝙ est alterius non fiunt litigia inter homines quę solẽt fieri quãdo multi habẽt unã rem procurare dũ uni uidetur sic: & alii aliter faciendũ. Aliud bonũ est ꝙ unusq;sq; magis augebit possessionẽ suã insistẽs ei solicitius tãq̃ proprie: & hoc modo erunt possessiones diuisę sed propter uirtutem ciuiũ qui erunt inuicem liberales & benefici erũt cõmunes sm usum. Sicut dicitur in ꝓuerbio ꝙ ea quę sunt amicorum sunt communia. Et ne cui uideatur impossibile subiungit ꝙ in quibusdam ciuitatibus bene dispositis est hoc statutum ꝙ quędam sint ipso facto cõmunia quantum ad usum. Quędam autem fiant cõmunia per uoluntatem ab ipsis dominis dum.s. unusq; habẽs ꝓpriam possessionẽ quędam de bonis suis facit ꝓuenire in utilitatẽ filiorum suorum amicorum & quibusdam de bonis suis utuntur amici sui per seipsos tanq̃ rebus cõibus: Sicut erat in ciuitate Lacedemonia in qua unus poterat uti seruo alterius ad suum ministerium ac si esset ꝓprius seruus. ¶Similiter poterant uti equis & canibus & uehiculis aliorum tanq̃ suis si indigerent ire ad agros in eadẽ tamẽ regione. Vnde manifestum est ꝙ multo melius est ꝙ sint ꝓprie possessiones sm dominiũ. Sed ꝙ fiant cõmunes aliquo modo quantũ ad usum. Quomodo aũt usus rerũ ꝓpriarum possit fieri cõmunis hoc pertinet ad ꝓuidentiã boni legislatoris. ¶Secũdam rationem ponit ibi:

principiis & per determinata media procedit in suos effectus. Vnde aīalia perfecta nunq̄ pñt generari nisi ex semine: unde non credimus ꝙ ex terra possit homo fieri naturaliter s; solū uirtute diuina. Alio mō potuit contingere ꝙ in generali corruptiōe aliqui hoīes conseruarentᷣ uel in montibus uel per aliquē aliū modū: sicut nos ponimus ꝙ Noe fuit cōseruatus in archa tēpore diluuii generalis: & Deucalion fuit conseruatus in montibus in diluuio quod accidit in tpe Ogigii regis in terra Grecoꝝ. Sed quocunq; horum modoꝝ contigerit uidetur ꝙ primi hoīes fuerint imprudentes & ignari & insensati sicut fabulose dicitᷣ de illis qui dicunᷣ fuisse pducti de terra tēpore Deucalionis. Vnde incōueniens uideᷣ ꝙ aliquis permaneat in legib⁹ & statutis ipsorum. ¶ Quartam rationē ponit ibi: Preterea neq; zc̄. Posset enim aliqs dicere ꝙ cōsuetudines antiquoꝝ insensatoꝝ opportunius fuit mutari sed leges quę sunt scripte a uiris sapientibus nō debent mutari: sed ad hoc excludēdū ipē obiciēdo dicit ꝙ nō est melius si etiā leges scripte pmaneāt imobiles. Videmus eni3 ꝙ impossibile est oīa diligēter & perfecte esse scripta circa ordinatione3 ciuitatis ēt a quibuscūq; sapiētibus uiris: Sicut etiā est hoc impossibile circa alias artes: quia sapientes scribūt legē in uniuersali & nō possūt cōsiderare oīa particularia: actus uero sunt circa particularia: unde non potuerunt oīa perfecte scribere que pertinent ad directionē actuum: & sic melius est ꝙ imuteni quando aliquid melius inuenitur. Sic ergo per huiōi rationes uidetur ꝙ quędā leges aliquādo sunt mutāde. ¶ Deinde cū dicit: Alio aūt modo zc̄. Procedit ad contrariū: Et primo ostēdit ueritatē questiōis. Scdo soluit quandā inductaꝝ rationū: ibi: Mendax zc̄. Dicit ergo primo ꝙ si aliquis fm̄ alium modum consideret uidebitur esse multum uerendū mutare antiquas leges etiā pro uerioribus: potest enim contingere ꝙ sit modicū melius illud quod adinueniet. consuescere autem ad dissoluendū leges est ualde prauū: Vnde manifestū est ꝙ sustinendi sunt quidam modici defectus & errores qui contingūt Principibus & sapientibus in legibus ferendis. quia ille qui uult mutare pp̄ter aliquid melius nō tantū perficiet mutando quantum nocebit dum cōsuescunt ciues ad nō obseruandum statuta pręcepta principum. ¶ Deinde cu3 dicit: Mendax zc̄. Soluit unam inductaꝝ rationū in contrariū. Et dicit ꝙ illud exemplum quod sumebatur de artibus in quibus profuit multa mutasse inducit nos ad mendaciū ꝙ non est simile de mutatione artis & legis: quia ea quę sunt habent efficaciā ex ratione: sed lex nullum habet robur ad hęc ꝙ persuadeatᷣ subditis quia sit bona nisi per cōsuetudine3: quę quidem non fit nisi per multum tempus. Vnde qui facile mutat leges quantum est de se debilitat legis uirtutem. Ad alias autem rationes patet solutio: quia non concludūt ꝙ leges sint de facili mutande. Sed ꝙ aliquę leges s. male sint aliquando mutandę ꝙ uerū est.

nibus persistere uelle. Præterea neq; leges scriptæ meliores sunt si sint imutabiles. Vt enim in aliis artibus: sic etiā circa ciuilē cōstitutionē impossibile est singula ad minimum usq; cōprehēdere: necesse est enim ut generaliter scribantur, at illa quæ aguntur particularia sunt. Ex his ergo uideᷣ & quasdam leges & quandoq; esse mutandas: Alio aūt modo cōsiderantibus cauendum uideᷣ esse maxime cum utilitatis quidē accessio parua sit. assuescere uero faciliter leges mutare improbandū: Constat uero errata quædam esse toleranda & legislatorum & magistratuū: nō enim tantū pderit qui corrigere perget quātū nocebit assuefactio superioribus non parendi. Mendax & de artibus exemplū: neq; enim simile est mutare artē atq; legē: nā lex nullā uim habet quo sibi stetur nisi ex more. mos aūt non fit nisi temporis longitudine. Quare faciliter mutare

¶ Deinde cum dicit: Preterea si zc. Mouet aliam questionē & dicit ꝙ si leges sint aliquā do mutande: querendū est utrum oēs sint mutande & in qualibet policia uel non: & utrū sint mutande a quocūq; uel ab aliquibus determinatis. Multū eniȝ differt quid circa hoc uerius sit: & ideo hęc cōsideratio dimittat̄ ad pręsens & reseruet̄ imposterum.

De Lacedemonioꝝ aūt zc. Postq̄ Phs posuit policias institutas a sapientibus: nunc agit de policiis quę in ciuitatibus obseruabant: Et primo de policia Lacedęmonioꝝ. Secūdo de policia Cretensiū: ibi: Cretensium uero zc. Tertio de policia Carthaginensium: ibi: Videtur etiam zc. Harum enim ciuitatum policię commendabantur. Circa primum duo facit. Primo pōit modū consideratiōis necessarię circa has policias. Scđo agit de policia Lacedemonioꝝ: ibi: Qđ quidē zc. Dicit ergo primo ꝙ due considerationes incidunt circa policias Lacedęmoniorum & alias policias: quaꝝ una est ut considerei utrum illud quod in eis lege est statutum sit conueniens ordini uirtutis: Hoc enim est finis omnis legis. Vnde si lex non sit proporcionata ad uirtutem: nō erit lex. Alia cōsideratio est: utruȝ in policia sit aliquid ordinatum quod sit conueniens sm suppositionē et modum contrarie policię ei quę pręponitur: puta si aliquis intēdat instituere policiā status popularis & ponat leges conuenientes policie potētioris quę est contraria: sic etiam & in scientiis aliquid reprobat̄ aut q̄a non conuenit ueritati aut quia non conuenit positioni. ¶ Deinde cum dicit. Quod igitur zc. Agit de policia Lacedęmoniorum: Et primo quantū ad ea quę habentur a ciuibus. Secundo quantum ad ordinem ipsorum ciuium: ibi: At eniȝ & quę &c. Circa primum tria facit. Primo prosequitur ea quę pertinent ad seruos. Secundo ea quę pertinent ad mulieres: ibi: Pręterea leuitas &c. Tertio ea quę pertinent ad possessiones: ibi: Post illa enim que &c. Hec enim tria a ciuibus habentur. Dicit ergo primo ꝙ omnes confitentur hoc quod oportunuȝ est ciuitati q̄ debet bene uiuere politice ꝙ in ea existat schola necessariorum: idest seruorum uel quorumcunq; qui sunt necessarii ad ministrandū: ut scilicet ipsi recta disciplina patiantur: sed quomodo fiat nō potest de facili accipi. Quod autem hoc sit necessarium: manifestat cōmuniter per inconuenientia quę ex eis sequunt̄ quando non sunt bene disciplinati. Multociens enim cōtingit ꝙ pauperes in thessalia molesti fuerunt diuitibus: & similiter Lacedęmoniis serui eorum frequēter fuerunt infesti. insidiabantur enim eis quando aliqua infortunia eis contingebant ut non possent eos reprimere: & in talibus infortuniis eos molestabant: Sed Cretensibus nihil tale accidit: & forte

leges ex præsentibus in alias nouas infirmam facere est uim legis. Præterea si mutādæ sunt leges utrū omnes & in omni Rep. uel nō: & utrum quocūq; & quibusdam. In his enim magna est differentia. quapropter nunc quidē omittamus considerationē hāc nam alioꝝ est temporum. ¶ De Lacedæmoniorum aūt Rep. & Cretensium ferme aūt & de aliis duo sunt consideranda. Vnum si quid recte uel non recte ad optimā constitutionē in illis sit ordinarū. Aliud si q̄d ad suppositionem & modum subcōtrariæ sibi existenti Reip. Quod igit̄ necessarium est in bene constituenda Rep. necessariorū adesse facultatem omnes fatentur: sed quēadmodum id futurum sit nō facile est cōprehendere. nam & penestie thessaloꝝ multociens in ipsos thessalos īsurrexerūt. Et hilotes Lacedæmonioꝝ in casibus eorum aduersis nunq̄ insidiari destiterūt. uerum apud Cretēses nihil adhuc tale accidit. Causa forsan est: quia uicinæ ciuitates q̄uis inuicem bellum gerāt: tamē earū nulla rebelles recipit

huius causa est: Quia quis ciuitates quę sunt uicinę pugnent adinuicem: nulla tamē est ciuitas quę pugnet contra aliquos ciues distantes eo ꝙ non expediat eis propter hoc ꝙ prędia possident prope ciuitatem & domos suas: & sic si longinquum bellum susciperent nō possent suorum prędiorum curam habere: & quia Cretenses non habebant uicinos qui contra eos pugnarent: puta in insula maris existentes non frequenter īminebant eis infortunia in qbus serui uel inopes possent eis insidiari: sed Lacedęmoniis oēs uicini insidiabantur. Erāt enim totaliter dediti rebus militaribus ut Vegetius dicit in libro de re militari: sicut & Atheniēses Philosophię. Inimicabātur enim Argiui & Messeni & etiam Archades & a principio etiam discordabant a Thessalis: habuerunt etiam bella cū Acheis uicinis eorum: & pereis & Magnesiis. Et ideo multotiens infortunia eis īminebant quibus eorū serui insidiabātur. Sic igitur patet ꝙ necessariū est ut serui et alii necessarii disciplinentur. Sed ꝙ hoc nō sit facile ostendit consequēter & dicit ꝙ si nihil alterum esset istud uidetur operosum esse quantum ad curam quę oportet haberi de seruis quomodo oporteat ad eos colloqui: ul' qualitercunq; conuersari: quia ex una parte si homo benigne se habeat ad eos insolescunt & efficiuntur iniuriosi & reputant se ęquales dominis suis. Ex alia uero parte si ipsi uiuant semp mala sustinendo a dominis suis: odiunt eos & insidiātur eis: unde difficile est uidere qualiter sint tractandi. Oportet enim medio modo se ad eos habere ut non iniuste affligantur: nec tamen eis nimia familiaritas ostendatur. Ex istis ergo concludit ꝙ Lacedęmonii quibus hoc accidit ut a seruis suis molestarētur nō sunt ex illis qui optimum modum inuenerūt circa gubernationem seruorum. ¶ Deinde cum dicit: Pręterea leuitas in zc. Agit de policia Lacedęmoniorum quantum ad mulieres. Et circa hoc quatuor facit. Primo ostendit necessarium esse ꝙ mulieres in ciuitate bene disciplinentur. Secundo ostendit qd circa hoc Lacedęmonii obseruarēt: ibi: Quod ibi zc. Tertio ostendit quę inconuenientia ex hac obseruantia sequerētur: ibi: Itaq; necessariū zc. Quarto ostendit quę fuerit causa huius obseruantię: ibi: Ab initio igitur zc. Dicit ergo primo ꝙ remissio legum circa mulieres ut. s. absq; conuenienti disciplina in ciuitate uiuant ad duo est nociua. Primo quidem ad electionem policię: quia per earum inordinationem totam policiam contingit īmutari ut dicetur. Secundo ad foelicitatem ciuitatis: quia propter earum inordinationem multa incōuenientia possunt in ciuitate sequi: & hoc manifestat per hoc: Quod sicut partes domus sunt uir & mulier: ut in primo dictum est: ita oportet quasi totam ciuitatem quę ex domibus constituitur in duo diuidi cōsiderata multitudine uirorum & mulierum. Vnde sequitur ꝙ in quibuscūq; ciuitatibus male se habeat ordinatio

quoniam id non conducit quādo & ipse Parechos habent. at Lacedæmonioꝝ finitimi omnes inimici erāt Argiui: Messeni: Archades: nam & Thessalis ab initio rebellarunt dum cū finitimis Acheis & cum Pereis & Magnesiis gererent bellum. Videtur aūt & si nihil aliud: attamen hoc ipsum esse per difficile quemadmodū cum eis sit conuersandū: nam si remisse erga illos te geras superbiūt illi quidem: ac se pares dominantibus extimant: sin aspere tractent: insidiantur atq; odio habēt. Patet igit' non reperire optimū modum eos quibus ista contingūt circa subiectos. Præterea leuitas in mulieres & ad ꝓpositum Reip. nocet & ad directionem ciuitatis: ut enim domus ptes sunt uir & uxor: ita & ciuitatem bifariam diuidi censendum est in uirorum multitudinē ac mulierum. Quo circa in quacūq; Rep. male prouisum est circa mulieres in ea putandum est medietatem ciuitatis esse neglectā

mulierum reputandum est ꝙ medietas ciuitatis non sit bene ordinata fm̄ leges. ¶ Deinde cum dicit: Quod ibi contingit zc̄. Ostendit quid circa hoc obseruaretur apud Lacedęmonios: ibi enim accidebat prędicta inordinatio mulierum. cum enim de intentione legislatoris esset ꝙ tota ciuitas esset potens sustinere & abstinere a delitiis hoc quidem bene obseruabatur quantum ad uiros: sed mulieribus hoc instituere legislator neglexit. Viuunt eñi ibi mulieres uoluptuose fm̄ omne genus intemperantię & etiam delitiose. ¶ Deinde cum dicit: Itaq; necessarium zc̄. Ostendit quę incōuenientia sequebantur: & ponit quatuor: quorum primum est ꝙ necessarium est in tali policia in qua mulieres sic delitiose uiuant ꝙ uiri multum appręcient diuitias & cōcupiscāt eas ut ex his satisfacere possint delitiis mulierum quę sine magnis sumptibus esse nō possunt: Hoc autem multum facit ad hoc ꝙ mores corrumpantur in ciuitate ꝙ multum carent de diuitiis. Ex hoc eniz sequitur ꝙ oīa in ciuitate sint uenalia quod corrumpit statum ciuitatis. ¶ Scd̄m inconueniens ponit ibi: Presertim cum uiri zc̄. Et dicit ꝙ si cogatur multitudo ciuiū ut nimis abstineat a mulieribus: sequitur ꝙ labantur ad turpe uicium .s. ad coitum masculorum: sicut accidit multis militantibus et bellicosis uiris et quibuscumq; similibus: Qui enim primo fabulose induxit ꝙ Mars fuit maritus Veneris non irrationabiliter est locutus: quia uiri bellicosi qui sunt Martiales luxuriosi sunt & inhiant uel ad coitum masculorum uel mulierum. Dicitur etiam in libro de Probleumatibus ꝙ equitantes cōtinue luxuriosi magis fiunt: quia propter caliditatem & motum hoc patiuntur quod accidit in coitu: hoc etiam ꝙ frequenter uacant a negociis eos luxuriosos facit. Et hoc etiaz accidit Lacedęmoniis propter hoc ꝙ ad nimiam continentiam mulierum Legislator eos induxit. ¶ Tertium inconueniēs ponit ibi: Multaq; in eorum principatu zc̄. Et dicit ꝙ mulieres in Lacedęmonia ꝑpter hoc ꝙ delitiose uiuebāt ꝓsumptuose reddebant̄ & uolebāt se de oīb⁹ intromittere ita ꝙ etiā in principatibus ciuitatis multa dispensabantur per mulieres & tamen nihil differt utrū ipse mulieres principentur. Vel ipsi principes sub mulieribus regant̄ ꝙ eis subiecti propter insolentiam mulierum: Idem enim accidit utroq; modo ut scilicet ciuitas male regatur. quia mulieres deficiunt ratione. ¶ Quartum inconueniens ponit ibi: Cumq; insolentia ad nullū obsequium zc̄. Mulieres eniz Lacedęmoniorum propter delitias insolētes & audaces reddebantur. Audacia autem in ciuitate ad nihil circum adiacentium negociorū utilis esse potest nisi ad bellum & tamen ad boc etiam audacia illarum mulierum erat nociua: qd̄ quidem manifestatum fuit in bello quod habuerūt cum Thebanis in quo mulieres ad nihil utiles erant uolētes facere ministeria quę in aliis ciuitatibus mulieres faciunt. Sed uiris pu

Quod ibi contingit. uolens enim Legislator totam ciuitatem esse duram ac laborum patientem. In uiris quidem id fecisse cōstat in mulieribus autem non fecisse: uiuūt eñi molliter ac in omnē licētiā dissolutæ. Itaq; necessarium in tali Rep. diuitias haberi in prætio. Præsertim cum uiri sint mulieribus obnoxii: quod accidit omnibus ferme militaribus: bellicosisq; gentibus præterq̄ Celtis. aut si qui alii coitum masculorum palā recæperunt. Videtur autem qui primus fabulatus est nō irrōnabiliter Venerem Marti coniunxisse: quoniam omnes huiuscemodi hoies proni sunt ad uenerea: illisq; obnoxii. itaq; apd̄ Lacedæmonios hoc fuit: Multaq; in eorum principatu a mulieribus administrabantur. At enim quid refert utrū mulieres ipsæ gubernent: an eos qui gubernant a mulieribus gubernari? Ita enim accidit. Cumq; insolentia ad nullum obsequium utilis sit: nisi forte ad bellum maxime

grantibus maiorem tumultum inferebant quam etiã inimici uolentes forte de omnibus se intromittere. Vnde ex his patet remissionem mulierum nociuam fuisse. ¶Deinde cum dicit. Ab initio igitur zc. Ostendit causam prędictę obseruantię: Et dicit ꝙ rationabiliter Lacedęmoniis accidit a principio remissio disciplinę circa mulieres: quia propter militã tui totaliter dedita erat ciuitas multo tempore peregrinabantur extra domum pugnantes contra Argos & Archades & Messenios. Et ideo mulieres quę remanebãt domi absq; uiris ad libitũ uiuẽtes nullã disciplinã a uiris hñtes. & ex hac etiã causa contingit ꝙ uiri facti sunt uirtuosi in multis ¶Vacãtes. n. rebus bellicis se exhibebãt promptos ad obediendum legislatori propter consuetudinem militaris uitę q̃ multas in se continet partes uirtutis. Requirit enim talis uita maximam obedientiã et abstinentiam a delitiis & perseuerentiam in laboribus & rebꝰ dolorosis: postmodum Ligurgus legislator Lacedęmonioꝝ conatus fuit mulieres reducere ad rectam disciplinam legum: Sed mulieres omnino restiterunt propter prauam consuetudinẽ Et ideo oportuit ꝙ Legislator desisteret ab incepto. Hę sunt igit cãę eoꝝ quę fiebant apud Lacedęmones & remissiõe mulierum ꝙ apud eos erat: & q̃uis ex rationabili causa hoc acciderit absq; eorum culpa & sic sunt excusandi. tamẽ nos nõ consideramus modo quibus oporteat dare ueniam uel non dare. Nõ enim intendimus eos laudare uł uituperare: sed ostẽdere quid recte se habeat uel non recte. Manifestum est enim ꝙ ea que non bene se habebant circa mulieres apud eos nõ soluꝫ erat indecentia sm se policię eorum: sed etiam in animis ciuium aliquid addebat ad amorem pecunię ut dictum est. ¶Deinde cum dicit: Post illa enĩ zc. Agit de policia Lacedęmoniorum quantum ad possessiones. Et primo improbat policiaꝫ ipsorum circa possessiones ostendens eam esse nociuam ciuitati. Secundo ostendens eam esse contrariam Legislatoris intentiotioni: ibi: Contraria autem zc. Circa primum tria facit. Primo proponit ꝙ apud eos erat irregularitas possessionum. Secundo ostẽdit unde ꝓuenerit: ibi: Hoc autem zc. Tertio ostendit nocumentum quod ex hoc est secutũ: ibi: Ex quo factum est zc. Dicit ergo primo ꝙ post prędicta quę reprobanda sunt in hac policia circa seruos & mulieres: potest etiam eos aliquis increpare qui circa irregularitatẽ possessionis delinquebãt. Accidebat enim apud ĩpos ꝙ aliqui habebãt ualde magnas possessiões

nociuæ etiam ad hoc ipsum Laconum mulieres erant: Patefecerunt hoc in Thebanorum aduentu. non enim magis utiles præstiterunt se q̃ aliarum ciuitatum mulieres: & turbã inferebant magis q̃ hostes. Ab initio igitur rationabiliter contigisse Lacedæmoniis uidetur in mulieres indulgẽtia: cũ per militiam multum domo abessent Argiuis primo: mox Archadibus & Messeniis bellum inferentes. Irrefragantes enim seipsos legislatori præstabãt assuefacti propter militarem uitam. Multas enim cõtinet uirtutis partes. Mulieres autem fertur Ligurgus deducere conatus ad leges. at ubi repugnabant abstinuisse. Causæ igitur factorũ hæ sunt. itaq; & huius omissi. Sed nos non id consideremus cui uenia danda sit uel nõ danda: sed rectum ne sit uel non rectũ. quæ porro circa mulieres non bene se habẽt uidentur (ut diximus) ante non solum ipsa per se indecentiam quãdam facere in Rep. sed impellere quoq; ad cupiditatẽ pecuniæ Post illa enim quæ nũc dicta sunt in æqualitatem rerum possessarum quis reprehendat? nam eorum quibusdam hoc euenit ut magnam nimium opulentiam haberent:

Alii uero babebant ualde modicas:ita ꝙ quasi tota regio ad dominium paucorum perue
nerat. ¶ Deinde cum dicit: Hoc autem & ex eo zc̄. Ostendit unde hęc irregularitas pro
cesserat:& dicit ꝙ hoc processit ex praua lege: Statuit enĩ Legislator apud eos ꝙ ciuis nõ
esset dominus uendendi & emendi ut.s.posset possessionem suam uendere: aut emere alie
nam quacunq; ex causa. Et hoc qdē bonum fecit ad regulandas possessiones non tamē re
cte: quia non sufficienter. Dedit enĩ
ptãtem ciuibus ut quibuscunq; uel
lent darēt inter uiuos: uel etiã dere
linquerēt in testamēto bona sua ex
quo etiã accidebat irreglaritas pos/
sessionũ: sicut ex emptiõe & uendi
tione: ita ꝙ si totum eoꝝ territoriũ
diuideret in.v.partes duę illaꝝ par/
tium iam peruenerant ad mulieres
Tum quia multe eaꝝ erãt institutę
heredes uiris moriētibus: tum etiã
qa quãdo nubebant accipiebãt ma
gnas dotes: cum tamen multo me/
lius sit ꝙ uel nulla dos det ul' modi
ca uel moderata. Sed apud Lacedę
monios licebat cuilibet in testamē
to dimittere heredē bonoꝝ suoꝝ
quēcunq; uoluerit:& si in sua mor/
te nõ uelit dimittere heredē: potest
distribuere bona sua cuicunq; uolu
erit. ¶ Deinde cũ dicit: Ex quo fa/
ctum zc̄. Ostēdit ꝙ nocumentũ sit
inde secutũ:& dicit ꝙ cũ tãta sit eo
rum regio.i.territoriũ ꝙ posset nu/
trire mille quingētos equites.& sup
hoc.xxx.milia bellatoꝝ peditũ ad
tantã paucitatē deuenerãt possessio
nibus deuenientibus ad paucos ꝙ
nõ erãt nisi mille bellatores in ciui
tate. Et sic per opa eorũ manifestũ
est ꝙ pdicta institutio mala erat qa
ciuitas illa ex hoc deperiit cũ nullã
grauē hostilē plagã sustinuerit. Di/
citur aũt ꝙ in antiquis tēporib⁹ ex
tendebant policiã suã quantũ pote
rãt ut haberēt multitudinē bellato/
rum: ita ꝙ aliqñ ut dicitur Lacedę/
mones habuerũt in exercitu suo.x.milia armatoꝝ. Sed siue ista sint uera siue nõ: tñ opor
tunũ est ꝙ p regulatas possessiones ciuitas uiris repleat ꝙ aliter fieri non potest: Quia si
possessiões ad paucos deuoluant: alii ppter paupertatē desererēt ciuitatē. ¶ Deinde cũ di
cit: Cõtraria etiã zc̄. Ondit ꝙ pdicta irregularitas possessionum erat cõtraria intentõni Le
gislatorisq; ꝑposuerat q̃dã legē circa filioꝝ generationē cõtrariã pdicte institutiõi ex qua
ꝓcedebat irregularitas possessionũ. Intendēs enĩ legislator ad hoc ꝙ essent plures ciues in
ciuitate ꝓuocauit eos ad hoc ꝙ generarent multos filios quibusdã imunitatibus erat enĩ

aliis uero ut penitus exiguã. Quapropter
ad paucos deuenerunt agri. Hoc aũt ex eo
accidit qa male fuerat lege ꝓuisum. emere
qdē aut uendere qđ habeas fecit non hone
stum recte id quidem: sed donare ac testa/
mento relinqnere cõcessit. Atq; idē accidat
necesse est per hunc modũ & illum. Sunt
enim mulierũ fere ex quinq; partibus toti/
us regionis: duæ multis heredibus institu/
tis & traditione dotiũ magnaꝝ. at qui me/
lius erat aut nullã: aut paruã: aut mediocrē
esse constitutã. Nũc aũt licet donare ex te/
stamēto cuicũq; etiã si nullo instituto hære
de decesserit: Ex quo factũ est ut regio suffi
ciens mille & quingentos equites alere: pe/
ditum uero triginta milia ne mille quidem
totos habeat. Probauit autē res ipsa praue
apud illos in hac pte fuisse ꝓuisum. Quo/
niam uno mõ plaga suscepta ciuitas ea cor
ruit nec ultra pertulit ob hoĩm paucitatem
Aiũt etiã per tpa primoꝝ regũ nouos hoĩes
permultos ciuitate donatos ob numeꝝ ciui
um qui bello diminuti fuerãt ad augēdum
& aiunt fuisse qñq; sparciatas decem milia
attamen siue sint ista uera siue nõ sint: meli
us est per adæquationē possessionũ replere
hoĩbus ciuitatē. Cõtraria etiã quodãmõ hu
ic ꝓuisioni lex illa circa ꝓlem. Volēs enim

statutum lege apud eos ꝙ ille qui genuisset tres filios esset sine custodia: q̄a. s. non tenebať ire ad custodiā ciuitatis: q aūt genuerat quatuor filios erat im̄unis ab oībus uectigalibꝰ & tributis: & tñ manifestū est ꝙ si obseruet̃ predicta regularitas in diuisione possessionū necesse erit si generentur plures filii ꝙ sint multi pauperes in ciuitate quod est nocuum ciuitati ut supra dictum est.

Legislator q̄plurimos fore Sparciatas: inducit ciues ad multitudinem ꝑcreandam. Est enim illis lex qui tres genuerit filios eum esse imunem a custodia: qui uero quatuor immunē esse ab oibus. atq patet ꝙ si multi gignanť regiōe sic distributa: necessariū est multos fieri paupes: ❡At enī & quæ circa Ephoros cōstituta sunt praue se hn̄t. hic enī Magistratus maximaꝝ apud illos reꝝ potestatē habet. Sumunť aūt ad eum ex plæbe oēs ut multotiēs cōtingat hoies ualde pauperes in hac ptāte constitui qui ꝑpter egestatē uenales sint: Ostēderūt & sæpe prius & nūc in Andriis. Corrupti enim pecunia quidā quantū in se fuit Rēp. euerterūt: Et propter eius Magistratus nimiā ptātem: ac Tyrannidi parē Reges ipsos populares fieri cōpulerūt: ut in hac quoq; parte Resp. lederetur. Popularis enim status ex optimate resultauit: Continet tamē Remp. Magistratus iste: acquiescit enim plæbs ex eo quia maximi Magistratus capax est: Ita siue per Legislatorem siue per fortunam euenit hic utiliter se habere. Oportet enim remp. quæ duratura sit uelle ut omnes ciuitatis partes

AT enim & quę zc̄. Postq̄ Philosophus ꝓsecutus est de policia Lacedęmonioꝝ quantum ad ea quę habentur a ciuibus. s. seruos: mulieres & possessiones: hic ꝓsequitur de eadem policia quantum ad ipsos ciues: & prio quantum ad Principes. Scd̄o quantum ad populum: ibi: Nō bene zc̄. Tertio quantū ad bellatores uiros: ibi: De regia uero zc̄. Erant autem tres p̄cipatus apud Lacedęmones ut etiam supra tactum est. s. Ephori idest prouisores: & de his p̄mo tractat. Et iterum Seniores quidam: & de his tractat scd̄o ibi: Senioruꝫ zc̄. Erat etiam Rex in ciuitate: & de hoc tractat tertio: ibi: De regia zc̄. Circa primum improbat principatum Ephoroꝝ quantum ad quinq;. Primo quidem quantuꝫ ad conditionem personarū quę in hoc principatu constituebantur. Et dicit qđ ea quę erant circa hunc principatū praue se habebant: hic enim principatus habebat dominium & potestatem sicut ea quę erant maxima in ciuitate: puta circa indicēda bella uel faciendā pacem & circa electiones militum & alia similia: Tamen ad istum principatum om̄es eligebantur ex populo ita ꝙ quandoq; accidebat ꝙ homines ualde pauperes assumebantur ad talem principatum qui propter penuriam uenales erant & facile poterant corrumpi muneribus: quod quidem prius multotiens ostenderant: Sed nuper ostenderunt in quodam negcoio quod habebant cum Andriis: corrupti enim fuerunt ab eis argento ita ꝙ quantum in ipsis fuit totam ciuitatem periculo exposuerunt. ❡Secundo ibi: Et propter eius Magistratus zc̄. Improbat prędictum principatum quantuꝫ ad magnā potestatem quam habebat: Et dicit ꝙ q̄a iste p̄cipatus erat ualde magnus & quasi ęqualis Tyrannidi ita atteniabat potestatem regiminis quod cogebat ut permitteret ꝙ populus seipsum regeret parum obediens legi: Et sic corrumpebatur tota policia ipsorum. quia ex Optimate degenerabat in popularem statum: & tamen iste principatus quātum ad aliquid erat utilis: quia continebat ciuitatem in pace. Et quiescebat populus a seditōe propter hoc quod habebat partem in magno principatu. Et hęc utilitas sequebať per experimen/

tum in ipsis rebus siue hoc fuerat ex intentiõe legislatoris siue fortuitu acciderit. Oportet enim ad hoc quod policia conseruetur ꝙ omnes partes ciuitatis uelint eam esse & ꝙ cuilibet parti ciuitatis sufficiat quod permaneat in suo statu: & hoc ibi contingebat: nam reges acceptabant propter honorem quem ibi habebant. Pręstantes enim uiri acceptabant propter Senatum. Iste enim Principatus erat uirtutis pręmium: ita ꝙ nullus ad eum assumebatur nisi uirtuosus: populus aũt acceptabat ꝑpter principatũ Ephororum qui cõmunicabatur omnibus. Tertio ibi. Sed oportebat zc. Improbat Principatum quantũ ad electionem. Erat enim cõmendabile ꝙ ad illum Principatum assumerẽtur ex omnibus per electionẽ. sed modus eligendi erat ualde puerilis quia forte per sortes uel alio inconuenienti modo eligebant ita ꝙ iste deueniebat quandoq; ad inopes sicut dictum est. ¶ Quarto ibi: Et iudicãdi zc. Improbat predictũ Principatum quãtum ad arbitrium qđ habebat. Et dicit ꝙ hoc erat improbabile quod quicũq; essent Ephori habebant in sua potestate arbitriũ iudicandi de rebus magnis. Melius enim erat quod non iudicarent secundum proprium arbitrium: sed secundum aliquas scripturas & leges. ¶ Quinto ibi: Est autẽ zc. Improbat predictũ Principatũ quantum ad eorum conuersationem. Et dicit quod eorum disciplina in cibis & uestibus & potibꝰ et aliis huiusmodi non consonabat uoluntati ciuitatis: quia in quibusdã erat ualde remissa: puta forte in uestibꝰ uel in ocio. In aliis autem puta forte in cibis & uenereis imponebatur eis dura lex: forte propter hoc ut non emollescerent ita quod non poterant eam sustinere: sed occulte trãsgrediebantur legem sibi positã fruentes corporalibus delectationibus Et sic eorum conuersatio erat contra intentionem ciuitatis. ¶ Deinde cum dicit. Senatorum quoq; potestas non recte apud illos constituta est zc. improbat policiam predictam quantum ad Principatum Seniorum: Et primo quantum ad potestatem ipsorũ. Secundo quantum ad electionem eorum: ibi: Insuper creatio zc. Dicit ergo primo ꝙ apud

constent atq; in statu suo permaneant. Reges ergo propter honorem suum ita se habebunt: Præstantes autem uiri propter senatum. nam ea dignitas uirtutis est præmium. Plæbs autem propter Ephoriam. nã cõstituitur ex omnibus. Sed oportebat hunc Magistratum sumi quidem ex omnibus: nõ tamen per hunc modum per quem nũc fit. est enim nimium puerile. Et iudicandi de magnis rebus potestatem habent homines contingentes: itaq; melius foret non secundum propriam mentem eos iudicare: sed secundum litteras & leges: Est aũt Ephororũ uita nequaq̃ conueniẽs proposito ciuitatis: nam Ephori quidem molliter uiuũt. In cæteris autem tanta asperitas est uitæ ut nequeant hoĩes illam perferre: sed clam transgredientes legem uoluptatibus fruanť. Senatorum quoq; potestas non recte apud illos constituta est: Nam ꝙ sint uiri boni ac sufficiẽter ad uirtutem eruditi dicet forsan aliquis ciuitati conducere. Enimuero ꝙ per omnem uitam magnis de rebus decernẽdi ptãtem habeant periculosum est. Est enĩ ut corporis sic etiã & mẽtis senectus. Per hũc aũt modũ eruditis ut & legislator ipse diffidat tanq̃ non bonis uiris nequaq̃ tutum. Videntur autem hi qui in hac potestate cõstituti sunt largiendi gratificãdiq; permulta facultatem habere: quapropter melius erat eos ratiõi reddendæ subiectos esse: nũc autem nõ sunt. Videtur autem Ephororũ

Lacedęmones non bene se habent ea quę pertinent ad Principatum Seniorum : manebãt
enim perpetuo in principatu. Si enim huiusmodi Seniores possent inueniri qui essent uir/
tuosi & sufficienter instructi ad uirilem bonitatem siue ad strenuitatem: posset forte aliqs.
dicere ꝙ expediens esset ciuitati ꝙ perpetuo manerent in principatu : quãuis etiã si essent
perfecte uirtuosi formidabile esset ciuitati ꝙ aliqui essent habentes dominium & potesta
tem super magna iudicia ciuitatis:
& hoc per totam uitam suam: quia
sicut uirtus corporis senectute debi
litatur ita etiam plerũq; uirtus men
tis: quia postq̃ senescunt homines
non habent nec illud robur animi
nec illam uiuacitatem ingenii quã
habebant in iuuentute propter de/
bilitatem uirtutum sensitiuarum de
seruientium parti intellectiuę. Mul
to plus igitur formidandum est ali
quos principari per totam uitam si
sunt isto modo instructi ad bonũ
sicut erant apud Lacedęmones: ita
ꝙ etiam Legislator non confidebat
de eis omnino sicut de bonis uiris:
qa non omnia cõmittit eis: sed hoc
non tutum. Frequenter aũt tales uo
lunt uideri liberales in plebē ut ca/
ptent sibi fauorē populi: & sic absq;
utilitate ciuitatis dispgunt bona cõ
munia. Vnde melius est ꝙ habeant
quandam correctionem: talem. s. ut
si deficientes inueniãtur possint am
moueri: nunc autem sunt absq; tali correctione. Habent tamen aliquam correctionem: qa
Principatus Ephororum poterat corrigere omnes principatus: impediendo. s. ne sententię
eorum procederent: sed uidentur male facere : & hęc erat maxima dignitas Ephororum:
Sed nos intelligimus de alia correctione: ut scilicet possint ammoueri: quod Ephori facere
non poterant. ¶ Deinde cum dicit: Insuper creatio zc. Improbat prędictum principatum
quantum ad electionem ipsorum: & hoc duplici ratione: circa quarum primã dicit ꝙ ele/
ctio Seniorum quę fiebat apud eos erat ualde puerilis. Erat enim apud eos ordinatum ut
illi qui digni uiderentur tali principatu peterent ipsum : quod non recte se habet: quia fm
hoc nullus assumeretur ad principatum nisi uolēs. Oportet autem aliquem qui dignus est
principatu assumi ad pncipatũ siue uelit siue nõ uelit: quia utilitas cõmunis est pręferēda
proprię uoluntati ipsius. ¶ Secundam rationem ponit ibi: Nunc autem zc. Et dicit ꝙ per
hanc ordinationem circa electiõem Senum Legislator uidet facere ciues amatores hono
ris sicut & circa aliquã partem policię. i. circa electiõem Ephoroꝝ: uel etiã circa quęcunq;
alia quę faciebant ciues honoris amatores. Et ꝙ hoc faceret in electione senũ patet : Nul/
lus enim peteret principatum nisi principari uolens: quod est amare honorem. Si ergo nul
lus haberet principatũ nisi petens: sequeretur ꝙ soli amantes honorē principarent : & ita
omnes prouocarentur ad amandum honorem: & hoc est ualde periculosum ciuitati: quia
maior pars iniustitiarum quę in ciuitate accidunt: sicut sunt uiolentię: rapine & huiusmo/
di sũt ꝑpter amorē honoris & pecunię. Vñ patet ꝙ talis ordinatio est periculosa ciuitati.
¶ Deinde cum dicit: De regia zc. Improbat prędictã policiam quantũ ad principatũ Re

Magistratus omnes alios Magistratus cor
rigere: in hoc autem nimium certe illis per
missum: & non per hunc modum dicimus
rationem reddere oportere. Insuper creatio
ipsa Senatorum quam per suffragia faciũt
perleuis est: ac ipsum petere qui eligendus
sit non recte se habet: oportet enim & uolē
tem & nõ uolentem ad Magistratum assu/
mere si dignus sit eo Magistratu. Nunc au
tem idem facere in hoc uidetur Legislator
quod & in alia Rep. Ambitiosos enim fa/
ciens ciues illis utitur ad Senatorum dele
ctum. Nemo enim magistratum petet nisi
honoris sit affectator: atqui plæraq; eorum
quæ homines iniuste faciunt per ambitio/
nem & auaritiam committuntur. De Re/
gia uero ptãte utrũ melius sit eam in ciui/

gium & dicit ꝙ utrū expediat ciuitati habere Regem uel nō tractabit̄ inferius.s. in tertio: sed supposito ꝙ melius sit habere Regem: nō est hoc melius sicut erat aput Lacedęmones qui nō per totam uitam regnabant: sed melius est ꝙ unusquisqȝ habeat iudiciū Regū per totam uitā suam: quia Rex est utilis ciuitati ut sua potestate efficaciter cōseruet statum ciuitatis Quod fieri nō potest nisi per uitam regnauerit: quia & ipse timebit alios offendere & alii minus eum timebunt. Secus aūt est de senioribus qui ad cōsilia uel ad iudicia quędā eligebantur. Causa autem quare Legislator apud Lacedęmones instituit non esse Reges perpetuos est ista: quia reputauit ꝙ nō posset facere ciues aliquos perfecte bonos. Vnde diffidit de ciuibus quasi de nō perfecte bonis existentibus: & propter hoc quando mittebat aliquos Legatos seu nuntios eligebat aliquos inimicos uel dissentientes ut unus alium impediret si uellet facere contra bonum ciuitatis. Et similiter putabant esse salutē ciuitatis si Regi dissentirent qui sibiinuicem succederent ꝙ unus emēdabat quod alius male fecisset. ¶ Deinde cū dicit: Non bene zc. Improbat prędictā policiam q̄tum ad ea quę pertinēt ad populum. s. quātum ad cōuiuia publica quę erant in ciuitate: & dicit ꝙ lex nō bene ordinauerat de hmōi cōuiuiis: quia melius esset ꝙ hmōi cōgregatio conuiuii fieret de expensis cōmunibus ciuitatis sicut fiebat apud Cretenses: q̄ ꝙ fieret de his q̄ de singulis afferrentur sicut fiebat apud Lacedęmones: apud quos ēt & ualde pauperes oportebat aliqd ferre ad hmōi sumptus: & hoc erat destructio pauperū qui nō poterāt expendere. Vnde circa hoc accidebat contrariū intentioni Legislatoris qui instituit hmōi conuiuia quasi aliquid in fauorē populi: ut. s. populus aliquā recreatiōem haberet in hmōi conuiuiis: sed sm hanc legem conuiuioꝝ sequebatur ꝙ essent huiusmodi conuiuia in magnum detrimentum populi: quia sm hoc populares non defacili poterant principari: erat enim lex apud eos ꝙ qui nō ponerēt aliquid ad hmōi sumptus nō hr̄ent partē in policia ipsoꝝ: qa nec poterāt fieri principes: nec habebant uocē in electōe principū. ¶ Deinde cū dicit: Legem uero zc. Improbat prędictā policiā q̄tum ad uiros bellatores: & primo q̄tum ad bellatores belli naualis. Scd̄o cōiter q̄tum ad oēs ibi: Et sic suppositiōi zc. Tertio q̄tum ad ipsoꝝ stipendia: ibi: Male enim zc. Dicit g° p̄mo ꝙ quidā alii recte increpauerūt legē Lacedęmonioꝝ q̄ erat circa p̄ncipes nauigii eo ꝙ erat cā seditiōis. Cū eni haberent Reges quasi sempiternos qui pręerant terrestri militię Principatus nauigiorum fiebat quasi alteꝝ

tatibus existere nec nc alia foret disputatio attamen melius nō ut nunc quidē sed ꝑ uita cuiusqȝ Regis iudicare. Qđ aūt ne ipse quidem Legislator credit se facere bonos & honestos manifestū est: diffidit enim quasi nō sint ad sufficientiam boni uiri. Itaqȝ Legatos simul mittebant inimicos: ac salutem Ciuitatis esse putabant seditiones Regum Non bene etiam circa Cōmessationes: quæ illi Fidicia nominant: constitutū est ab initio. oportebat enim magis ex publico esse conuentū quemadmodū in Creta: sed apud Lacedæmonios unusquisqȝ conferre habet & si sint quidā longe pauperrimi qui hmōi sumptum nequeant conferre. Ex quo fit ut Legislatori contra eueniat quæ ipse uoluerit. Voluit enim Ciuitatem popularē facere per Comessationes: sed contra accidit: cum non sit facile pauperibus Comessationum esse participes. More enim maioꝝ sic apud eos diffinitur ut qui Comessationum particeps esse nequeat is ad Reip. gubernationem nō admittat̄. Legē uero quæ est circa Præfectos Classis et alii quidē improbarūt Recte quidem. est enim seditiōis causa: nā

Regnum:& ita habebat quasi duos Reges quod poterat esse materia dissensionis. ¶ Deinde cum dicit:Et sic suppositioni zc. Improbat prędictam policiam cōmuniter ad omnes uiros bellatores:& dicit φ aliquis recte potest increpare suppositionem Legislatoris .i. illud quod supponebat tanq̃ finem ad quē totā policiā ordinabat:& hoc enā Plato in suis legib9 increpabat φ oēs leges eorum ordinabantur ad unam partem uirtutis: scilicet ad bellicam propter hoc φ erat utilis ad dominandum aliis. Et ideo quia bene se habebant in his quę pertinent ad bellum:male autem in his quę pertinent ad status politici gubernationem sequebatur φ in bellis conseruabantur : sed quando iam adepti erant principatum imminebant eis multa pericula: quia nesciebant uiuere in pace: neq; erāt exercitati aliqua alia meliori exercitatiōe q̃ bellica:quod non erat paruum peccatum. In hoc enim bene opinabantur quod putabant res bellicas melius tractari per uirtutem hominū q̃ etiam per militiam: quia ut dicitur in tertio Ethicoꝝ homines uirtuosi non parcunt uitę ubi bonum est persistere;: milites uero quando supercrescunt pericula deficiunt.nō enim confidunt ulterius posse liberari per experientiam & industriā armorum. Sed non bene opinabantur quantum ad hoc φ putabāt uirtutem qua homo bene se habet in bellis esse optimam:cum alię uirtutes:scilicet prudentia & iustitia sint digniores fortitudine.& ipsum etiā bellum est propter pacem:non autem econuerso. ¶ Deinde cum dicit: Male enim circa zc. Improbat prędictam policiam quantum ad stipendia militum uel circa ęrariū publicum & dicit φ apud Lacedęmones non erat bene ordinatum de cōmunibus pecuniis. Nihil enim habebat ciuitas in cōmuni:cum tamen frequenter cogeretur magna bella agere & iterum singuli ciues male ministrabant necessaria ad tales sumptus : non enim requirebantur a singulis auctoritate alicuius potestatis publice:sed cōmittebatur uoluntati cuiuslibet ut daret quod uellet. Quod ideo statuit Legislator:quia ciues habebant multas possessiones & poterant sine aliquo grauamine multa dare:sed accidit cōtra utilitatem quam Legislator intendebat:quia ipse reddidit ciuitatē sine pecuniis publicis & priuatas personas & uiles facit amatores pecuniaꝝ dum conabantur tantū lucrari φ possent & sibi & cōmunitati prouidere. Vltimo autem epilogando concludit φ ea quę dicta sunt uidentur improbabilia in policia Lacedęmoniorum.

cū Reges sint belli Duces:Præfectura illa ꝑpetua fere alteꝝ est Imperium. Et sic suppositioni Legislatoris succenseri pōt: quod & Plato in legibus suis cēsuit. Ad partē enim uirtutis tota ordinatio illaꝝ legū cōtendit s. bellicā. Hæc aūt utilis ad uictoriā consequendā. itaq; salui erant bellū gerētes: peribāt uero rerū potiti: quoniā nec ociū agere nec quicq̃ aliud exercere sciebāt præstabilius q̃ rem militarē. Illud quoq; erratū nō sane minus φ putauit bona illa quæ ad bellum pertinēt ex uirtute magis q̃ ex uitio fieri:& in hoc quidē recte:sed φ hæc paucciora q̃ uirtutē ipsam putant in hoc nō recte. Male ēt circa pecunias publicas constitutū apud illos est:qa neq; in publico hñt quicq̃ et magna bella gerere coacti pecunias ægre cōferūt:nam quia Sparciataꝝ est plurimū agri nō examināt inuicē collationes: & euenit Legislatori cōtra q̃ cōmodū est publice īopiā:priuati auaritiā īducere. De Lacedæmonioꝝ igit̃ Rep. hacten9 dictū sit:nā hæc sūt quæ maxīe qs reprehēdat. ¶ Cretēsiū uero Resp. huic finitia est. hēt aūt quædā nō deterius sed pluria minus nitide. Videt̃ āt

CRetēsium uero zc. Postq̃ supius auctor ꝓsecutus est de policia Lacedęmonica:hic

prosequitur de policia Cretensi: & primo comparat hanc policiam ad precedētem: Secun
do improbat eam: ibi: De quibus zc̄. Circa primū tria facit. Primo ponit in cōmuni com/
parationem istarum policiarum. Secundo assignat rationem positę comparationis: ibi: Vi
detur autem zc̄. Tertio explicat prędictam comparatiōem in speciali: ibi: Habet enim cō
uenientiam zc̄. Dicit ergo primo ꝙ policia Cretensium est propinqua policia Lacedęmo
nicę in quibusdā: tamen differt in
aliquibus: in quoꝝ paucis nō se ha
bet deterius q̄ policia Lacedęmo/
nica sed melius: sed in pluribus se
habet minus nitide. i. minus expe/
dite & cōuenienter ad bonum sta/
tum ciuitatis. ¶ Deinde cum dicit:
Videt̄ aūt zc̄. Assignat causam prę
missę comparatōis. & primo osten
dit huius causam fuisse ex hoc ꝙ
Lacedęmonica sumpta est a Cretē
si. Secundo assignat causam quare
Cretensis fuit prior: ibi: Videt̄ autē
hęc zc̄. Dicit ergo primo ꝙ causa
prędictoꝝ est: quia policia Lacedę
monica in pluribus imitat̄ policiā
Cretensium tanq̄ antiquiorem: &
ideo policia Cretensis in pluribus
peius se habet: quia uidemus ꝙ plu
rima de his quę sunt ab antiquis in
uenta sunt minus dearticulata. i. di/
ligenter distincta q̄ ea quę sunt in/
uenta a iunioribus. Dicunt enim ꝙ
Lygurgus qui instituit policiā La/
cedęmonicā dimittens regnū Ca/
rilli Regis Lacedęmonioꝝ multo
tpe conuersatus est apud Cretā pro
pter amicitiam & affinitatem quā
habebāt Lacedęmones ad Cretēses
Et ideo Lacedęmones qui uenerāt
Cretā causa familiaritatis suscepe/
runt instituta legum quę erāt apud
habitantes in Creta. Vnde uidemus
ꝙ incolę Cretenses eodē mō utunt̄ legibus sicut & Lacedęmones: & hoc est ſm institutio
nē Mini Regis Cretēsiū ¶ Deinde cū dicit: Videt̄ aūt hęc zc̄. Assignat cām quare leges in
ter Gręcos pmo inuētę sunt apud Cretā. Dicit. n. ꝙ insula Cretēsis uidet̄ ſm sitū terrę opti
me esse disposita ad principandū Gręcis: qui fere oēs habitāt circa mare. Insula aūt illa q̄si
adiacet toti litori Gręcię: distat modicū a quadā insula q̄ uocat̄ Peloponnesus q̄ nūc dicit̄
Achaia: & sılr̄ uersus Asiā propinqua est loco q dicit̄ Peritriopiū & insulę q̄ dicit̄ Rho
dus: & ideo Minos q fuit Rex Cretēsis obtinuit pncipatū ī toto mari Gręcię: & insulas q̄s/
dā pus habitatas p uiolentiā subegit: q̄sdā aūt de nouo habitari ēt fecit: singulis suas leges
imponēs. Vltimo aūt trāsiuit in insulā Sicilię & ibi mortuus est circa Camerinā circa mō/
tem Vulcani uel Ethnę: ex quibus ignis eructuat ¶ Deinde cū dicit: Hēt enim zc̄. Explicat
in speciali comparationē supra positā: & primo ostendit in quibus conueniunt ambę po/

& fertur Lacedæmonioꝝ Resp. in pluribus
imitata Cretensem. Vetusta aūt pleraq; ru/
diora sunt nouis. Ferunt enim Lygurgum
post dimissam Carilli Regis tutelā cū lon/
go tpe pegrinaret̄ in Creta plurimū fuisse
diuersatū ꝓpter cognationē: erant. n. Lytii
Lacedæmonioꝝ coloni. susceperāt aūt hı q
in eā coloniā uenerāt instituta legū tunc in
antiquis habitatoribus obtinētia. Quapro/
pter & nunc Parechi eodē modo illis legi/
bus utuntur quō eas Minos constituit pri/
mus. Videtur aūt hæc insula ad Principa/
tum Græciæ esse nata ac præclaræ sita: cun
cto nanq; iminet mari: cum fere Græci oēs
circū mare sint positi: abest enim hinc mo/
dicū a Peloponneso: illic uero ab Asia circa
Peritriopium & Rhodū. Quare imperium
maris obtinuit Minos ac & insularꝫ: alias
subegit: alias uero dudum incultas habita/
ri fecit. Tādē Siciliā aggressus circa Came
rinā defunctus est. Hēt enim conuenientiā
Cretica istitutio cū Laconica: Agriculturā
exercēt apud hos qdē Hılotæ: apud illos ue
ro Parechi. Et cōmessatōes sunt apd̄ utrosq;
& antiqꝰ nūcupabāt Lacedēonii has nō Fi

liciȩ. Secundo in quibus policia Cretensis habet melius: ibi: Q uȩ igitur zc. Tertio in qui/
bus habet peius: ibi: At circa zc. Ostendit autem primo ꝙ hȩ duȩ policiȩ proportionali/
ter se habent adinuicem in tribus conuenientes. Primo quidem in agricultura. quã habẽt
Lacedȩmones exercẽt Hylote serui: apud Cretenses autem Parechi serui. s. habitantes in in
sula. Secundo quantum ad conuiuia publica quȩ apud utrosq; fiunt: quȩ quidẽ nunc apud

dicia sed Andria queẽadmodum Cretes; ex
quo palã est ꝓuenisse insuper Reip. institu
tiõem. Ephori nanq; eandẽ uim hẽt quã in
Creta hi qui Cosmi appellant᷑: nisi ꝙ Epho
ri quinq; sunt: Cosmi aũt decem. Senatores
aũt pares sunt Senatoribus quos uocãt Cre
tes cõsiliũ. Regia aũt ptãs fuit primo apud
Cretas: postea illã sustulerunt: imperio in
bello ad Cosmos translato. Concio aũt oĩ/
bus cõis est: sed aliam nullã habet auctori/
tatẽ q̃ ea cõprobandi quæ a Senatoribus &
Cosmis fuerint ante decreta. Quæ igit᷑ de
cõmessatõibus constituta sunt melius apud
Cretas q̃ apud Lacedæmonios habent᷑: nã
apud Lacedæmonios unusquisq; certũ qd
in singula capita taxatum soluit: quod nisi
faciat a Rep: repellitur: ut prius diximus.
at in Creta cõius est. ex cunctis enim quæ
a terra ꝓueniunt uel arm̃etis ex publicis &
his quæ afferũt Parechi diuisio fit ut pars
una ad coꝝ cultũ & ad publica onera: pars
ad cõmessationes deputet᷑: ac ită ex publico
educari oẽs & mulieres & pueros & uiros.
Ad temperãtiã aũt cibi q̃si utilis fit multa
Legislator philosophatus ẽ et de mulieꝝ di

Lacedȩmones uocãtur Fidicia: sed
antiquitus uocabãtur apud eos An
dria: sic etiam uocantur nunc apud
Cretenses. Vnde manifestum est ꝙ
Lacedȩmones assumpserunt a Cre
tensibus. Tertio quantũ ad ordineꝫ
policiȩ: quia Ephori apud Lacedȩ/
mones habebant eandem potesta/
tem quã apud Cretas quidam qui
dicebantur Cosmi. i. ornatores: solo
numero differentes: nam Ephori
apud Lacedȩmones erant quinq;:
Cosmi uero Cretẽsium erant decẽ.
Similiter & Seniores apud Lacedȩ
mones erant ȩquales & numero &
potestate Senioribus Cretensium:
quos uocabant consilium. Regnũ
autem primo fuit apud Cretenses
sicut & apud Lacedȩmones: sed
postmodũ dissoluerunt regnum &
cõmiserũt Cosmis ducatum bello/
rum. Vterq; etiaꝫ habet Concionẽ
id est adunatiõem populi quȩ nul
lius rei habet potestateꝫ nisi appro/
bandi sententias Seniorum & Co/
smorum. ¶ Deinde cũ dicit: Q uȩ
igitur zc. Ostendit in quibus me/
lior erat policia Cretensis & dicit
ꝙ ordinatio conuiuiorum melior
erat apud Cretenses q̃ etiam apud
Lacedȩmones: quia in Lacedȩmo/
nia unusquisq; qui accedebat ad cõ
uiuium oportebat ꝙ aliquid exhi/
beret fm caput suum: alioquin nõ poterat participare policias: sicut prius dictum est: sed
apud Cretenses erat obseruatio magis pertinẽs ad cõmune: quia de rebus publicis tam de
fructibus terrȩ q̃ de pecoribus & de redditibus quos reddebant incolȩ qui colebant terras
erat instituta quȩdam pars quȩ expenderetur in sacrificia & quȩdã pars quȩ expendebat᷑
in conuiuia: ut in talibus cõuiuiis homines & mulieres & pueri & uiri nutrirent᷑ de cõmu
ni. Hoc erat autem & aliud proprium policiȩ Cretensium ꝙ Legislator eorum multa phi/
losophice induxit ad hoc quod modicum comedebant: quasi hoc sit ualde proficuum
& singulis & cõmunitati. Volens etiam ꝙ non procrearent multos pueros ne multitudo
hominum excederet quantitatem possessionis uoluit ꝙ non multum commiscerentur
mulieribus & ad hoc concessit turpem masculorum coitum: sed utrum in hoc be/
ne fecerit uel male posterius considerabitur: tamen hoc manifestum est ꝙ ordinatio con/

uitiorum melior erat apud Cretenses q̃ apud Lacedęmones. ¶ Deinde cum dicit: At cir/ca zc̄. Ostendit in quo peior erat Cretēsis policia: & dicit φ peior erat ordinatio apud Cretenses de Cosmis q̃ apud Lacedęmones de Ephoris. Vnũ enim malũ est cõmune utrisq; quia scilicet apud utrosq; assumuntur ad hmõi principatum quicunq; i. homines tam probi q̃ nõ probi. Sed tñ apud Lacedęmones erat unum bonum: quia poterant eligi de qualibet conditõne hominum: & ideo populus quasi habens partẽ in maximo principatu bene uolebat φ cõseruaretur talis policia. Sed apud Cretenses nõ eligebãtur Cosmi ex qualibet hominum conditione: sed solum ex aliquibus qui erant uel fuerant de numero seniorũ: & simpliciter seniores eligebantur ex quibusdam qui fuerant Cosmi quibus licebat dimittere suum principatũ: ut infra dicetur. Et sic populus in principatu Cosmorum non habebat partem. ¶ Deinde cũ dicit: De quibus zc̄. Improbat prędictã policiam: & primo q̃tum ad statuta q̃ ponebãt. Secundo q̃tum ad remedia que adhibebãt: ibi: Medicina uero zc̄. Circa primum duo facit. Primo improbat eoꝝ statuta. Secũdo excludit quandam responsionẽ ibi: Quiescere zc̄. Improbat autem policiam istam quantum ad duo q̃ etiam improbauit in policia Lacedęmonica: quorũ unum est φ Cosmi & seniores principabantur per totam uitam suam sine correctione id est sine hoc φ possent ammoueri propter aliquã culpã: & sic principatus erant maiores q̃ dignum esset. Secundum autem est: quia non principabantur sm̃ aliquas leges scriptas: sed per se sententiantes uel arbitrantes: & hoc nõ erat securum ciuitati: quia eoꝝ iudicium poterit peruerti amore uel odio. ¶ Deinde cum dicit: Quiescere autem zc̄. Excludit quandã responsionem qua possent se defendere inducentes pro signo bonę ordinatiõis φ semp absq; seditione uixerint. Sed ipse dicit φ hoc φ populus quieuerit apud eos a seditionibus nõ participãs principatu nõ est signũ demonstrans φ eoꝝ policia sit bene ordinata: hoc enim contingebat quia Cretenses longe peregrinabant̃ ab aliis hoĩbus insulam q̃dam habitãtes & distãtes etiã ab aliis & sic nõ habebant bella cũ finitimis sicut supra dictũ est: & sic Cosmi apud Cretẽses nõ habebant aliqua recipere uel expendere ꝓpter bella sicut Ephori apud Lacedęmones ubi populus nõ multũ curabat tali ꝓncipatu ꝑticipare. ¶ Deinde cũ dicit: Medicina zc̄. Improbat remedia q̃ apud Cretẽses cõtra ꝑicula erãt: & primo ponit ea. Scd̃o improbat ibi: Per quã zc̄. Circa ꝑmũ duo facit. Primo ponit remedia q̃ erãt cõtra ꝑsonas male ꝓncipan

cit:Sꝫ nũquid zc· Oñdit ꝙ ñ est iustũ dñari unũ uirtuosũ· Et diuidit̃ in ptes duas·In p̃ia facit ꝙ dictũ ẽ In scða qa posset aliqs dicere ꝙ nõ expedit hoĩem p̃ncipari sꝫ hoĩem p legẽ oñdit cõtrariũ:ibi:Sꝫ for·zc In p̃ia dicit ꝙ ñ expedit unũ uirtuosũ ualde p̃ncipari·qa si unus ualde uirtuosus dñet̃ plures erũt inhonorati honore p̃ncipatus:sed hoc ẽ incõueniẽs:Ex hoc enĩ sequunt̃ dissensiões in ciuitate & turbatiões sicut dictum est·Iteꝝ uidebit̃ policia peior esse q̃ status paucoꝝ: quia in Principatu paucoꝝ pluribus ĩpendunt̃:in ista aũt uni soli·hoc aũt peius uidet̃ esse: qa malũ q̃nto magis diuisũ est tãto minus existit & tolerabilius ẽ: quare manifestũ est ꝙ nõ expedit unũ uirtuosum dñari· ¶Deinde cum dicit: Sed forsan zc·

Quia diceret aliqs ꝙ lex debet dñari ñ homo:arguit cõtra hoc· Et p̃mo ponit rõnem per quã uidet̃ ꝙ lex debet dñari·Scðo arguit in cõtrariũ: ibi: Si igit̃ zc· In p̃ia dicit ꝙ prauũ & iniustum est hoĩem principari & nõ legem: quia homo habet passiones sibi coniũctas Passiones autem distrahunt uoluntatem & faciunt deuiare a recto fine & per consequens peruertunt iudicium rationis·Lex autem multas habet passiones:quare per legem nõ contingit deuiare a recto iudicio rationis:Cum igitur melius & iustius sit illum principari qui non potest deuiare a recto fine q̃ illum qui potest·Et homo potest deuiare a recto fine:lex uero non·Manifestum est ꝙ iustum est legem dominari:non hominem· ¶Deinde cum dicit:Si igitur sit lex quidem zc·Arguit in contrarium· Et dicit ꝙ non uidetur esse uerum ꝙ legem sit iustum dominari uniuersaliter: quia contingit leges esse pertinẽtes ad potẽtiã paucoꝝ uel multoꝝ:& tales leges date & ordinate sunt in ordine ad finem illarum· In illis autem non supponitur rectus finis simpliciter sicut pędictum est:ergo nec leges sunt iuste simpliciter·Quare manifestũ est ꝙ ñ differt quid dicatur siue legem siue aliud aliquid aliorum principari:quia semper idem accidit inconueniens sicut prius ostensum est de omnibus· ¶Deinde cum dicit:De his igitur sit alius quidem sermo zc·Omissis aliis specialiter descendit ad inquirendum utrum magis expediat multitudinem aut paucos uirtuosos dominari·Et diuiditur in duas·In prima pręmittit ꝙ omissis aliis de quibus non est argutum:quia altera ratio est·Manifestum est enim ꝙ unum pessimum non expedit dominari:& quia hoc est per se manifestum·Altera ratio de hoc & de aliis·Quia de aliis est dubium:sed de hoc nõ·Ideo Ph̃us nõ arguit ad istud· Sed inquirẽdum est utrum multitudinẽ magis expediat dominari q̃ uirtuosos paucos tantum·Hoc enim uidetur habere dubium & solũmodo qua dissoluitur ratio quę in oppositum adducebatur prius: & magis uidetur esse ueꝝ & expediẽs multitudinẽ p̃ncipari debere q̃ paucos uirtuosos· ¶Deinde cũ dicit

Nam ſi plures zc̄. Proſequit̄ & prīo oſtēdit ꝙ magis expediat mltitudinē dn̄ari q̄ paucos uirtuoſos. Scd̄o ſoluit dubitationē & quandā aliā annexā illi: ibi: Quapropter zc̄. Prima in duas. Prīo declarat unā ꝓpoſitionē. Scd̄o arguit ex illa: ibi: Si igitur zc̄.. Adhuc prīa in duas. Primo manifeſtat illā ꝓpoſitionē. Scd̄o ponit differētiā inter aliqua de quibus eſt mentio facta: ibi: Sꝫ in hoc zc̄. In prīa dicit ꝙ ſi ſint multi nō uirtuoſi ſimplr̄ cū cōueniēt in aliquid unū facient unū aliqd ſtudioſum. nō ſicut qdē ut qlibꝫ faciat aliquid ſtudioſum p ſe & aliqd meliꝰ ſed oēs ſil' faciāt unū aliqd ſtudioſum & ſunt aliqd melius q̄ quilibet diuiſim acceptus: & hoc declarauit per ſile: & dicit ꝙ ſicut illi qui faciunt cenā ad cōes expenſas & quilibet modicū apportat: ꝙ aūt collectū ē ex oībus apportatis magne q̄titatis eſt. Sic eſt in ꝓpoſito: ſi ſint multi & quilibꝫ aliqd habeat uirtutis & prudētię cū cōueniūt in unū faciēt unū aliquid magnū & uirtuoſuꝫ. In quo eni unus deficit cōtingit alteꝝ habūdare: ut ſi unus nō inclinet̄ ad fortitudinē alter inclinabitur: & ſi alius nō inclinet̄ ad tēperātiā alter inclinabit̄: & ubi unus non poterit prąuidere bene alter poterit & ſic cū cōuenerīt faciēt quaſi unū hominē uirtuoſum et perfectum. Hoīem dico habentē multitudinem ſenſuū per quos diſcernere poſſit: & multitudinē manuū & pedū per quę poſſit moueri ad opationē & opari. Similiter etiā q̄tum ad mores et q̄tum ad intellectum ſe habet. Ex oībus eni cū cōuenerint efficiet̄ quaſi unus homo pfectus ſm intellectum q̄tū ad uirtutes intellectuales & ſm appetitus quātū ad morales. Et adducit aliud ſile dicens ꝙ ꝓpter hoc ꝙ multi ſunt aliquid melius ſil' iūcti q̄ quilibꝫ illoꝝ cōtingit ꝙ opa muſicalia & opa poetaꝝ melius facta ſunt & ducta ad pfectionē p plures q̄ p unum. Sic eni inuentę fuerunt artes & ſciētię: quia prīo unus inuenit aliquid & illud tradidit & forte inordinate alius poſt hoc accepit illud & addidit & totū tradidit & magis ordinate: & ſic cōſequēter donec pfecte artes & ſcię inuente ſunt. Et manifeſtum eſt ꝙ aliqui aliqua inuenerūt ſed oēs ſimul oīa. Et manifeſtū eſt ꝙ plus eſt & pfectius illud ꝙ oēs īuenerunt q̄ illud qđ quilibet p ſe. ¶ Deinde cuꝫ dicit: Sed in hoc zc̄. Ponit drām inter unum uiꝝ ſtudioſum ſimplr̄ & quēlibet illoꝝ ex qbus cum cōuenerint in unum fctm̄ eſt aliquid ſtudioſuꝫ. Et dicit ꝙ uiri ſtudioſi ſiue uirtuoſi differt̄ a quolibet illoꝝ multoꝝ ex qbus cū cōuenerint in aliquid unū fit aliquid uirtuoſuꝫ. ſicut bonꝰ differt a n̄ bono qm̄ uiri uirtuoſi bōi ſimplr̄ ſunt: ſed qlibet iſtoꝝ ſm ſe acceptus n̄ eſt bonꝰ. qa nō eſt uirtuoſus pfecte. Iteꝝ differunt uiri ſtudioſi ab iſtis diuiſim acceptis: ſicut puta p artem differunt a uiris: circa qđ intelligo ꝙ pictor uolens aliqd pingere p artē ſicut imaginē hoīs cōſiderat bonā diſpoſitiōneꝫ ocloꝝ in iſto dimittens diſpōnes alioꝝ mēbroꝝ. Silr̄ conſiderat bonā diſpōnem manus in alio dimittēs malas diſpōnes alioꝝ membroꝝ: & ſic cōſiderat meliores diſpōnes alioꝝ mēbroꝝ in diuerſis & dimittit turpes. tunc ex oībus iſtis collectis facit imagineꝫ pulchriorē q̄ ſit qlibet illoꝝ ex qbus aliqd accepit: & māifeſtū ē ꝙ qlibꝫ illoꝝ ex qbus aliqd accepit aliqd pulchritudīs hꝫ: ſꝫ n̄ ſimplr̄ illđ āt ꝙ acceptū ē ex iſtis ſimplr̄ pulchrū ē ſic ſilr̄ in ꝓpoſito qlibet illoꝝ mltoꝝ aliqd hꝫ uirtutis: ſꝫ n̄ ē ſimplr̄ uirtuo

quandā habere dubietatē: īmo forte ueritatē nā ſi plures ſint quoꝝ unuſqſqꝫ nō ſit ſtudioſus: tn̄ fieri pōt ut in unū cōueniētes oēs meliores ſint q̄ illi nō ut ſinguli: ſed ut oēs: quēadmodū cæna in qua plures cōferūt q̄ ea quæ ex unius erogatiōe fit. nā cū plures ſint unuſqſqꝫ partē habet uirtutis ac prudētiæ. ac fiūt in unū collati quaſi homo unus qui multos pedes habeat: multaſqꝫ manus: multoſqꝫ ſenſus. Et eodē mō circa mores & intelligentiā. Quapropter melius iudicant multi & ī muſica & in poetaꝝ opibus. Alii eni aliud: & cūcti cūcta diſcernunt. Sed in hoc differūt ſtudioſi uiri ab unoquoqꝫ alioꝝ ex multitudie quēadmodū decoros a nō

sus·id aūt quod simpliciter collectū est ex ipsis simpliciter uirtuosum est·Et hoc est qđ intendit cū dicit:artificiose eo ꝙ illa uera simpliciter accepta sunt collecta in unū et imago illa q̄ componit̄ simul ex partibus bene dispositis in diuersis exn̄tibus pulchrior est q̄ unūquodq; illoꝝ in quoꝝ uno inuenit̄ pulcher oculus:in alio aūt pulchra manus· cōuenit eniꝫ bene inuenire seorsum unū hn̄tem oculum pulchriorē q̄ sit pectus:q̄uis in aliis deficiat silr̄ aliquē hn̄tem pulchrā manū q̄ sit pectus: q̄uis in aliis deficiat· silr̄ in aliis pticulis·silr̄ in ꝓposito differt uir studiosus ab unoquoq; illoꝝ q dicti sunt:qa oēs bonas dispositōes sm aīam hēt coniunctim et in uno supposito unusq̄sq; illoꝝ unā:aut in qua forte poterit excedere uirtuosū simpliciter enim excedet̄ ab eo· ¶Deinde cū dicit: Si igit̄ zc̄· Ex ista propositōe declarata arguit dicens ꝙ imanifestū est utrū hmōi differentiā contingat esse circa multitudinē & circa hoc populū totū ad paucos uirtuosos: ꝙ·s·tota multitudo melior sit q̄ illi pauci uirtuosi:tn̄ sm uirtutē in quibusdā est impossibile:hoc est eniꝫ quędā multitudo bestialis cuius hoīs inclinant̄ ad ad actus bestiales & parū rōnis habēt·& in tali multitudine nō est uerum ꝙ ex illis hoīb⁹ possit fieri aliquid uirtuosum si cōueniāt in unū.

¶Alia est multitudo in qua q̄sq; hēt aliquid uirtutis & prudentię & inclinant̄ ad actum uirtutis:& in tali uerū est ꝙ illud qđ fit ex istis cū cōueniunt in unū est aliqd uirtuosum· Et hoc est ꝙ dicit Phs ꝙ in aliqua multitudine nō est uerū ꝙ illa multitudo faciat aliquid uirtuosum:de qua multitudine pōt habere ueritatē·Ex quo pōt formari rō sic:Melius est ꝑncipari qđ meli⁹ & studiosius ē·sꝫ cōtingit aliq̄ multitudinē ēt magis studiosam paucis uirtuosis ꝓbatā esse·Ergo zc̄·

QVapropter zc̄·Postq̄ Phs mouit dubitatōeꝫ utrū magis expediat mltitudinē dn̄ari q̄ uirtuosos:in pte ista soluit eā & q̄dam annexā illi:& hꝫ duo:Primo infert solutionē quęstionis ex determinatis:& ponit quęstionē annexā·Scđo soluit illā ibi: Eteni zc̄· In ꝑma dicit ꝙ pp ea q̄ dicta sunt pōt solui dubitatio qua quęrit̄:utꝝ magis expediat dn̄ari multitudinē q̄ paucos uirtuosos:appet·n·ex dictis ꝙ duplex ē mltitudo·Vna qdē bestialis in qua nullus hꝫ rōem uel modicā:sꝫ iclinat̄ ad bestiales actus·& manifestū ē ꝙ istā nō expedit dn̄ari aliq° mō:qa sine rōe ē & cōiuncti & diuisim· Alia ē mltitudo ubi oēs aliqd hn̄t rōis & iclinant̄ ad prudētiā & hn̄ suasibiles sunt ad rōeꝫ·& talē expedit magis dn̄ari q̄ paucos uirtuosos·q̄uis·n·qlibet nō sit uirtuosus: tn̄ qđ fit ex oībus cū cōueniunt est uirtuosuꝫ·Et sic appet solutio q̄onis:qa ubi est talis mltitudo expedit eā magis dn̄ari q̄ uirtuosos Vbi nō talis sꝫ bestialis nullo mō expedit Poterit etiā ꝑ hoc solui qđ alia consequenter se hn̄s ad illā·s·utꝝ oporteat multitudinē & liberos dn̄os eligere & eos corrigere & quoꝝ expedit eos esse dn̄os si expediat & qui sunt illi de quibus mouet questioneꝫ exponit· hmōi enim sunt qui nō habent aliquā dignitatem siue bonum uirtutis· ¶Deinde cū dicit Eteni permittere zc̄·Soluit q̄onem:& primo soluit q̄onem·Scđo solutōem cōfirmat ꝑ leges antiquoꝝ ibi:Quapropter &c̄·Prima ī tres:In ꝑma ońdit ꝙ icōueniens & nō secuꝝ ē multitudiem ꝑncipari scđo ꝙ terribile ē eos nullo mō pticipare ꝑncipatu ibi:Rursus·Terio ꝙ ex

decoris aiunt:& picta artificiose a ueris eo ꝙ seorsum distincta in unū colligunt̄: cū si separatio fiat pulchrius se habebit huius qdē picti oculus:alterius uero cuiusdā alia particula.Si igit̄ de oī populo oīq; multitudine recipit̄ hanc esse differentiā multitudinis ad paucos studiosos incertū est:immo forsan certū:qđ de quibusdā est īpossibile:nā eadē rō de bestiis esset. Quanq̄ quid differunt quidam(ut ita dixerim) a bestiis sed de aliqua multitudine nihil uetat esse uerum. ¶Quapropter dubitationem illam primā per ista soluere quis potest:ac similiter aliam subsequentem:quorū oportet potestatem habere liberos homines ac multitudinē ciuiū:quales sunt quicūq;: qui neq; opes habēt neq; uirtutis existimationē.etenim permittere istis magnos Magistratus

pedit aliquo modo:ibi:Restat zc̄.In p̄ma dicit ꝙ liberos & multitudinē attingere ad principatum maximū & primū periculum est:isti enim iniustitiam & imprudentiā habēt & propter imprudentiam deficerent a recte iudicādo & ꝑpter iniustitiā inclinabunt̄ ad opa iniusta:& ideo sequetur ꝙ multa mala facient quantum ad seipsos:& multa iniusta q̄tum ad alios eis iniuriando & molestando.hoc aūt est periculum.ergo tales participare principatu incōueniēs est maximū. ¶De inde cū dicit:Rursus zc̄.Ostēdit ꝙ terribile uidetur esse eos nullo modo participare & dicit ꝙ nullo modo concedatur eis principatus nec attingunt ad ipsum incōueniens & terribile uidetur:quia reputabunt se inhonoratos & cū sint multi & pauperes sequetur seditio et turbatio in ciuitate:sed istud est terribile. ¶Deinde cum dicit:Restat zc̄. Concludit tertiū & dicit ꝙ exquo sequuntur multa mala in ciuitate si nullo modo attingunt ad principatum relinquit̄ ꝙ participare debent principatu aliquo modo:salteꝫ quantū ad consiliatiuum & iudicatiuum. ¶Deinde cū dicit:Quapropter &c̄ Confirmat solutionem per leges & ordinationes antiquoꝝ & diuidit̄ in partes duas.In prima facit quod dictum est.In secunda arguit cōtra ordinationem illoꝝ:ibi: Sed habet dubitationē &c̄.In prima dicit ꝙ quia dictum est si multitudo nullo modo participet ꝑncipatu sequent̄ multa mala:sicut seditio & turbatio in ciuitate. Solon Legislator Atheniensiū & quidā alii Legislatores statuerunt multitudinē in eligendo & corrigēdo principes:tñ noluerūt ꝙ qlibet sigillatim h̄ret ꝑtātem in eligēdo & corrigendo:& hoc rōnabiliter:qa quilibet s̄m se uirtutē nō h̄et & ideo deficeret in eligendo & corrigēdo:ut dicimus ꝙ isti noluerunt ꝙ quilibet h̄ret ꝑtātem in eligendo & corrigēdo ꝑncipantē ꝑpter cām dictā:sed oēs insil'.Et rō huius est:qa q̄uis quilibet nō h̄eat uirtutē ꝑfectā unde recte se possit h̄re in principatu:tñ tota multitudo sufficiēter uirtutē h̄et & discretōem in eligēdo & corrigēdo:in ista eni multitudine sunt sapiētes uirtuosi aliq & aliq nō.ꝑ& plus ualet ꝙ sumant̄ isti oēs sil' q̄ si sumerent̄ uirtuosi & sapiētes solū:sic eni est hic sicut est de alimento:alimētū.n.impuꝝ sumptū cū puro plus ꝑficit q̄ alimētū impuꝝ si p se assumat̄:impuri.n.alimēti malitia & improbitas p puꝝ sibi ꝑmixtū corrigit̄ & ex eis cōmixtis fit bonū alimētū:& impuꝝ ad equalitatē redigit̄:sic in Rep.insipiētes in cōsulēdo & decernēdo quodāmō rectificant̄ a sapientib' ut possint aliq° mō Reip.ꝑdesse. ¶Deinde cū dicit:Sed hꝫ zc̄.Obiicit contra istā ordinationem antiquoꝝ & diuidit̄ in duas s̄m ꝙ dupliciter obiicit.Scd'a ibi Est & alia &c̄.Prima in duas:In prima tangit obiectōem.Scd'o soluit ibi:At enim &c̄.Ad huc prima in duas.Primo p̄mittit duas ꝑpositiones.Scd'o arguit ex illis ibi:Itaq; s̄m &c̄.Prima in duas s̄m ꝙ duas propositiones proponit.Scd'a ibi:Deinde & &c̄.In prima dicit

nequaq̄ est tutum ꝑpter iniustitiā & ignorantiā per quas quibusdā iniuriarentur:in quibusdā errarent.Rursus uero excludere illos penitus ab honoribus ꝑiculosum esset Cū enim multitudo inopū est in Ciuitate eadēq; ab honoribus exclusa:necesse est eā Ciuitatē esse hostiū Reip.Restat igitur ut ad consultandū et decernendū isti recipiantur.Quapropter & Solon & alii quidā eoꝝ qui leges condidere huiuscemodi hoīes ad repetendas gestoꝝ rōnes & ad suffragia electionesq; Magr̄atuum admittūt:solus aūt ut Magistratus cōmittantur nequaq̄ ꝑmittunt:dum enim cum aliis una decernunt atq; consultant capiunt omnes simul sufficientem sensum:& ꝑmixti melioribus prosunt Reip.:quemadmodū nō purū alimentum una cum puro totum facit utilius q̄ paucum:separati uero utrique imperfecti sunt ad iudicandum.Sed habet dubitationem huiusmodi ordinatio Reipublicæ.pri

ita dictum est ꝙ Solon & quidam alii Legislatores ordinauerunt ꝙ multitudo haberet potestatem in eligendo & corrigendo principatũ uidet ꝙ hęc ordinatio habet dubitationẽ: & ad declarationem pręmittit istã propositionem: Cuius est medicari & sanare ab ęgritudine pręsente eius est iudicare quis recte sanatus est. Hoc aũt facit medicus. Et ratio ꝓpositiõis est: qa cuius est aliqd facere per deductiõem ex causis & principiis eius est resoluere ipsum usq; ad primas cãs considerando ex quibus et qualib⁹ cãis est & hẽt esse. hoc aũt est iudicare. ergo eiusdẽ est aliqd cõstituere & iudicare de ipso. Silr est in aliis artibus: sicut enim medicus in medicinalibus iudicat & corrigit silr & alii in suis artibus. Vlterius dicit ꝙ medicus triplex ẽ. Vnus quidẽ est q nõ nouit artẽ ſ; ordinata ab aliis aliqualiter scit applicare ad opus. Alius est artifex principalis qui nouit simpliciter oẽs cãs & principia medicinę. & tertius est expertus q aliqua nouit sed nõ simplr. Cũ igit dicim⁹ medicũ iudicare de eo quẽ sanat intelligimus de medico scdo & tertio mõ. Et sicut circa medicinã est considerare triplicẽ medicũ s. practicum: scientẽ & exptum: sic circa oẽs alias artes. fere in oĩbus aũt ipsis iudiciũ rectũ de his q̃ sub ipsis sunt nihil minus. i. parũ minus exptis q̃ ipsis scientibus. Dicit aũt parũ minus: qa scientes simpliciter in oĩbus melius iudicant. ¶ Deinde cũ dicit: Deinde & zc. Proponit secundã ꝓpositõem & dicit: ꝙ sicut est circa iudiciũ sic est circa electionẽ: quod scientis est recte eligere & hoc est opus eius: sicut Geometra iudicat recte de geometricis & gubernator de gubernatiuis: & sic de aliis. Et rõ huius est: Electio n. est appetitus precõsiliantis: consiliũ aũt est rõcinatio de eis quę sunt ad finem: ratiocinari autem recte de his quę sunt ad finem scientis est. Quare manifestum est ꝙ opus scientis est iudicare & recte eligere. Et si idiotę aliqua recte eligant non tamen sicut scientes nec magis ipsis: quia si recte eligant uel iudicent hoc est a casu: non sic autem sapientes. ¶ Deinde cum dicit: Itaq; fm hanc zc. Ex istis duobus arguit ꝙ non expedit populum habere potestatem in eligendo & corrigendo principatu dicens ꝙ manifestum est ex dictis ꝙ non expedit multitudinem habere dominiũ in electione & correctione principum: quia sicut dictum est Scientis est eligere & corrigere prudentis. Sed multitudo & ignorans & imprudens est. Quare non expedit multitudinem dominari in eligendo & corrigendo. ¶ Deinde cum dicit: At enim forsan hęc omnia zc. Soluit istã dubitationem; & diuiditur in duas secundum quod dupliciter remouet ipsam. Secunda ibi: Et de quibusdam quidem non solum is zc. In prima dicit quod forte omnia ista non habent ueritatem nec bene dicta sunt: & hoc propter rationem superius dictam: Si enim sit multitudo non uilis siue bestialis sed aliquid habens rationis & uirtutis bene etiam sua-

mũ quia uideretur eiusdem esse hoĩs scire iudicare quis recte medelã attulit qui ipse sciat etiam mederi ac sanitatẽ ægrotãtibus afferre: hic aũt est medicus. Eodem mõ de aliis facultatibus & artibus: Vt. n. medicũ rõnem suæ medelæ apud alios medicos reddere oportet: ita & alios apud similes. Medicus aũt ẽ & ille q agit & ille q præcipit & ostendit: & tertio loco ille q a pueritia expertus est circa artẽ. sunt. n. qdã tales in cũctis (ut ita dixerim artib⁹.) Tribuimus uero iudiciũ parũ minus exptis q̃ scientibus. Deinde & circa electõem eodẽ se uidet mõ habere: nã recte eligere sciẽtis est opus: ceu Geometrã in Geometria: & gubernatorẽ in nauigatõe. Et si. n. in qbusdã opibus & artibus cõcurrũt alii qdã ignorãtes & nõ tñ melius iudicãt q̃ sciẽtes. Itaq; scdm hãc rõem auctoritas multitudini danda non esset neq; in electionibus Magistratuum: neq; in rõnibus administratoꝝ reposcẽdis. At. n. forsan

bilis:habens sapientes a quibus recte suadeatur:talem multitudinem simul sumptam bene expedit habere potestatem in eligendo & corrigendo principem:& si unusquisq; illorum non habeat sufficienter rationem & uirtutem per quam possit recte eligere & corrigere:tamen omnes simul habent & constitutum ex omnibus cum cōueniunt uirtuosum est simpliciter. Ex quo apparet ꝙ Philosophus respondet per interemptionem minoris cū dicebatur: multitudo est imprudens & ignorans:uerū est si fuerit talis sicut dictū est. Et dicit forsan: quia in aliqua policia nō expedit multitudinē habere potestatē in eligendo & corrigendo sicut in regno. In regno enim si unus sit simpliciter prudēs & alii regantur quasi dn̄atiuo principatu nec inferiores obediant superiori:nō expedit multitudinē habere pṫātem:sed in policia ubi multitudo est ęqualis expedit. ¶ Deinde cum dicit:Et de quibusdā zc̄. Sc̄do remouet obiectionē quasi interimēdo maiorē & dicit ꝙ istud qn̄ accipiebat̄ ꝙ sciētis solū s̄m unāquāq; artem est iudicare de opere suo nō habet ueritatem : puta si sint aliqui qui fecerūt aliqua opera & tn̄ non utantur illis:nō est uerum ꝙ illi bene iudicent: sed illi qui utunt̄ recte iudicant:sicut nō solum ędificator iudicat domū: imo melius iudicat ille q ca facta utit̄ sicut pr̄familias. Sil'r nauta gubernaculum accipit a carpētario et melius iudicat de ipo q̃ carpentarius. utens epulis melius

hæc omnia nō bene dicuntur & propter superiorē sermonē si sit multitudo non nimis seruilis:erit enim unusq̄sq; deterior iudex q̄ hi qui sciunt uerū: tn̄ simul oēs uel melius iudicabūt uel nō deterius. Et de quibusdā quidē nō solū is q fecerit recte iudicat & q hēt artē:puta domū nō solū is intelligit & iudicat q fecit sed melius is q utit̄. Vtit̄ autem paterfamilias domo & temone gubernator nō faber:& epulis cōuiua nō coquus. Hoc igitur dubiū p hunc modū uidet̄ sufficienter solui. Est & alia dubitatio cū hac annexa:qa incōueniens uidet̄ ut deteriores q sunt maioꝝ rerū habeāt pṫātem quā probi:rōnes uero administratoꝝ a magistratibus reposcere & magistratus ipsos diligere maximū ē:quæ duo in q̄busdā ciuitatib; a populo fiūt. Cōcio.n.taliū oim dn̄a ē.at qui cōcionis q̄dē p̄cipes sunt deliberāt;decernūt:exigui cēsus hoiesq; & cuiusq; ætatis.

iudicat q̃ coquus. Hęc ergo dubitatio isto modo uidet̄ esse dissoluta sufficienter. Similiter etiam est in proposito ꝙ melius iudicat qui utitur principatu. Hoc autem est multitudo. Et est intelligendum ꝙ tres sunt artes se habentes per ordinem. Vna quidem est quę uersatur circa materiam sicut est illa quę pręparat materiam: sicut est lignorum dolatiua & pręparatiua. Alia est q̃ in materia disposita itroducit formā:sicut nauifactiua. Tertia est usualis quę utitur naue facta:& iste sic se habent ꝙ prima rōnem operandi habet a secunda & est propter ipsam:disponit enim sic ligna:quia talis forma quā considerat debet introduci in materiā talem:& tn̄ ipsa s̄m se formā illam nō nouit. Sil'r secūda rōem opandi hēt ex tertia & est ꝑpter ipsam:talem enim formā inducit in lignis cui cōpetit talis finis q consideraẗ a tertia q̃ dicit̄ usualis:& ideo ista cōsiderat cām omnium aliaꝝ primā. Per resolutionē ad primā cām iudicaẗ de re:& ideo usualis rectius iudicat q̃ ille qui formā inducit in materia. Si autem sit aliqua scientia quę aliquid cōstituat in esse & eo utatur ista melius iudicat & certius omnibus. ¶ Deinde cum dicit:Est & alia zc̄. Ponit secundam obiectionem contra illam ordinationē & diuiditur in duas. In prima ponit obiectionē. In sc̄da soluit ibi:Questio illa zc̄. In prima dicit ꝙ alia ē dubitatio cōtra illā ordinationē cōueniēter se habēs ad ꝑmā:incōueniēs.n.ē iprudētib9 cōmittere maxima. s; electio & correctio ꝑncipū maxia sunt in ciuitate.g° cōmittere ista prauis icōueniēs ē. s; multitudo praua &

imprudens est. Quare manifestũ ꝙ inconueniens est multitudinẽ habere potestatem in corrigendo & eligendo super principes & uirtuosos: sed sicut dictum est in quibusdã policiis ista cõmissa sunt populo: multitudo enim in illis dominiũ habet & in eligendo & corrigendo: quia in aliqua ciuitate populares & inferiores attingunt ad principatũ & ad iudicatiuum & consiliatiuũ etiam de paruis honoribus iudicant & pręsunt diuitibus & ducũt exercitus & principant̃ maximis principatibus & magis q̃ maiores. Quare manifestũ ꝙ ordinationes istoꝝ incõuenientes sunt. ¶ Deinde cũ dicit: Quęstio illa zc. Soluit dubitationem: & primo facit hoc. Secundo ostendit quid ex dictis põt esse manifestũ & quid imanifestũ ibi: Prima uero zc. In prima dicit ꝙ eodẽ mõ ista dubitatio põt solui sicut prima: forte enim ueritatẽ habet ꝙ expedit aliquã multitudinem hr̃e ptãtem in electione & correctione principum. in aliqua enim multitudine nec iudex nec consiliator nec pretor neq; cõcionator unꝰ per se est iudex de ꝑncipatu & dñs in electione: sed totum aggregatum ex pretorio consilio & populo & unusquisq; istoꝝ pars est aggregata. s. cõsiliarius & concionator & iudex. Et manifestum est ꝙ expedit magis dominari totam multitudinem q̃ aliquos: qa tota multitudo studiosa magis est q̃ aliqui pauci. Est enim multitudo ex sapientibus: mediocribus & inferioribus: est enim ibi populus & consilium & pretor: & manifestũ est ꝙ honorabilior est tota multitudo q̃ aliquis unus ſm se acceptus uel aliqui pauci. Et ex his manifestum est ꝙ obiectio predicta nõ ualet. Quod enim dicebat̃ ꝙ multitudo praua est & imprudens: dicendum ꝙ nõ est uerum: quamuis enim aliqui sint tales nõ omnes tamen. Sed si esset talis multitudo uilis in qua nullus esset sapiens nec prudens: nõ expediret talem habere potestatem in eligendo & corrigendo principes. Et ex his apparet ꝙ Philosophus intendit ꝙ magis expedit totã multitudinem habere potestatem in eligendo & corrigendo q̃ paucos. Et uocat hic multitudinem aggregatum ex sapientibus maioribus & prudentibus & mediocribus & populo: istam totam multitudinem talem magis expedit dominari q̃ paucos. Vilem tamen multitudinem non expedit. Et dicit forsan: quia in policia in qua est unus excellens in uirtute & alii nati sibi obedire non expedit multitudinem attingere ad ista: quia duo exiguntur in regimine policię. Vnum est ratio recta: hoc autem habet ista multitudo per illos sapientes. Aliud est potentia: ut possit cohercere & punire malos: hoc autem habet per populũ. ¶ Deinde cum dicit: Prima uero zc. Ostendit quid est manifestũ & quid imanifestũ ex prędicta dubitatione: & primo oñdit quid est manifestũ. Scd̃o quid est imanifestũ: ibi: Quas tñ zc. Ista lr̃a dupl̃r põt exponi. Primo ut referamus istã lr̃am ad dubitationẽ qua quęrebat̃ ꝑus: utrũ magis expediret multitudinẽ dñari q̃ paucos uirtuosos ut dicamus sic: dubitatio ꝑma. s. ista q̃ iã dicta ẽ nihil aliud manifestat nisi q̃liter lex dñet̃ in ciuitate & q̃liter ꝑnceps siue sit unus siue plures. leges. n. oportet esse dñam & principatiuã oĩm eoꝝ de q̃bus legẽ determinare pñt. principẽ aũt oporꝫ eẽ dñm de oĩbus illis q̃ ꝑ leges nõ pñt cũ certitudine determinari. Lex. n. fert̃ in uniuersali & ideo

Quæsturam uero & Præturã & maximos Magistratus suscipiũt ex censu magno atq; ætate. Quæstio illa potest eodẽ modo solui nam forsan id se recte habet: neq; enim iudex neq; cõsultor neq; is q in concione existit dñat̃: sed iudiciũ & senatus & populus illoꝝ uero unusq̃sq; est ꝑticula istoꝝ. Dico aũt ꝑticulam esse consultorẽ & concionatorem & iudicẽ: itaq; iuste dña maior est multitudo: ex multis enim populus cõstat & iudiciũ: maiorq; sensus ẽ uniuersoꝝ q̃ singulorũ p se & q̃ illoꝝ paucoꝝ q magnos suscipiunt magratus. Hæc igit̃ i hũc modũ terminata sint. Prima uero illa quæstio manifestum facit nihil adeo ut leges recte positas

in aliquo particulari quandoq; habet instantiā:nõ enim potest legislator preuidere omnia particularia in quibus lex potest deficere:& ideo quādoq; deficit. In isto autem casu princeps dominatur:istud uero manifestum est ex predicta dubitatione & solutione: oportet enim in ciuitate Principem habere regulam per quā dirigatur in operationibus suis & dirigat alios et per quā iudicet. hoc aūt potest facere per legem. Quare oportet legem principari. Et qa qñq; nõ põt p legem iudicare:qa lex deficit in aliquo casu ideo appet ꝙ ī illo casu oportet ṗncipē corrigere : & ideo expedit ꝙ in isto casu ṗnceps dñet. Aliter põt exponi ut referat̄ lr̄a ad illud qð dictū est ṗus:dicebat̄.n.ꝙ nõ oportꝫ hoīem ṗncipari ſm legē: qa passiones hēt cõiunctas q̄ puertunt iudiciū rõnis in cõtrariū arguebat̄: qa cõtingit legē esse prauā:& talē non expedit ṗncipari. Ex hoc orit̄ dubitatio quē expedit magis principari uel legē uel hoīem:& tunc legat̄ sic Dubitatio ṗrima hoc ē prius dicta aliud nõ querit nisi qñ oportꝫ legē ṗncipari & quõ ṗncipē siue sit unꝰ siue plures. & sicut ṗus dictū est ꝙ legē expedit ṗncipari in illis in quibus põt cū certitudīe terminare in aliis in qbꝰ nõ põt expedit ṗncipē dñari. ¶ Deīde cū dicit: Quas tñ zc̄. Oñdit qd est inmanifestū ex dictis:qa dictū est supius ꝙ leges q̄dā sunt rectę:dicit ꝙ q̄ sint leges rectę & q̄ nõ adhuc nõ ē manifestū sed adhuc est dubitatio de hoc de quo silr̄ ṗus dubitatū est:sed de legibꝰ dicendū est sicut de policiis: Sicut.n. quędā policię sunt prauę & iniustę & quędā studiosę & iustę: sic sunt leges quędā iustę & studiosę:quędā prauę & iniustę:qa leges dant̄ de cõferentibus ad finē policię. Ergo si finis policię rectus simpliciter & policia recta & lex data de his ēt sunt ad talē finē recta est si finis policię nõ sit rectus nec policia recta nec lex data de cõferētibus ad finē talis policię recta erit & si hoc manifestū ē ꝙ leges dant̄ multitudine ad policiā & ad finē eius manifestū ē ꝙ leges q̄ dant̄ ſm policias rectas sūt rectę q̄ ſm trāsgressiões nõ recte sunt.

debere dominari:illum aūt qui Reip. praeest siue unus hic sit siue plures in his ptātem habere debere in quibus leges expresse cauere nõ possunt : ex eo quia nõ facile sit generali sermone singulos casus cõprehendere. Quas tñ leges recte positas dicamus nondū apparet sed adhuc superest anterior dubitatio:atqui tales esse leges quales sunt Resp. necessarium est prauas uel studiosas iustas uel iniustas:& hoc unum manifestū oportere ad speciem Reip. leges esse accõmodatas. Quod si ita sit patet ꝙ leges illas quae ad rectas gubernationes accommodatae sunt necesse est esse iustas:illas uero que ad earum labes esse non iustas. ¶ Cum uero in cunctis scientiis & artibus finis sit bonum:maximū autem & maxime in principalissima omnium:haec aūt est Ciuilis ptās Est aūt ciuile bonū iustū:id āt cõis utilitas

CVm uero zc̄. Postq̄ Phs declarauit qs dꝫ esse dominans & principās in ciuitate ostendit in parte ista ſm cuius boni excessum debeant distribui principatus:& diuidit̄ in duas. In prima ṗmittit intentū suum et cām intenti. Scð̄o prosequit̄ ibi: Forsan zc̄. Prima in duas. In prima oñdit ꝙ finis policię recte ordinatę est bonū cõiter conferēs. Scð̄o dat intentum suū & cām intenti ibi: Videt̄ aūt zc̄. In prima dicit ꝙ in oībus artibus & sciis .s. opatiuis finis est aliqd bonū:qa oīs doctrina & ars silr̄ aūt actus & opatio bonū quoddā appetere uidet̄ sicut .i. Eth. dr̄. Si aūt cuiuslibet artis et scie finis est aliqd bonū: ṗncipalissime ē finis optimū & ṗncipalissimū: qa in his q̄ sunt p se sicut simpliciter ad simplr̄: ita magis ad magis & maxīe ad maxīe. sꝫ inter oēs scias practicas actiuas polītica ē ṗncipalissima:ut oñsum ē .i. i. huiꝰ. Quare finis eius dꝫ eē ṗncipalissimū qd & optimū. Sꝫ bonū ītentū in politica ē illud qð iustū ē simplr̄ .i. ī ordine ad qð attendit̄ iustum simplr̄ & tale est bonū conferēs cõiter. ergo bonū cõiter cõferēs ē finis in policia.

¶Deinde cum dicit: Videtur aũt zc. Dat intentionem suam cum causa & dicit: φ oĩbus ap/
paret φ iustũ est ęquale: qđ consonat ei qđ dictum est ubi determinatũ est de sermonibus
moralibus. s. in Ethicis. ibi enim dictũ est φ iustum est ęquale in rebus q̃ debent distribui
ſm dignitatẽ & aliquibus & ęqualibus psonis quibus debet fieri distributio. In hmõi ue/
ro distributione oportet esse aliquã mensurã ſm quã dirigant. In distributione hmõi aũt

Videtur autem omnibus æquum quoddã
esse iustum: & usq; ad aliquid consentiunt
Philosophicis rõibus in quibus determina
tum est de moralibus: quid enim & q̃bus
iustũ: & oportere paribus par existere: quo/
rũ certe paritas & quo℞ imparitas sit opor
tet nõ latere: habet enim id dubitationẽ &
Philosophiã ciuilẽ. Forsan enĩ diceret aliqs
sc̃dm oĩs boni præeminẽtiã oportere ĩpari/
ter Magr̃atus tribuere si in aliis nõ differãt
sed pares sint. differẽtibus. n. aliud eẽ iustũ
& sc̃dm dignitatẽ. Atq; si hoc uerũ sit erit &
sc̃dm colorẽ & sc̃dm magnitudinẽ & sc̃dm
unũ q̃dq; bono℞ plus tribuẽdũ de ciuili iu/
sto illis q supexcellũt: at hoc q̃dẽ falsũ est:
qđ patet in aliis sciĩs & artibus: Paribus. n.
fistulatoribus q̃tum ad artem danda nõ est
prærogatiua fistularum illi qui sit nobi/
lior: nihil enim melius caneret. sed oportet
his q in opere supexcellũt tribuere fistula℞

mensurę finis est ita φ ſm φ aliqs
plus accedit uel minus ad finẽ ſm
hoc plus uel minus debet ei distri/
bui de cõibus bonis: ita & q ęquali
ter attingunt ad hmõi dignitatẽ in
ordine ad finẽ ęqualiter debẽt reci
pere. quid aũt est illud bonũ illud
ciuitis uel quo℞ est ęqualitas uel inę
qualitas nõ debet esse in minimũ:
hoc eniꝫ habet dubitationẽ quã de
terminare ptinet ad politicũ. ¶Dein
de cũ dicit: Forsan zc. Prosequit: &
primo improbat opinionẽ quorũ/
dã circa hoc. Sc̃do inquirit ueritã/
tem ſm intẽtionẽ suã: ibi: At ex q/
bus zc. Prima in duas: Primo ponit
opinionẽ illo℞. Sc̃do reprobat: ibi:
Atqui zc. In prima ponit opinionẽ
& dicit φ cũ aliquis posset dicere
φ principatus debet distribui ſm
dignitatẽ uel excessum cuiuslibet
boni siue sit bonũ ſm animã: siue
sit ſm corpus: Si enim aliq duo in
aliquo bono differant sc̃dm exces/
sum: ita φ unus excedat aliũ in illo
& in oĩbus aliis sint siles & nõ dif/
ferant: principatus debet distribui
sc̃dm excessum illius boni: ita φ ille qui excedit plus debet habere principatũ. Qui enim
differunt in aliquo bono quocunq; differunt sc̃dm dignitatem ad quã inspiciendum est
in distribuendo honores cões. Differentibus enim in aliquo bono nõ est idem iustũ: nec
est idem sc̃dm dignitatem sed diuersum & alte℞: ita φ q̃ est pportio dignitatis alicuius si
ue boni ad dignitatẽ alterius siue ad bonũ eadẽ est pportio eius φ debet distribui uni ad
illud qđ debet distribui alteri: ita φ q̃tum bonũ unius excedit bonũ alterius & principatus
unius principatũ alterius. ¶Deinde cũ dicit: Atq; zc. Reprobat istã opinionẽ & diuidit in
partes tres sc̃dm φ reprobat eã per tres rões. Sc̃da ibi: Quod si &c. Tertia ibi: Pręterea &c
In prima dicit φ si istud uerũ est φ principatus debet inęqualiter distribui sc̃dm excessuꝫ
cuiuslibet boni manifestũ est φ sc̃dm excessuꝫ coloris & magnitudinis & sc̃dm excessum
cuiuslibet alterius boni plus debet distribui de pncipatu politico: sꝫ istud statim appet esse
falsum: & hoc manifestũ ẽ in aliis sciĩs & potẽtiis: Si enĩ sint duo hñtes ęqualiter artem fi
stulandi si unus excedat alium in nobilitate manifestũ φ non ppter hoc debent ei dari
plures fistulę uel meliores ei qui excedit in nobilitate. Et ratio huius est: quia fistulę non
dant nisi ppter opus fistulãdi: ergo nõ debẽt dari nisi ei qui aptus natus est ad fistulandũ.
Quare plures & meliores debẽt dari ei q magis est aptus et meli⁹ scit fistulare. Ergo ppter
excessum illi⁹ nõ debent plures distribui per quod homo nõ est magis aptus ad fistulan/

dum:nec melius scit fistulare. Quare manifestum est ꝙ per excessum in nobilitate nō debent plures fistulę distribui. Similiter si sint duo equales in uirtute unus tñ excedat alium in pulchritudine uel in aliquo alio bono:cū hoc sit accidens in ordine ad principatū manifestum est ꝙ propter istū excessum nō debet plus attribui de principatu uni ꝙ̄ alteri.

¶Deinde cum dicit:Quod si nondum zc̄. Ponit secundā rationem & dicit ꝙ si ex ista ratione nō sit manifestū ꝙ ſm excessū cuiuslibet boni nō debet distribui principatus uolentibus ulterius producere rōnem predictā magis erit manifestū:Si enim sit aliquis q multum excedit alium in arte fistulandi:excedatur tñ ab alio in nobilitate & pulchritudine supposito ꝙ quodlibet illorum sit melius ꝙ̄ ars fistulatiua sicut pulchritudo & nobilitas & ſm aliquā proportionem excedant plus illa bona artem fistulandi ꝙ̄ alius ſm artem fistulandi illa bona:nihilominus plures fistulę & differentes in bonitate debent dari ei qui excedit in arte fistulandi ꝙ̄ alii. Et ratio huius est:quia distributio fistularū ſm excessum debet fieri in ordine ad opus: quia fistulę nō dantur nisi propter opus. Ergo ei qui melius scit artem fistulandi plures & meliores fistulę debent distribui. Sed per diuitias & uoluptates nō est magis aptus ad fistulandū. Similiter si sit aliquis melius dispositus ſm uirtutem & magis aptus ad principandum ꝙ̄ alius:excedit tamen ab alio in nobilitate & pulchritudine distributio principatus magis debet fieri uirtuoso ꝙ̄ alii. Et ratio huius est:quia distributio principatus ſm excessum nō debet fieri nisi ei qui magis est aptus ad principandū. Hoc aūt est ille qui excedit in uirtute. Quare manifestum est ꝙ distributio principatus nō debet fieri ſm excessum cuiuslibet boni. ¶Deinde cum dicit:Pręterea ſm zc̄. Ponit tertiam rōnem & est ducens ad impossibile:& diuiditur in duas. In prima ponit rōnem. Secundo destruit consequens quod sequit̄:ibi:Cum uero zc̄. In prima dicit ꝙ si distributio principatus fiat ſm excessum cuiuslibet boni tunc omne bonum erit ad omne bonum comparabile & ſm magis & minus & ſm equale:sed hoc est falsum:quare & primū. Quod aūt ita sit declarat Phūs ꝙ omne bonum sit ad omne comparabile ſm magis & minus:& si distributio principatus fiat ſm excessum cuiuslibet boni hoc manifestū est:& ideo Phūs hoc non declarat. Sed ꝙ sit comparabile ſm equale sic probari potest:Si enim sint duo & unus excedat alium in nobilitate & pulchritudine manifestum ꝙ sunt comparabilia ſm magis & minus:similiter ſm equale:quia si ab eo qđ excedit alium auferatur illud in quo excedit manifestum ꝙ residuum erit equale : si enim aliqua magnitudo sit maior altera: si auferatur ab ea in quo excedit alteram totaliter erit equalis ei. Eodem modo est considerando ad diuitias & ad libertatem:Si enim aliquis excedat alium in nobilitate & diuitiis & libertate:si ammoueatur illud in quo excedit manifestum ꝙ erit equalis. Et ex hoc

prærogatiuā. Quod si nondum patet quod dicimus etiam magis deducētibus erit manifestum:nam si erit aliquis excellens fistulatoria arte:inferior tamen nobilitate generis uel forma & si magis quodlibet illorum est bonum ꝙ̄ fistulatoria. Dico autem nobilitatem & formā & secundum proportionē fistulatoriæ sunt anteponenda:tamen huic dandæ sunt meliores fistulæ: oportet enim in opus ipsum prærogatiuam conferre: diuitiaꝝ uero et nobilitatis respectus nihil cōfert. Præterea secundū istam rōnem omne bonum ad omne bonum esset utiq; comparabile:nam si magis aliqua magnitudo: & certe omnino magnitudo:comparabilis foret & ad diuitias & ad libertatem. Itaq; si magis hic excelleret magnitudīe ꝙ̄ ille uirtute & magis supereemineret: omnino magnitudo:uirtuti essent omnia conferenda.

manifestum est ꝙ si isti duo sic se habeant ꝙ magnitudo boni unius plus excedat uirtutẽ alterius ꝙ alius fm uirtutẽ si addamus uirtutẽ ampliorem: manifestũ ꝙ iste excedet in uirtute quare manifestũ est ꝙ oia bona ad oia si sunt cõparabilia & fm magis & fm minus & fm ęquale. Si eni tãta magnitudo sit maior altera: amoto illo in quo excedit residuum erit ęquale. ¶ Deinde cũ dicit: Cum uero zc. Destruit cõsequens & dicit ꝙ hoc est ipossibile .s. ꝙ oia bona sint cõparabilia fm ęquale & magis et minus: Et rõ huius est. Quia cõpabilia oportet esse unius speciei sicut dr. vii. Physicoꝝ. Sed oia bona nõ sunt uniꝰ speciei nec & unius generis: quare oia bona adinuicẽ nõ sunt cõparabilia Et si hoc est ipossibile: manifestum est ꝙ Ipothesis est impossibilis .s. ꝙ fm excessuꝫ cuiuslibet bõi uł ęqualitatis distribuat̃ Principatus. Et adiungit ad declaratiõe hmõi dicẽs ꝙ si isti sunt tardi & alii sunt ueloces: isti ueloces nõ plus debẽt participare Principatu. qa fm aliꝙ istorum nõ magis attingit ad finẽ pncipatus p se. qa ꝓpter aliꝙ istorum nõ est magis uirtuosus: tñ in agonibus exercitatiuis hmõi diuersitas cõsiderãda est in tali eni exercitio Sed excessum uelocitatis est distributio honoris ita ꝙ ille q uelocior et agilior est plus recipit de honore In Principatu uero politico fm excessum istoꝝ non debet fieri distributio Principatus.

Quanto enim magnitudo huius illũ superaret: tãto cõstat esse ut parẽ. Cum uero hoc sit impossibile patet ꝙ in rebus ciuilibus ñ secundum imparitatẽ de Magistratibus recte contendunt. Si enim sunt hi quidẽ tardi: illi aũt ueloces: nihil ob hoc oportet alios plus: alios minus habere: sed in Gyimnicis certaminibus horum excellentia honorem capit. ¶ At ex quibus cõstat ciuitas in his necesse est contentiões cadere. Quapropter rationabiliter sibi arrogant honorẽ nobiles & ingenui & opulẽti. Oportet enim ingenuos esse & censum habere ad onera perẽda. Non enim ciuitas esse potest ex pauperibus omnibus: quemadmodum nec ex seruis. Atqui si hæc requirũtur patet ꝙ & iustitia & uirtus bellica requirit̃. Sine his enim stare ciuitas non potest. Hoc tantum interest ꝙ sine primis illis ciuitas esse non potest. Sine his autem non bene permane-

AT ex quibus zc. Postq̃ Phus reprobauit opinionem antiquorum uolentium ꝙ fm excessum cuiuslibet boni debeãt distribui Principatus: Inquirit fm intentionem suam fm cuius boni excessum debeat fieri. Sunt enim quędam bona quę ordinãtur ad Ciuitatem propter finem ipsius: & de talibus inquirit utrum fm excessum alicuius istorum debeat fieri. Rationabile enim uidet̃ ꝙ fm excessum alicuius illorum quę ordinantur ad Ciuitatem debeat fieri. Et diuiditur in duas. In primo ostendit quę sunt illa ex quibus est Ciuitas proponens ꝙ non irrationabiliter dubitabit aliquis de istis. In secunda inquirit utrum fm excessuꝫ illorum debeat fieri: ibi: Cũ uero zc. Prima in duas. Primo proponit ꝙ de bonis illis quę ordinantur ad Ciuitatem rationabiliter aliquis dubitabit. Secundo includit intentum suum: ibi: Ad hoc igit̃ zc. In prima dicit ita dictum est ꝙ inconueniens est ut fm excessum cuiuslibet boni fiat distributio Principatus. Sed de illis quę ordinantur ad Ciuitatem non dubitabit aliquis irrationabiliter. Sunt autem ista quę ordinantur ad Ciuitatem: diuitię: nobilitas: & libertas. Et ꝓpter hoc diuites honoratur in Ciuitate: & nobiles: & liberi. Liberos eni oportet in Ciuitate honorari. Quod autem ista requirantur ad Ciuitatem hoc apparet. Nam Ciuitas non debet esse ex egenis: quia si esset ex omnibus egenis nihil posset tribuere ad commune: quod tamen est necessarium. aliter non possent repelli inimici. Nec debet esse ex seruis. quia non esset Ciuitas. Seruus enim non potest habere Principatum: quia non potest prouidere. De

agibilibus. Ergo oportet Ciuitatem esse ex diuitibus & liberis. Si autez ista sunt necessaria ad Ciuitatem: multo magis iustitia & uirtus bellica: nam sine istis non contingit inhabitari bene Ciuitatem. Sed differenter sunt necessaria ad Ciuitatem ista: & prima quia prima sic sunt necessaria ꝙ sine ipsis non potest esse Ciuitas: sed sine iustitia & bellica uirtute potest quidem esse sed non bene. ¶ Deinde cum dicit: Ad hoc igitur zc̄. Concludit intētum suum. Et dicit ꝙ manifestum est ꝙ omnia ista uel quędam horū conferunt & ordinant ad Ciuitatez: sed ad bonam uitam disciplina & maxime uirtus. Propter quod manifestum est ꝙ rationabiliter dubitabit aliquis utrum sm̄ excessum istorū debeat fieri distributio Principatus. ¶ Deinde cum dicit: Cū uero zc̄. Inquirit utrum sm̄ excessum alicuius istorū debeat distribui p̄ncipatus. Et diuiditur in duas. In prima ponit rationes ad utrāq; ptem. Secundo soluit dubitationem: ibi: Hic itaq; zc̄. Prima in duas. In prima ostendit ꝙ sm̄ dignitatem alicuius istorum debeat distribui p̄ncipatus. Secundo arguit in contrarium: ibi: Est autez dubitatio zc̄. Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictum est. Secundo inducit quandam questionem: ibi: An ergo zc̄. Prima in quattuor. Primo ostendit ꝙ sm̄ excessuz diuitiarum debeat fieri distributio Principatus. Secundo ꝙ sm̄ dignitatem libertatis: ibi: Ingenui zc̄. Tertio ꝙ sm̄ dignitatem uirtutis: ibi: Similiter zc̄. Quarto ꝙ scd̄m dignitatez multitudinis: ibi: Atqui zc̄. In prima igitur uult ponere rationes per quas uidetur ꝙ scd̄m diuitias magis debeat distribui. Et primo dicit ꝙ manifestum est ꝙ non oportet ꝙ si aliqui sint scd̄m aliquid equales ꝙ ęqualiter debeant recipere. quia possibile est ꝙ sint ęquales in paruo bono & inęquales in maiori. Non autem expedit ꝙ isti ęqualiter recipiāt: immo iniustum est. Similiter si aliqui sint scd̄m aliquid inęquales non oportet ꝙ inęqualiter recipiāt: quia possibile est ꝙ sint inęquales in minori bono & ꝙ sint ęquales in maiori bono: tales autem recipere inęqualiter iniustū est. Quare manifestuz est ꝙ ille policię in quibus ita fit ꝙ ęquales scd̄m aliquid ęqualiter recipiant & inęquales scd̄m aliqd inęqualiter transgressiones sunt scd̄m quod dictum est: omnes ēt tales altercantur considerantes scd̄m quid iustū & aliquo modo: sed non simpliciter iustum: sicut diuites dicunt se plus debere recipere de Principatu. Quia ille qui plus habet in Regione plus debet participare Principatu: quia regio cōmunis est. Diuites uero plus participant regione. Habent enī magnas possessiones: pauperes uero aut paruas aut nullas. Iterum illi qui fideliores sunt Ciuitati & magis obseruant policiam & conuentiones policię plus debent participare Principatu: sed diuites sunt fideliores pauperibus & melius seruant policiam & conuentiones: quia pauperes propter penuriam cogūtur infringere pacta & sic infideles sunt: diuites uero nō quia diuitias habent. Et itez propter defectuz diuitiarum non tradent regionem in manus alterius: & ideo fideliores sunt q̄ pauperes in pluribus ad minus ut uidetur. ¶ Deinde cum dicit: Ingenui autem & nobiles quasi zc̄. Ostendit ꝙ scd̄m dignitatem libertatis & ingenuitatis debeat distribui. Et dicit ꝙ liberi & ingenui tanq̄ sint propinqui adinuicem inuicem

re. Ad hoc igit᷑ ut sit Ciuitas uideri possunt uel omnia uel quædam istorū recte sibi honores uendicare. Ad uitam tamē optimam disciplina & uirtus iustissime sibi uendicare honores utiq; uiderentur ut supra dictū est. Cum uero nec omnium parium par habere debeant: qui in uno aliquo sint pares nec impares secundum unum necessarium est omnes hmōi Rerump. transgressiones esse & labes. Dictum uero est prius quia inter se quodāmodo omnes iuste contendunt simpliciter autē non omnes iuste: opulenti quidem ꝙ plus regionis possident. Regio aūt commune quiddam. Præterea in commertiis magis creditur eis utplurimū. Inge

altercantur de Principatu. Liber autem dicitur qui mēte potest prǫuidere quę agēda sunt: inclinatur ad uirtutem: similiter ingenuus: Sed differūt: qa ingenuus dicitur qui habet huiusmodi inclinationem sm̄ uirtutem perfectam a parētibus & illi ab aliis & illi ab aliis: & sic sm̄ quandā antiquitatē. Liber aūt qui habet undecūqꝫ. Isti igitur altercantur dicentes se habere participare Principatu: alias non. Et hoc dupliciter. Primo quia illis magis debetur

nui autem & nobiles quasi prope inter se. Ciues enim magis generosi quā ingenerosi. Nobilitas autem apud omnes in honore habetur. Insuper quia consentaneum est ex melioribus ortos esse meliores: est enim generis uirtus nobilitas. Similiter quoqꝫ dicimus uirtutem merito contentionem inducere. Sociabilem enim uirtutem dicimus esse iustitiam cui ceteræ omnes uirtutes ne

Principatus qui magis attingūt ad ciuilitatem: sed liberi & ingenui tales sunt: quia generosi magis sunt ciues q̄ alii non generosi: quia magis uidentur uirtuosi. Et hm̄oi signum est: quia apud quoscunqꝫ nobiles siue generosi honorabiliores sunt: qa liberis & generosis magis debetur Principatus q̄ aliis. Secūdo qa illis magis debetur Principatus qui meliores sunt: sed liberi et generosi meliores sunt. Generosi quidem. qa uerisimile est ꝙ qui generati sunt ex melioribus meliores sint: Generosi autem sunt ex melioribus. Est enim generositas uirtus generis: hec est inclinatio ad uirtutē. Sed intelligendum circa hoc quod dicit ꝙ meliores ex melioribus generantē: ꝙ bonus dicitur dupliciter. Vno modo sm̄ actum perfectum: & sic bonus non generat bonū: quia bonus est sm̄ intellectū & sm̄ electionem & exercitationē: non ergo fit bonus aliqs sm̄ actū pfectū a parentibus. Alio modo dicitur bonus sm̄ inclinationem ad uirtutem perfectam: & sic bonus uult bonum generare. quia uirtus in semine existens intendit per se generare. Simile ei a quo est ipsum semen sm̄ omnes dispositiones ad quas potest attingere uirtus generatiua. Attingit autem ad omnes dispositiones materiales quę inclinant ad dispositiones uoluntatis & intellectus. Et ideo intendit generare sibi simile sm̄ omnes dispositiōes inclinantes siue in bonum siue in malum propter quod inclinatio ad uirtutem aliqualiter est ex parentibus. Bonus igitur isto modo generat ut in pluribus bonum. Si autem quandoqꝫ accidit contrarium: hoc est per accidens. De hoc autem ꝙ dicit ꝙ ingenuitas est uirtus: intelligendum ꝙ uirtus dupliciter dicitur. Vno modo sm̄ actum perfectum. & sic nobilitas non est uirtus: sed in ordine ad ipsam dicitur. Alio modo dicitur uirtus inchoatio quędam & dispositio siue inclinatio ad uirtutem perfectam. Isto modo dicitur uirtus nobilitas si proueniat ex parentibus & alii ex aliis: & sic sm̄ quandam antiquitatem. Si autē proueniat ex quacunqꝫ causa: facit liberum. ¶ Deinde cum dicit: Similiter quoqꝫ zc̄. Ostē dit ꝙ sm̄ dignitatem uirtutis debeat distribui Principatus. Et dicit ꝙ eodem modo rationabiliter altercantur uirtuosi de Principatu dicentes se debere principari & non alios qm̄ scd̄m dignitatem illius debet distribui Principatus quod est magis saluatiuum Ciuitatis Sed hoc est uirtus quod apparet: quia iustitia est maxime saluatiua Ciuitatis. Est enim Iustitia habitus per quē sumus opatiui iustoꝝ & uolumus operari iusta. Hoc autem contingit in agere & contra in pati ęquale. Hoc autem maxime saluatiuū est Ciuitatis ut dicitur v. Ethicorum. Ipsi enim cōsequitur omnis alia uirtus: quod potest dupliciter exponi. Vno modo sic ꝙ omnes alię sibi cōsequuntur pro tanto: quia qui habet unam uirtutē perfecte habet omnes. Iustitia est uirtus perfecta: ergo qui habet iustitiam habet omnes. Aliter sic: quia duplex est iustitia. Vna participans per quam aliquis bene se habet in operatione ad alterum: uel in his quę ordinantur in bonum alterius. Alia uero iustitia est uniuersalis per quam aliquis bene se habet in opere quod est ad alterum in ordine ad bonum cōmune. Vnde per iustitiam uniuersalem aliquis recte utitur omni uirtute & actu cuiusqꝫ uirtutis in

ordine ad bonum cōmune: & sic includit omnem uirtutem. Tale uero quod includit omnem ueritatem maxime saluatiuum est Ciuitatis. Et sic uidetur ꝙ sm dignitatem uirtutis debeat distribui Principatus. ¶Deinde cum dicit: Atqui zc. Arguit ꝙ sm dignitatē multitudinis debeat distribui. Et dicit ꝙ plures siue multitudo altercantur cum paucioribus rationabiliter de distributione Principatus dicentes se debere Principari. quia sm dignitatem istorum debet distribui Principatus q meliores & ditiores & ualētiores sunt. Nunc aūt mltitudo ualentior: melior: & ditior est q̄ aliqui particulares quicūq;: quia multitudo includit istos & alios & pauci non. Quare manifestum est ꝙ sm dignitatem multitudinis debet distribui Principatus. ¶Deinde cum dicit: An ergo zc. Inducit quandam dubitationem. Et dicit ꝙ si isti omnes diuites. s. liberi: ingenui: & uirtuosi sint in Ciuitate iterū multitudo ciuilis dubitabit aliquis utrum inter istos sit altercatio de principatu aut non. Et soluit ꝙ sit: quoniam in unaquaq; policia determinatū est quis debet esse dominans: sicut in statu populari populus: in statu paucorū diuites: in statu optimatum uirtuosi & sic de aliis. Policię enim differunt sm diuersitatem Principatuum & ideo erit altercatio de Principatu. Dicent enī diuites se debere principari: similiter uirtuosi. quare altercatio erit quis debet esse Principās. Sed si sint omnes in ciuitate & eodem tempore: considerandum est in uniuersali sm cuius dignitatem magis & simpliciter debet distribui Principatus utrum scdm diuitias uel ingenuitatem & sic de aliis. Adhuc etiam magis considerandum est in speciali si in Ciuitate sint ualde pauci uiri uirtuosi dato ꝙ Principatus debeat distribui scdm dignitatem uirtutis: considerādum est quomodo illi pauci determinari debent. Et soluit dicens ꝙ in determinatione ista oportet considerare ad opus. Manifestum enim ꝙ ratio Principatus ex fine sumitur. Finis uero policię recte est feliciter uiuere ideo ex hoc debet sumi ratio principatus. Ideo tot sunt necessarii uirtuosi in Ciuitate quot sunt necessarii ad dirigendum & regulandum Ciuitatem ut possit feliciter uiuere. Iterum tot uirtuosi debent principari ut possint per prudentiam suam constituere Ciuitatem. Sed quantam oportet esse multitudinem omnium habitantium in Ciuitate? Dicendū ꝙ tanta debet esse quanta potest uiuere per se sufficiēter & quanta potest repellere inimicos: sicut inferius ostendetur in. vii. huius. ¶Deinde cum dicit. Est autem dubitatio quędam in zc. Arguit in contrarium. Et diuiditur in tres. In prima arguit ꝙ scdm dignitatem diuitiarum & ingenuitatis non debet fieri distributio Principatus. Secundo ꝙ nec scdm dignitatem uirtutis: ibi: Hoc idem forsan contingeret zc. Tertio ꝙ nec scdm dignitatem multitudinis: ibi: Ergo si & multitudinem zc. In prima dicit ꝙ ad omnes altercātes de distributione Principatus est dubitatio alia in cōtrarium. Primo enim illi qui dicūt

cessario consequuntur. Atqui & plures ad pauciores: nam & potentiores & ditiores: & meliores sunt: ut susceptis pluribus ad pauciores. An ergo si oēs isti forēt in una ciuitate: ceu boni & diuites & nobiles: essetq; alia multitudo populi. Vtrum in dubium ueniret quibus gubernatio Reip. foret tribuenda: an non esset dubium. In unaquaq; igitur Rep. earum quas diximus indubitatum est iudicium qui nam debeant gubernare. Principalibus enī inter se differūt: ceu alia per diuites esse: alia per uirtuosos: et aliarum unaquæq; eodem modo. Sed tamen considerandum est quando circa idem tempus ista existunt quomodo sit determinandum. Nempe si uirtuosi sint in ciuitate admodum pauci quomodo est agendum? An considerare oportet si pauci ad opus gubernandi Rempublicam sufficiāt: aut tot esse oporteat ut ex his ciuitas constet. Est autē

ꝙ scđm dignitatem diuitiarum debent Principatus distribui: similiter & illi qui dicunt ꝙ debet fieri sm generositatē nō uerum dicunt nec iustū. Si enī sm dignitatē diuitiaꝝ distribuantur si contingat unum ditiorem esse omnibus aliis: manifestum est ꝙ sm hoc iustū ꝙ ipsi dicunt oportebit istum principari: hoc autem est inconueniens: quia ille propter diuitias cum non habeat uirtutem iniurabitur aliis. Erit enim elatus & superbus. Quare manifestum est ꝙ sm dignitatē diuitiarum nō debet distribui Principatus. Similiter accidet illis qui altercantur propter libertatem & ingenuitatem: quia si sit unus generosior omnibus aliis: scđm istud iustum oportebit istum dominari: hoc autem est inconueniens. quia cū non habeat uirtutem: sed solum inclinationem ad ipsam potest esse ꝙ habeat malitiam: & tunc faciet iniurias aliis. Quare manifestum est ꝙ sm dignitatem ingenuitatis nō debet fieri distributio principatus. Eodem modo potest argui de libertate. ¶ Deinde cum dicit: Hoc idem forsan continget in zc. Ostendit ꝙ non debeat fieri distributio sm dignitatē uirtutis. Et dicit ꝙ istud idē attingit circa policiam Optimatuꝝ in qua distribuitur Principatus ꝓpter dignitatem uirtutis: quia si cōtingat unum esse meliorem sm uirtutem omnibus aliis studiosis qui sunt in ciuitate: iste principabit & dominabitur: hoc autem est inconueniens: quia sequitur quod alii erunt inhonorati: & tunc sequuntur seditiones & turbationes in Ciuitate. Quare manifestum est ꝙ non debet fieri distributio Principatus scđm dignitatem uirtutis. ¶ Deinde cum dicit: Ergo si & multitudinem dominari oportet zc. Arguit contra altercantes de multitudine ꝙ sm dignitatem multitudinis non debeat fieri distributio Principatus. Quia si propter causam istam multitudo debet dominari quia ditior & melior: tunc si unus sit ditior omnibus aliis uel plures uel pauciores: tūc manifestum quod istum uel istos paucos magis expediret dominari quam totam multitudinem. Sed tunc sequitur sicut prius quod omnes alii erunt inhonorati: & ex hoc sequuntur seditiōes & turbationes in Ciuitate. Ista autem corrumpunt eam. Quare manifestum est ꝙ scđm dignitatem multitudinis non debet distribui Principatus. ¶ Deinde cum dicit: Hęc itaq; omnia uidentur ostendere ꝙ harum determinationum nulla est recta zc. Soluit dubitationem. Et primo ponit solutionem. Secundo inducit quędam ad declarationem eius: ibi: Ex quo ad questionem illam quam afferunt per hunc modum zc. In prima Philosophus uidetur colligere solutionem suam ex tactis rationibus ad utranq; partem. Hęc enim est cōsuetudo Philosophi cum arguit ad aliquam dubitationem ad utranq; partem ꝙ rationes utreq; aliquid ueri concludunt: & sic ex omnibus rationibus colligit solutionem. Dicit ergo ꝙ omnia ista quę arguta sunt faciunt manifestum ꝙ nullum istorum per se determinate sit illud sm cuius dignitatem debet distribui Principatus nec diuitię nec libertas nec uir

dubitatio quædam in cūctis quidem honoribus Reipublice contēdunt. Nam qui uel propter diuitias uel propter genus gubernationem sibi tribuendam putant: nihil iuste dicere uidentur. Sequeretur enim ut si unus omnium ditissimus foret: is eodem iure gubernare alios omnes deberet. Eodem modo qui nobilitate antecellit: corū gubernator esset: qui cum ipsi sint ingenui de honore contendunt. Hoc idem forsan continget in Optimatum gubernatione circa uirtutem. Si quis enim unus probitate antecellat aliis qui in eadem Rep. uersentur: hūc dominari oportebit scđm illam rationē. Ergo si & multitudinem dominari oportet ex eo quia potentior est q̄ pauci. & si unus uel plures uno pauciores tamen quā multitudo potētiores sint aliis: hos oporteat gubernare potius q̄ multitudinē. Hæc itaq; om-

tus:& sic de aliis. Quia contra illos qui uolunt principari propter diuitias & uirtutes arguet multitudo uolens principari:& hoc iuste & rationabiliter quia meliorem et ditiorem oportet principari in Ciuitate ¶Sed multitudinem contingit esse meliorem & ditiorem quã paucos:non quod quilibet de multitudine sit melior & ditior diuisim: sed omnes in simul contingit esse meliores & ditiores. Possibile enim est in multitudine esse aliquos uiros sapientes & prudentes: & aliquos ualde diuites: ipsos autem & alios populares bene suasibiles a ratione & obedibiles. Talem autem multitudinem melius est principari q̃ paucos. Quia ad principãdum duo requiruntur scire recte regere:& Potentia ¶Sed in multitudine tali ista duo reperiuntur:quia sapientes habet & prudẽtes scit regere: qa multitudo est habet potentiam coercendi & repellendi inimicos:quare rationabiliter arguet multitudo cõtra illos quod melius est eam principari. Aggregat enim multitudo diuites & nobiles uirtuosos & populi potentiam. Et ideo uidetur rationabilius totam multitudinez que aggregat omnia ista debere principari ubi possibile erit inuenire talez multitudinem:sed multitudinez uilem & non persuasibilem non. Et propter hoc in electione Principatus oportet ad mlta inspicere nõ ad unũ. Et hoc dixit Philosophus prius.

nia uidentur ostendere ꝙ harum determinationum nulla est recta scd̃m quam censet sibi quisq; gubernationem esse tribuendam. Cæteros uero omnes sub eorum gubernatione esse debere. nam profecto & ad eos qui per uirtutẽ sibi arrogant gubernandi auctoritatem: & ad eos qui per diuitias respõdere posset multitudo iustum sermonem. Nihil enim uetat mulritudinẽ quandoq; meliorem esse q̃ pauci. ac ditiorem nõ scd̃m singulos:sed secundũ uniuersos. ¶Ex quo ad questionem illam quã afferunt per hunc modũ responderi põt. Querunt enim qdã ad quid respicere legis cõditor debeat in legibus rectissimis constituẽdis. Vtrum ad melioꝝ uel ad plurium utilitatem: quãdo contingat quod modo diximus rectum quidem accipiendum est æque. Aeque uero rectum ad totius Ciuitatis utilitatem & ad

EX quo ad questionem illam quam afferunt per hunc modum responderi potest zc̃. Postq̃ Philosophus declarauit ꝙ in distributione Principatus non est inspiciendum ad unũ:sed multa:inducit quędam ad declarationem dictorum. Et diuiditur in duas. In prima pręmittit dubitationem quandam. Secundo declarat quiddam cuius contrarium uidet̃ opponi cuidam dictorum:ibi:Quod si unus sit usq; adeo superexcellẽs uirtute zc̃. Prima in duas. In prima pręmittit dubitationem. Secundo soluit eam:ibi:Eque uero rectum ad totius Ciuitatis utilitatem zc̃. In prima dicit. Dictum est ꝙ expedit multitudinem aliquã magis principari quam paucos aliquos uel unum:& quod in distributione Principatus non debet considerari ad unum solum:sed plura ¶Propter hoc ad dubitationem quam quesiuerunt aliqui & dimiserunt insolutam isto modo potest solui uel obuiari ad ipsam. Dubitauerunt enim utrum Legislator uolens ponere rectas leges debeat eas ponere ad conferens uel bonum totius multitudinis uel meliorum aliquorum: uel secundum diuitias: uel secundum uirtutem:supposito quod sit multitudo habens sapiẽtes & diuites & alios suasibiles & obedibiles rationi. ¶Deinde cum dicit: Eque uero rectum ad totius Ciuitatis multitudinem & ad zc̃. Soluit istam dubitationem. Et dicit quod illud quod rectuz est & melius hoc est accipiendum. Melius autem & magis rectum est quod leges ferantur ad bonum totius Ciuitatis & communitatis & Ciuium. Nam leges feruntur de conferentibus ad finem Ci

uitatis·Finis uero Ciuitatis est bonum communiter conferens · Ergo leges debent ferri in ordine ad commune bonum totius Ciuitatis & ciuium· Ciuis autem dicitur ille qui uirtutẽ habet per quam recte potest subiici & principari in diuersis temporibus·Sed alius & alius est secundum suppositum & rationem :& in diuersis policiis · Nam in statu multitudinis populus eligit dominari propter libertatem:in statu paucorum propter diuitias · Sed in optima policia ille dicitur Ciuis qui eligit & potest subiici et principari propter uitam uirtuosam · ❡Deinde cũ dicit·Quod si unus sit usque adeo superexcellens uirtute zc· Declarat quiddam cuius cõtrarium uidetur opponi cuidam dictorum prius· Dictum est enim quod magis expedit multitudinem dominari quam unum uel plures ❡Ideo intendit inquirere si inueniretur unus uel plures in Ciuitate qui excederent omnes alios in uirtute:utrum expediret istum uel istos dominari · Si enim expediat : non est uerum quod determinatum est iam· Et circa hoc duo facit·Primo enim declarat quod iste non sit Ciuis·Secundo declarat qualiter se debeat habere ad Ciuitatẽ & Ciuitas ad ipsum: ibi: In his igitur speciebus gubernandi quę lapse sunt zc·Prima in duas· In prima proponit conclusionem suam · Secundo arguit ad eam:ibi:Fieret enim illius iniuria si pariter zc· In prima dicit quod si in aliqua Ciuitate unus inueniatur qui excedat oẽs alios in uirtute uel plures uirtuosi excedentes alios·Non tamen tot quod ex ipsis Ciuitas possit compleri uel fieri:& in tantũ iste uel isti excedant alios quod uirtus omnium aliorum & positio ipsa ciuilis nõ possit equari secundum equalitatem uirtuti & potentię illorum plurium:nec uirtuti & potentię illius unius si non sit nisi unus solus talis iste non erit pars Ciuitatis:nec illi plures si sint plures uirtuosi· ❡Deinde cum dicit:Fieret enim illis iniuria si pariter atque alii censeantur zc·Probat quod dictum est·Et primo arguit quod iste uel isti non sint pars Ciuitatis· Secundo respõdet ad obiectionem quę posset fieri:ibi: Quare secundum eas quas confitemur superexcellentias zc·Tertio corrigit quoddam dictum:ibi:Melius tamen foret sic ab initio per legis conditorem &c·Adbuc prima in tres·Quia primo probat quod iste nõ sit pars Ciuitatis per rationes Politicas·Secundo per facta & dicta aliorum:ibi: Dicerent enim fortasse quemadmodum de Leone &c·Tertio per simile:ibi:Patet hoc in aliis quoque artibus et sciẽtiis &c· Adbuc prima in duas secundum quod probat per duas rationes·Secunda ibi:Ex quo manifestum est positionem legum necessariam esse circa equales &c· Prima ratio consistit in hoc iustum simpliciter est ut qui sunt equales in uirtute recipiant & attingant ad Principatum equaliter : qui uero inęquales sunt inęqualiter recipiant · Sed iste uel isti excedit uel excedũt omnes alios in uirtute:ergo plus debet recipere ille unus uel isti plures quam omnes alii·Sed omnes alii propter multitudinem credunt se plus debere recipere quam ille uel isti pauci·Quare si excedentes secundum uirtutem et potentiam plus recipiãt quam

communem ciuium. Ciuis autem communiter qui particeps est imperandi & parendi:licet alius secundum unam quanque speciem Rerumpublicarum. Secundum autẽ optimam speciem qui potest & eligit parere & imperare ad uitam secundum uirtutem degendam.Quod si unus sit usque adeo superexcellens uirtute: uel plures quam unus. Nec tamen tot numero ut implere Ciuitatem possint: ut neque comparanda sit aliorum omnium uirtus : neque facultas gerendi Rempublicam ad hanc plurium si plures sint : uel unius tantum si unus non amplius hi ponendi sunt Ciuitatis pars.Fieret enim illis iniuria si pariter atque alii censeantur cum sint usque adeo superiores secundum ciuilem potentiam . Putandum est enim talem uirum tanquam deum in homi

omnes alii uidebuntur iniuriari aliis:& tūc sequitur dissensio & turbatio in Ciuitate & corrumpetur proportio Ciuitatis:Hoc autem est inconueniens. Quare nec iste nec illi si sint plures excedentes in Ciuitate erunt ciues. Propter talem unum excedentem omnes alios in uirtute uerisimile est esse quasi deum. Circa quod intelligendum est quod aliquis potest attingere ad uirtutem perfectam & actum ipsius dupliciter. Vno modo secundum statum communem humanum. Alio modo ultra communem modum uel statum humanum: hoc autē fit per uirtutem Heroicam. Est autem uirtus Heroica secundū quam aliquis per uirtutem moralem & intellectualem attingit ad operationē cuiusli bet uirtutis supra communem modum hominum. Hoc autem est aliquod esse diuinum:quia fit per aliquid diuinum in homine existens quod est intellectus. Sic loquitur hic Philosophus talem enim hominem & sic excedentem omnes alios dicit esse sicut deum ¶ Deinde cum dicit:Ex quo manifestum est positionem legum necessariam esse circa &c̄. Ponit secundam rationem quę est hęc. Lex q̄ datur in ciuitate est necessaria oīibus ęqualibus potētia & genere. Et hoc patet quia lex est de conferentibus ad finem policię. In his autem non omnes sunt sufficientes se dirigere ex se:& ideo indigent Lege dirigente eos in agibilibus. Vnde datur Lex eis qui sunt ęquales genere & potentia isto modo quia non sunt sufficientes dirigere se in actionibus:& isti dicuntur ciues. Sed talibus qui sic excedunt alios in uirtute non datur Lex. Ipsi enim sunt sibi Lex:& hoc patet. Quia Lex est ordinatio quędam secundum rationem de cōferentibus ad finē policię. Isti enim ordinationem habent in seipsis:ideo sunt sibi Leges Deridendus igitur esset ille qui uellet dare Legem istis uirtuosis cum in eis non sit causa ꝓpter quam Lex fertur:Igitur isti sic excellentes ciues non erunt. ¶ Deinde cum dicit: Dicerent enim fortasse quemadmodum de Leone &c̄. Probat ꝙ iste qui sic excedit omnes alios non sit ciuis respectu aliorum. Et diuiditur in quinq; secundum quod probat ꝑ quinq;. Secunda ibi:Quapropter &c̄. Tertia ibi: Tradunt etiam &c̄. Quarta ibi: Quapropter qui superāt &c̄. Quinta ibi:Hoc idem &c̄. In prima dicit quod de isto uirtuoso uel de talibus fortassis recte poterit dici quod dixit Antisthenes de Leonibus. Dixit enim ꝙ lepusculis uolentibus habere ęquale siue uolentibus esse ęquales non est bonum habere Leones cum dentibus in socios:quia Leones propter potentiam eoꝝ deuorarent eos. Sic in Ciuitate nō est bonum ciuibus uolentibus esse ęquales habere istum uirtuosum uel plures cōciues:qa propter potentiā suam & uirtutē opprimerent eos. Deinde cū dicit:Quapro. &c̄. Declarat scd̄m. Et dicit ꝙ rectū manifestū est ꝙ isti uł iste sic excedentes alios n̄ debēt esse ciues. ꝓpter hoc.n.ciuitates ppłares statuerūt Ostracismū relegationē cōtra tales. Hmōi.n.ciuitates nolūt hr̄e equalitatē. Dn̄atur eni in tali Rep. ppł's ꝓpter libertatē. oēs aūt ęqualiter attingūt ad libertatē & ꝓpter hoc illos q excedebāt cōiter uel in diuitiis uel in amicis uel in potentia aliqua ciuili relegabāt a Ciuitate & transtulerunt aliquibus tēpibus determinatis. Quare manifestū est scd̄m istos ꝙ non expedit sic excedētes ciues esse & remanere in Ciuitate.

nibus esse. Ex quo manifestum est positionem legum necessariam esse circa æquales genere & uirtute. Sed in illos tales non est lex. Ipsi enim lex sunt:etenim ridiculus foret qui illos legi subicere conaretur. Dicerent enim fortasse quemadmodum de Leone scribit Antisthenes concionantibus lepusculis ac censentibus æquum omnes habere debere. Quapropter a ciuitatibus quæ populariter reguntur Ostracismus repertus est. Hæ si quidem ciuitates æqualitatem maxime complectuntur. Itaq; qui superexcellere uidetur: uel propter diuitias uel propter amicos uel propter aliquam

Deinde cum dicit tradunt etiam zč. Declarat hoc idem per tertium & dicit: ꝙ narratur ꝙ quidam nautę dicti Argonautę ab Argo et naui: uoluerunt recipere Herculem propter consimilem causam: Hercules enim multum excedebat eos uirtute & potentia: timentes ergo ꝙ quia excedebat eos multum uellet dominari dereliquerunt eū & noluerunt ꝙ produceret cum eis nauem suam. Quare uidetur ꝙ iste excedens alios in uirtute & potentia nō debeat remanere in ciuitate ne alios opprimat.

aliam Ciuilem potentiam extra Ciuitatem relegatur ad tempus aliquod terminatum. Tradunt etiam fabulæ ob huiusmodi causam Herculē ab Argonautis fuisse relictū: non enim una cum aliis nauem gerere illū uoluisse ut nimium superexcellentem inter nauigantes. Quapropter qui uituperāt Tyrannidem & consilium Periandri Trasibulo datum non simpliciter existimandi sunt recte dicere: ferunt enim Periandrum nihil respondisse ei qui consilii petendi causa ad ipsum missus fuerat: sed supereminētes spicas demendo segetem adæquasse: cuius causam cum non intelligeret nuntius ac factū ab eo narraret intellexisse Trasibulum ꝙ oportebat supereminentes Ciues auferre. Hoc aūt nec prodest solū Tyrannis nec solum faciunt Tyranni sed & in Paucorum potentia & in Populari statu similiter se habet: Ostracismus enim eandem quodammodo uim habet tollendo eos qui supereminent & in exilium pellendo. Hoc idem

Deinde cum dicit: Quapropter zč. Ponit quartum ad declarationem illius eiusdem & dicit ꝙ propter hoc ꝙ nō expedit tales excedentes alios remanere in ciuitate sed uel relegare uel interimere omnino quidam uolentes increpare Tyrannidem nō sm rationem uituperauerunt consilium Periandri ad Trasibulum: misso enim nuntio a Trasibulo ad Periandrū quid faciendum sibi esset cōtra potentes & diuites & uniuersaliter excellentes turbantes Ciuitatis dominium. Dicunt enim ꝙ uolens manifestare intentum suum Periander expresse nuntio misso sub parabola dixit ei quid faciendum erat dicens ꝙ auferens excedentes spicas ęquabat segetes: cum autem nuntius ignoraret causam eius quod fiebat & nunciaret quod ei dictū erat Trasibulo: statim intellexit Trasibulus ꝙ oportebat uiros excellentes in uirtute & potentia politica interficere. Et dico ꝙ non rationabiliter increpuerunt consilium huius: quia istud non solum expedit Tyrannis nec solum hoc ipsi faciunt: immo consimiliter fiebat in policia Paucorum & Populari: in illis enim ordinata fuit relegatio ad prohibendum ne aliqs fieret ita excellens: & si contingeret esse aliquem talem quod relegaretur a Ciuitate. Sic igitur manifestum est ex hoc ꝙ tales uiri non debent remanere in ciuitate. Deinde cum dicit: Hoc idem & in Ciuitatibus & in gentibus faciunt hi qui zč. Ponit quintum ad declarationem illius eiusdem & dicit quod idem in quibusdam Ciuitatibus fecerunt aliqui habentes dominium & potentiam super illas: sicut Athenienses subiugantes sibi Samios & Chios & Lesbios quibusdam pactis interuenientibus: cum illi Athenienses excederēt & principarentur magis quantum ad aliqua humiliauerunt eos opprimendo eos prętermissis pactis. Eodem modo fecit Rex Persarum: cum subiugasset sibi Medos & Babylonicos prudentiores & magis sagaces inter ipsos dispersit sępe. Videns enim quod isti prudentes & sagaces erant: quia fuerant in principatu & Ciuiliter uixerant: timens quod si simul manerent: per Sapientiam eorum possent inuenire uias per

quas discuteret se a iugo illorum dispersit eos:& sic isti excellentes propter eorum sapientiam translati sunt ad alias Regiones. Sic igitur huiusmodi probleuma uniuersaliter est circa omnes policias: ꝙ scilicet illi qui excedũt alios in potẽtia & uirtute ciues nõ sunt. Istud autem in transgressis policiis obseruatur:nam principantes in illis intendentes bonum proprium illos qui excedunt alios in potentia uel uirtute relegant a ciuitate & non solum intendẽtes bonum proprium sed cõmune hoc faciunt. ¶ Deinde cum dicit: Patet hoc in aliis zc̃. Declarat idem per simile in artibus & dicit: talem qui excedit alios non debere esse Ciuem nec manere in Ciuitate manifestum est per simile in aliis artibus: Videmus enim ꝙ pictor si pingat imaginem non pinget pedem excedentem alias partes ſm proportionem: dato etiam ꝙ sit pulchrior aliis:quinimo si pinxerit delet & pinget pedem minorem magis proportionatum. Similiter ille qui facit nauem non facit puppim: partem scilicet anteriorez nauis maiorem pręter proportionem:dato ꝙ illa pars sit optime facta:& si fecerit abicit & facit minorem. Similiter Magister Chori : si unus cãtat altius omnibus aliis pręter proportionem: dato ꝙ pulchrius & delectabilius cantet non permittet eum cantare cum aliis. Quare Legislator si sit aliquis in ciuitate excellentior omnibus aliis in uirtute & potentia: quãuis ſm se sit bonus: quia tamen improportionalis est aliis ipsum debet relegare a Ciuitate. ¶ Deinde cum dicit: Quare ſm zc̃. Respondet cuidã obiectioni quę posset fieri. Aliqs enim posset dicere ꝙ si ille qui excedit alios omnes in ciuitate deberet expelli propter excessum cum monarcha in aliqua monarchia excellat oẽs alios ta'is debet expelli & non principari. Soluit dicẽs ꝙ q̃uis monarcha excellat alios in ptãte tñ nihil ꝓhibet ipꝫ cõcordare cũ aliis si p̃ciperẽ ꝓpter bonũ cõe:tũc eni cõcordabit cũ aliis:sicut monarcha q ñ p̃cipa retur propter bonũ cõe tunc ibi laborãdum esset ad expulsionem eius. ¶ Deinde cum dicit: Melius tñ zc̃. Docet corrigere quoddã dictũ. Prius dictũest enim & declaratũ ꝙ excellentes oẽs alios debeant a Ciuitate relegari & hoc durũ ualde:ideo uolẽs hoc corrigere dicit Philosophus ꝙ sermo de relegatione facienda eius qui excedit oẽs alios in potẽtia uel uirtute aliqd iustũ habet sed nõ simpliciter iustũ:ideo melius fuit a principio sic ordinare

& in Ciuitatibus & in gentibus faciunt hi qui dominãtur:uelut Athenienses circa Samios & Chios & Lesbios. q̃primum enim Imperium firmiter habuere eos in multis pessundarunt contra fœderis æquitatẽ. Persarum autem Rex Medos & Assyrois & alios qui magnum aliquid de seipsis sapiebãt ob Imperium ptius habitum sæpe contriuit Quæstio autem proposita circa omnes est Rerumpublicaꝝ species uniuersaliter quæ sunt rectæ : nam illæ quæ transgrediunrur ad propriam respicientes utilitatẽ hoc agũt Quinimo & illæ quæ ad cõmune respiciũt bonum eodem modo se habent . Patet hoc in aliis quoq; artibus & scientiis:neq; enim pictor excedentem mensuram pedem animal habere pateret: quãuis pulcherrimus ille pes esset. Neq; faber prorã aut aliã partem nauis:neq; uero magister chori eum q pulchriorem ac meliorem toto choro uocẽ emittit finet in choro esse. Itaq; ob hoc quidem nil prohibet eos qui domini sunt conuenire cum ciuitatibus si propriæ dominationis gratia:quæ etiam Ciuitatibus utilia sunt agãt. quare sodum eas quas cõfitemur superexcellentias quandam habet utilitatẽ ratio per quam Ostracismus fuit repertus. Melius tamen foret sic ab initio per Legis

policiam ꝙ non esset necessariũ uti ipsa relegatione: quia relegatio ista periculosa est: quia non relegantur nisi potentes: isti autem nocere possunt ciuitati. & ideo melius fuisset sic ordinasse ciuitatem ut non oporteret uti ea: ita ꝙ a principio fuisset ordinatum ꝙ non liceret alicui excedere determinatum gradum diuitiarum: nec excedere alios sm quẽcũq; gradum: nec recipere excedentes sed equales. Et si contingeret aliquem excedere corrige/retur & dirigeretur aliqualiter secũ/do loco. i. si secũdario defecerit cor/rigeretur tali relegatione: tunc enim esset utendum relegatione: sic autem non fiebat in quibusdã ciuitatibus: quia relegantes huiusmodi exce/dentes non respiciebant ad bonum cõmune policie: sed propter cõmo/dum proprium & maliciose & se/ditiose & propter malam affectio/nem quam habebant ad illos. ¶ De/inde cum dicit: In his igitur &c. De/clarat qualiter iste qui excedit om/nes alios in ciuitate potentia uel uir/tute se debeat habere in ciuitate & ciuitas ad ipsum: & dicit ꝙ in poli/ciis nõ recte ordinatis sed trãsgres/sis tantum expedit talem sic exce/dentem relegare a ciuitate: & iustũ sit non simpliciter sed sm quid est iustum sicut in populari statu. in ipsa enim intẽditur equalitas ciuiũ & ideo contra finem illius policie est talis excessus propter quod iu/stum est in ea taliter relegari. Iterũ in statu paucorum non expedit ta/lem esse ciuem: quia per suam po/tentiam cõuerteret policiam illam ad utilitatem suam. Nec in Tyran/nide expedit talem esse: quia talis nimis tyrãnizare uellet. Quare ma/

conditorem prouideri ut Respublica non indigeret tali medicina. Secundo autem loco si quid tale accidat conãdum est tali aliquo remedio corrigere: quod tamen factũ non est a Ciuitatibus: Non enim respexerunt ad cõmodum publicum: sed per seditionem usæ sunt ciuili pulsione. In his igitur speciebus gubernãdi quæ lapsæ sunt qd ad priuatum cõmodum pertinet ac iustum est patet: forsan autem non simpliciter iustum & hoc est manifestũ: sed in optima Republica magnam habet dubitationem: nõ per excellentiam aliorum bonorum: ceu uiriũ & diuitiarum & amicitiarum. Sed si quis excellat uirtute quid de eo sit faciendum: non enim dicendum est ut talis uir sit de ciuitate pellendus: atqui neq; gubernationi aliorum talis uir erit subiiciendus: perinde enim est ac si qui Iouem gubernare uelint potestatem diuidentes. Restat ergo ut uidetur naturam huius talem esse ut omnes sponte sua illi parere debeant: itaq; huiusmodi quidem hominũes esse Reges ꝑpetuos

nifestum est ꝙ in transgressis iustum est talem relegare non simpliciter iustum sed secun/dum quid: quia in istis policiis non est iustum simpliciter sed sm quid ut dictum est pri/us. Sed in optima policia magna dubitatio est qualiter se habendum sit circa talem: non est autem dubitatio de illo qui excedit omnes alios uel in fortitudine corporali uel in di/uitiis uel in multitudine amicorum: sed de illo qui excellat omnes alios in uirtute siue in bonis sm animam quid oportet facere de isto. nõ enim dicendum est ꝙ debeat expelli a ciuitate & transferri ad alium locũ: hoc enim est contra ratiõem ex quo est optimus. quare nullo modo est expellendus. Iterum non est assumẽdus ad principatũ sicut aliĩ ut qñq; principet̃ qñq; nõ. Simile enim esset ac si uellemus principari Iouẽ aliqñ & aliqñ nõ. hoc enim derisoriũ est. Et ideo relinquit̃ ꝙ cũ talis sit optĩus ꝙ dignũ & iustũ ẽ ꝙ oẽs sibi le/tanter obediãt & ut sit rex uel si sint tales plẽs ꝙ sint reges ꝓcipãtes nõ aliqñ sic aliqñ nõ s; semꝑ. Sed est cõsiderãdũ ꝙ Phs uidet̃ sibi cõtrariari: Dixit enim prius ꝙ meli⁹ ẽ multitudinẽ aliquã ꝓcipari q̃ paucos. Dixit etiã ꝙ si unus ꝓciparet̃ alii essent ĩhonorati qd est

Inconueniens:in ista parte dicit ꝙ iste qui sic excedit omnes alios nõ est ciuis: sed ille qui non est ciuis nõ debet principari·quare iste non debet principari: cuius contrarium dicit hic·Ad hoc dicendum ꝙ si unus inueniatur qui excedat omnes alios in uirtute iste debet principari·Et ratio huius est:quia illũ oportet magis principari qui accedit magis ad principatum naturalem & ad principatũ uniuersi·Sed iste qui sic excedit omnes alios in uirtute est hmõi·Ergo expedit ipsum solum principari·Maior propositio apparet in animali: pars enim quę principatur cor est· cor autem unũ est & principale a quo deriuat̃ uirtus ad singulas partes corporis·Iterum in uniuerso est unus princeps· Principatus autem uniuersi unus & optimus est· quare ille in ciuitate q magis unus & melior ẽ accedit magis ad similitudinẽ Principatus uniuersi & naturalis·Ergo ille principatus erit melior in quo erit unus princeps & illum magis expedit principari qui unus existẽs optimus est· talis est ille qui excedit omnes alios in uirtute·Ergo manifestum est ꝙ istũ expedit magis principari q̃ alium· Nec ualet qđ prĩo obiicit̃ ꝙ superius dixit ꝙ magis expedit multitudinẽ dñari:quia illud intelligendũ est ubi est policia ęqualiũ & siliũ:& uirtus unius non excedat uirtutẽ oĩm alioꝝ:qđ in ꝓposito nõ contingit· Nec ualet qđ scđo obiiciebatur: si unus uel plures principarent̃ ꝙ oẽs alii essent inhonorati:qa in policia recte ordinata quilibet diligit statũ propriũ & gradũ alterius: & ideo uult honorẽ sibi fm gradũ suũ & uult alii honorẽ fm gradũ illius:nec uult sibi honorẽ alterius· Et ideo si sit unus excellens oẽs in uirtute:omnes uolunt sibi honorem qui debet̃ ei·& ideo nõ sunt inhonorati:quia quilibet habet honorẽ qui debetur ei·Nec ualet qđ obiiciebat̃ tertio de hoc ꝙ dicit ꝙ iste non est ciuis:uerũ enim est:qa sicut ille qui principat̃ ꝓpter excellentiã uirtutis nõ est ciuis sed supra ciuẽ·eodẽ enim mõ est aliquis ciuis sicut se hẽt ad legẽ·Sed cũ assumit̃ ꝙ nõ debet dñari nisi ciuis:nõ hẽt ueritatẽ in policia Regali & optĩa simpliciter:qualis est illa in qua dñatur ille qui dictus est.

in ciuitatibus.¶Forsan uero post hæc congruũ fuerit considerare de Regia gubernatione:dicimus enim hanc esse unã ex rectis speciebus Rerumpublicaꝝ. Considerandũ est autem utrum conducat Ciuitati & Regioni quã recte gubernari oporteat Regẽ habere uel nõ:sed alia quædam species gubernandi magis conducat: uel an quibusdam conducat quibusdam non. Ante omnia uero distinguendum est an sit unũ ge-

Forsan uero zc̃·Postq̃ distinxit Phus policias fm distinctiones principatuũ:hic prosequit̃ de unaquaq; ipsaꝝ & habet partes duas·Primo enim determinat de unaquaq; ipsaꝝ·Scđo ondit ex quibus corrũpunt̃ & saluant̃ in principio·v·libri:ibi:De aliis qdẽ zc̃·Prima diuidit̃ in duas·In pma determinat de optĩa policia·s·de regno·In scđa determinat de aliis in principio·iiii·libri:ibi:In cũctis zc̃· Adbuc pma in duas:i pma pmittit intentũ suũ·Scđo ꝓsequit̃:ibi:Facile ẽ zc̃·In pma dicit ꝙ post pdictas inqsitões de policiis forte bene se hẽt trãsire ad cõsideratõem de regno·Et rõ hui⁹ ẽ:qa inter policias rectas regnũ ẽ optĩa & rectissima policiaꝝ·& ideo regula et mẽsura aliaꝝ·optimũ·n·pfectissimũ ẽ in unoquoq; gñe·& mẽsura ẽ oĩm alioꝝ ꝓpter qđ primò dicendũ ẽ de regno·Est ãt cõsiderandũ de regno utꝝ ciuitati et regioni q̃ debẽt ihabitari expediat regi a rege uł nõ:sꝫ magis expediat regi ciuitatẽ & regionẽ aliq̃ mltitudĩe uł aliqbus paucis uiris:pmo aũt uidendũ ẽ utꝝ sint monarchię regalis plẽs moi & dñię aut unus modus solũ·¶Deinde cũ dicit:Facile zc̃·Proseqt̃ intentũ suũ:& hẽt ptes duas: pmo distinguit modos monarchię regalis·Scđo ꝓsequit̃ de pncipali mõ ibi:Caput ue·zc̃·pma in duas·pmo ponit diuersos modos hui⁹ monarchię· Scđo reducit istos ad duos modos ibi:Fere autẽ zc̃·pma adhuc in duas·pmo ponit quattuor modos·scđo recolligendo illos addit qntũ q ẽ pncipalis ibi:Regię &c̃·pma i·iiii·fm ꝙ ponit·iiii·modos·scđa ibi· Est &c̃.

Tertia ibi: Tertia zc. Quarta ibi: Quarta spēs zc. Adbuc prima in duas. In pma ponit primū modum. In scda declarat quoddā dictū per dictū Homeri: ibi: Quod oñdit zc. In prima dicit ꝙ parū cōsiderātib⁹ in policia Regali facile pōt apparere ꝙ pncipat⁹ regalis plura & diuersa genere cōtinet & istiusmōi principatus nō est unus modus sed plures. Est aūt unus modus ipsius qui fuit in Lacedęmonia: in isto eniꝫ Regno Rex pncipabat̃ fm legē & nō erat dominus omnium: quia nō ferebat sententias nec puniebat fm suam uoluntatem: tamen quando exibat Regionem ad proeliandum tunc principabatur quantum ad omnia quę pertinebant ad proelium. iterum dominus erat omniū eorum quę pertinebant ad cultum diuinum. Istud autem Regnū erat sicut quidam ducatus exercitus imperialis: qa iste Rex uniuersale imperium babebat quantū ad ea quę sunt exercitus. Iterum istud Regnū perpetuū erat ita ꝙ Rex non quandoqꝫ regnabat quandoqꝫ non. Sed non erat dominus omnium in ciuitate: quia non iudicabat bomicidam: nō enim erat dominus ad puniendum bomicidium nisi quando exibat ad proelia. poterat enim tunc dare leges & punire uniuersaliter. ¶ Deinde cum dicit: Quod ostendit zc. Declarat quod dictum est per dictū Homeri: Dixit enim quod in isto Regno Princeps non est dn̄s oīm & dicit ꝙ boc signauit Homerus dicēs ꝙ Agamēnon cū esset in ciuitate & ueniret ad cōgregationē Ciuiū multotiēs opprimebatur: quod non esset dominus omnium: cum autem egrederetur ad proelium dominus erat in omnibus & interficiendi & dandi legem quantum ad ea quę erant exercitus. Dicebat enim: Quem uidero fugientem ex proelio taliter tractabo ipsum ꝙ non poterit fugare canes nec aues: apud me enim est mors: id est in potestate mea est interficere. Est ergo una species monarchię Regalis quę ducatus exercitus est: qui Principatus durat per totam uitā bominis. Istoꝝ autem qui principantur in isto Regno quidam regnant per successionem generis: quidam ex electione: quia ad boc eliguntur. ¶ Deinde cū dicit: Est & alia zc. Ponit secundam speciem buius monarchię: & diuiditur in duas. In prima ponit speciem illam. In secunda declarat qualis est. Secunda ibi: Vim babentia zc. In prima dicit ꝙ pręter spēm monarchię de qua dictum est: est alia species fm quā aliqui regnant apud barbaros. Dicunt̃ aūt barbari qui deficiunt a rōne: barbari enim quasi extranei dicunt̃. Et quia bomo utitur rōne quicunqꝫ deficiunt a rōne barbari dicunt̃: sicut apparuit in primo.

nus eorum uel differentias habeant plures facile est intueri. Quod plura genera sunt nec est omnium Regum modus unus potestatis. In Lacedæmoniorum enim Rep. uidet̃ Rex esse maxime scd̄m leges: neqꝫ enī potestatem habet omnium: sed cum egreditur extra regionem imperium habet eorū quæ pertinent ad bellum. Præterea sacrificia deorumqꝫ Cerimoniæ ei cōmissæ sunt. Hæc igitur Regia potestas est quasi auctoritatem belli perpetuā habere. Vitæ enim necisqꝫ alicuius nō habet potestatē nisi dū bellum gerit: ut etiā apud antiquos fuisse uidet̃: quod ostendit Homerus: Nam Agamēnon in Cōcionibus maledictis et iurgiis uexabatur: sed cum a Concione digressus in prœlio erat occidendi habebat potestatem: itaqꝫ inquit: Quem ego procul a pugna fugientem conspexero non sibi sat erit fugare canes & aues: nam penes me occidendi potestas. Vna ergo species Regia est auctoritas belli perpetua: & quandoqꝫ per genus: quandoqꝫ per electionem hmōi regnum obtinet̃. Est & alia insuper monarchiæ spēs: qualia sunt apud quosdā barbaros Regna

¶ Deinde cum dicit: Vim habentia zc̄. Oñdit qualis est: & primo ꝙ est uoluntaria. Scd̄o ꝙ secura ibi: sed habent zc̄. In prima dicit ꝙ hm̄oi regna sm̄ q̄ ṗncipanť aliqui barbaris sunt sicut tyrannides monarchice: & qui principanť in istis principanť sm̄ legē & sm̄ leges patrias. Dicunť aūt leges patrię consuetudines q̄ descendunt a parentibus in filios: isti autem sm̄ tales leges principantur. Et quia barbari naturaliter sunt magis seruiles q̄ Gręci & hi q sunt circa asiam sunt magis seruiles q̄ qui circa Europam: quia Europa est media inter Aphricā & Asiā & sicut media est sm̄ locum sic hoīes medio mō se habent in aliis dispositionibus. Et ideo isti barbari sustinent principatum dominatiuum sine tristitia: quia inclinationē habēt ad sustinendū ipsum. Qđ aūt sm̄ inclinationē naturale est: est uoluntariū. Quare manifestū est ꝙ tales uoluntarie sustinēt talē principatū dñatiuū qui est dñi ad seruū. Quare manifestum est ꝙ principātes in tali regno ṗpter hoc assiḿantur tyrannidi. ¶ Deinde cū dicit: Sed habent zc̄. Ostendit ꝙ est secura et dicit ꝙ hm̄oi monarchię spēs secura est Et rō huius est: quia principans in tali regno principatur & sm̄ genus & consuetudines quę descendunt a parētibus. Et quia sm̄ genus dñatur uoluntarie: regnāte enim patre aliquo modo assuescunt subditi filio & ideo postmodū regnāte filio uoluntarie sibi subiiciuntur: q̄a consueti sunt. Iterū principanť sm̄ consuetudinē & sm̄ leges: quę aūt insunt sm̄ consuetudinem delectabilia sunt: & ideo minus odiunt eos. Et ꝙ sit secura signum est: quia isti barbari custodiunt Regem suum quia diligunt eum & libenter subiiciuntur ei. Tyrannum autem custodiunt alieni & ciues reges suos custodiunt cum armis: quia sm̄ legem & uoluntarie subiiciuntur eis: tyranni autem principantur subditis inuoluntariis: & propter hoc Tyranni super ciues habent custodiam: diffidunt enim de subditis. Sic igitur apparet quod hę sunt duę species monarchię Regalis. ¶ Deinde cum dicit Tertia est species zc̄. Ponit tertiam speciem: & primo ponit eam. Secundo declarat quoddam dictum per exemplum: ibi: Qualem elegerunt zc̄. in prima dicit ꝙ alia est spēs monarchię Regalis quę erat apud antiquos Gręcos qui dicebanť Esinetę. Est aūt hm̄oi monarchia ut simpliciter est dicere Tyrannis scđꝫ electōem. Et dicit: ut simpl̄r dicamus: quia Tyrannis quę eligiť simpliciter nō est Tyrannis. Differt aūt ista a barbarica Tyrānide de qua dictū est: nō eo ꝙ in ista quę est scđm electiōem nō principeť princeps scđm legē: in illa aūt ṗncipeť: sed in hoc solū differūt ꝙ ista nō est patria. i. ṗnceps non principať scđm successionē generis: uel non est sic assueta sicut sunt ea q̄ sunt patria sed ꝑ electōem. in isto uero principatu: quidā principanť per totā uitā suā & eligunť ad uitā suam. alii principan usq; ad aliqua tp̄a determinata: q̄a sic eligunť. alii principanť quantū ad aliquas actiones.

Vim habentia proximā tyrānidi: licet sint legitima & scđm morē patriæ: ob id enī q̄a magis aptæ sunt ad seruiendū natōnes Barbaroꝝ q̄ Græcoꝝ: & eoꝝ qui incolunt Asiā q̄ coꝝ qui Europā perferunt seruile iugum æquo aīo: & ob hoc tyrannica sunt hm̄oi regna. Sed habēt securitatem: q̄a moribus & legibus cōsistunt: & ea de cā custodiam hn̄t regiā nō tyrannicā. Reges enim a ciuibus custodiunť: Tyrāni uero ab externis mercede cōductis: & reges scđm leges & uolentibus: Tyrāni uero inuitis dñantur: Itaq; alteri a ciuibus custodiunť: alteri contra ciues custodiā parāt. Sunt igitur hæc de quibus dictū est duæ spēs monarchiæ. Tertia est spēs ut antiquitus in Græcia fuere quos uocabant Esinetas. Est aūt hoc (ut simpliciter dicamus) electiua Tyrānis differens a barbarica: nō eo ꝙ legitime: sed eo ꝙ nō cōsuete: potestas autem hm̄oi aut uiuente eo durabat: aut tp̄e: uel rebus gestis finiebatur.

Qualẽ elegerũt qñq; mithilenei Pittacũ ad uersus exules suos:qbus præerãt Anthimenides & Alceus poeta: oñdit hoc Alocus in quodã loco suoꝝ carminũ:icrepat enĩ ꝙ Pittacũ hoiem obscuri generis & sĩ felle laborãti ciuitati præfecerint tyrannũ. hmõi igitur spẽs qa tyrãnicæ sunt dñationẽ hñt: qa uero electiuæ sũt & uolentiũ Regiæ. Quarta spẽs regni est quales erãt Heroicis tpibꝰ spontaneæ & scd̃m morẽ & legẽ. ꝓpter bñficia. nã a primis collata in populos uel ꝑ artes uel ꝑ bellũ uel ꝑ congregatõem in unũ uel ꝑ acqsitõnem Regionis delatũ fuit eis Regnũ de populoꝝ uoluntate & successoribus :id erat scd̃m patriæ morẽ:hi & impiũ habebãt belli & rei diuinæ cultũ exercebãt nisi talia essent sacrificia quæ sacerdotiũ requirerẽt:& præterea de controuersiis iudicabãt:& hoc faciebant alii iureiurãdo præstito:alii sine iureiurando. Erat autem illis iusiurandum per Sceptri eleuationem.

¶Deinde cum dicit:Qualẽ elegerunt zc. Declarat qđ dictũ est ꝑ exemplũ. Dictũ est enim ꝙ in isto principatu pricipat Tyrãnus ꝑ electionẽ:qualis fuit ille quẽ elegerũt quidã dicti Mithilenei:cũ enĩ quidã essent profugi a ciuitate illoꝝ elegerũt quendã Pittacũ noie cõtra profugos illos ut fugaret illos atq; extirparet : tunc aũt principabant istis Mithileneis duo:quoꝝ unus erat Anthimenides:alius Alceus poeta. Dixit autem Aolcus hoc in quodã loco suoꝝ carminũ: dixit inquã ꝙ isti elegerũt sibi Pittacũ tyrannũ et icrepabat eos ꝙ cũ in malũ priç preferẽrunt. Iteꝝ prefecerũt ciuitati hoiem sine felle. Fel aũt dr̃ cõmouere ad irã:ira aũt ualet ad fortitudinẽ uirtutis. Vnde dr̃. iii. Eth. Virtute imitte furori & uirtutẽ erige furore. Volebat igit̃ dicere ꝙ cũ deberet esse fortis cõtra inimicos ciuitatis nõ mouebat̃:erat enim timidus nec potẽs eos opprimere. Iteꝝ quia elegerãt hoiem grauis felicitatis:qa felicitatẽ suam posuit in uoluptatibus & grauabat subditos ut posset exercere uoluptates suas. Iteꝝ increpabat eos:qa cũ cõuenissent & fuissent cõgregati approbauerũt eum eligẽtes. Istç aũt monarchiç erãt regales & tyrãnice. Tyrãnicç qdẽ qa principãtes in eis principabant̃ principatu dñatiuo. Et qa principabant̃ uoluntarie et per electionẽ Regales

¶Deinde cũ dicit: Quarta spẽs zc. Ponit quartã spẽm & diuiditur in tres. In prima ponit illã spẽm. Scd̃o ostendit quoꝝ erant dñi principantes in isto regno ibi:Hi & zc. Tertio ostendit quõ hmõi monarchia augmentata fuit:ibi: Veteres igit̃ zc. In prima dicit ꝙ quarta species monarchiç regalis est fm ꝙ aliq principant̃ aliquibus fm uirtutem Heroicam. Et principantes dicebant̃ Heroes. i. attingentes ad uirtutem perfectã & actum eius ultra cõem statum hoim:& fuit ista tpibus Heroum. Isti autem uolũtarie principabant̃ fm legem. Primi aũt principantes isto principatu assumpti fuerunt ad istũ principatũ ꝓpter beneficiũ qđ contulerũt multitudini:aut qa inuenerũt artẽ aliquã utilẽ regioni: sicut Saturnus in Italia primus docuit artẽ seminandi triticũ ꝓpter qđ reputatus fuit deus apud ipsos aut qa primo procliati fuerũt cõtra inimicos multitudinis:aut qa primo cõgregauerũt in ducentes eos ad uitã ciuilẽ. aut qa emerũt regionẽ:& ideo facti fuerũt Reges ꝓpter hmõi bñficia & hoc uolentibus subditis uoluntarie eos assuescẽtibus principãtes scd̃m successionem generis & erant quasi principantes patriç. i. principãtes scd̃m leges descendẽtes a parentibus in ipsos ¶Deinde cũ dicit:Hi & zc. Oñdit quoꝝ erãt dñi & dicit ꝙ isti dñi erant oium quç pertinebant ad bellum:iterũ oim possessionũ substantiaꝝ q̃ nõ erant sacerdotales siue ꝑtinentes ad cultũ diuinũ sicut erant possessiones sacerdotũ:& cũ hoc ferebãt sententias & iudicabãt. Ista aũt faciebant ita ꝙ quidã eoꝝ nõ iurabant ꝙ fideliter hmõi exercerent. quidam autem iurabant. Iuramentũ aũt ipsoꝝ erat eleuatio sceptri. s. baculi Regalis

Veteres igitur illi Reges antiquis temporibus ciuitates & gentes & natões externas continue gubernabant: postea uero partim ipsis Regibus dimittentibus: partim multitudine detrectante illud solum in quibusdam Ciuitatibus relictum est Regibus: ut Cerimoniarum erga deos haberent facultatẽ ac belli duces in externis essent. Regiæ ergo potestates tot sunt species: quattuor uidelicet. Vna qualis erat tempibus Heroum uolentium scilicet & in quibusdam determinatis rebus: Dux enim belli & Iudex cõtrouersiarum & dominus Cerimoniaꝶ erga deos. Altera erat Barbarica ex progenie: scilicet dominatio scđum leges tñ. Tertia quam Esinetiam uocãt: quam esse diximus electiuam Tyrannidem. Quarta Laconica Ea autem est ut simpliciter dicam imperiũ belli in quodã genere perpetuum: ista quidem igitur per hunc modum inter se differunt. Quinta est species quando unus omnium habet potestatem quemadmodũ unaquæq; gens & ciuitas unaquæq; publice ordinata ad exemplar gubernationis domus Vt enim gubernatio Patrisfamilias est Regia quædam potestas domi: ita Regia potestas est ciuitatis & gentis unius aut plurium quasi domestica quædam gubernatio.

¶Deinde cum dicit: Veteres igitur zc. Declarat quomodo hmõi monarchia augmẽtata fuit & dicit ꝙ in temporibus antiquis primo principatus fuerũt in aliqua ciuitate & in eis quę circa ciuitatem: sicut sunt castra: deinde gentibus: deinde principatus fuerũt ciuitatibus circumuicinis: post hęc autem regibus permittentibus & indulgentibus uel multitudine ciuili cogente uel usurpante substantię paternę Regũ remanserunt in ciuitatibus principantibus ipsis Regibus habẽtibus ducatum uel dominium circa exteriora & in remotis a ciuitate ubi exẽpta ciuitate principali & immuni facta a tributo Regali Rex quasi in exterioribus principabatur. ¶Deinde cũ dicit: Regię ergo zc. Recolligit istos modos & addit quintum & primo recolligit istos quattuor. Secundo addit etiam quintum: ibi Quinta est species: In prima dicit ꝙ monarchię regalis sunt quatuor species numero. Vna species in qua principabantur aliqui ſm uirtutem Heroicam ſm aliqua tempora. In ista uero monarchia principabat͛ Princeps uolentibus subditis. Erat autem dominus in quibusdam determinatis nõ in oĩbus: Rex enim erat dux exercitus & ferebat sentẽ tias & eorum quę pertinebant ad cultum diuinum dominus erat: sicut electionis Sacerdotis: punitionis & talium: sed nõ possessionum. Secunda species est ſm quam aliqui principãtur barbaris: & in isto principatu principabatur Rex ſm successionem generis & ſm legem & est ꝑncipatus dominatiuus. Tertia species est que dicitur Esinetia & dicitur ista monarchia Tyrãnis ſm electionem. Quarta species est Laconica in qua princeps dominabat͛ ſm legem. Hmõi monarchia dicebat͛ ducatus exercitus ad proelium ut simpliciter est dicere ꝙ dicit: quia non omniũ dominus erat sed eorum quę pertinebant ad proelium: iste autem ducatus erat ſm successionem generis & perpetuus. Istę igitur species isto modo adinuicẽ differũt. ¶Deinde cũ dicit: Quinta autem species zc. Addit quintam speciem & dicit ꝙ quinta species monarchię regalis est in qua dominus est omnium principans: sic nanq; gens & ciuitas ordinata sunt ſm ꝙ gubernatio domus ordinatur. In gubernatione enim domus unus principatur ad utilitatẽ subditorum & dominus est omnium qui sunt in domo: ita etiã est in regno: unus principatur ad utilitatem subditorum: & ideo sicut gubernatio Patrisfamilias est quędã Regia

potestas:ita Regia potestas est quędam domestica gubernatio Ciuitatis & gentis: siue sit una Ciuitas & una gens siue plures Ciuitates & gentes. ¶Deinde cum dicit: Fere autē &c. Reducit istos modos ad pauciores .s. ad duos. Et primo facit hoc. Secūdo ostendit de quo istorum dicendū est nunc: ibi: De duce igit̃ &c. In prima dicit ꝙ fere duę sunt cōsiderandę species Monarchię Regalis ad quas alię aliquo modo reducuntur. Et primo dicit quod distinguendo eas per proprias rationes plures sunt: Sed considerādo eas inquātū reducunt̃ ad duas duę sunt. Vna est Laconica in qua principat̃ aliquis fm legem. Alia est Regnū: Laconica aūt differt a regno: quia in Laconica Rex principatur fm Legem. Itē non est dn̄s omnium: sed in Regno principat̃ fm uirtutem & est dn̄s oīm. Alie aūt sunt medię inter istas uel priuatōes ipsarum: qa in aliq̄bus principātes pluriū sunt dn̄i q̃ in Laconica Monarchia. Sed paucioꝝ quā in Regno: sicut in Monarchia in qua ꝑncipat̃ aliquis fm uirtutem Heroicā ꝙ etiam illa quę dicit̃ electa tyrānis. Manifestū igitur ex istis ꝙ de duobus restat considerare. Primū quidē de Ducatu exercitus utrū magis expediat esse ducē exercitus & perpetuum: uel non. & utrū magis expediat ꝙ iste assumat̃ uł per generis successionem uel per electionē. De Regno etiā restat considerare utrū expediat unum esse Principē omniū: uel non expediat esse uniꝰ: sed plures magis. ¶Deinde cum dicit: De Duce igit̃ &c. Ostendit de quo istorum est dicendū. Et dicit ꝙ de Ducatu exercitus considerare pertinet ad Legislatorem magis q̃ ad Politicum. In oībus enim policiis fit Ducatus exercitus. Et ideo considerare de ipso dimittatur ad presens. Sed Monarchia Regalis species est policię: propter hoc de ista considerādum & transferende sunt dubitationes quę possunt circa ipsam accidere

Fere autem duæ sunt regni species de quibus cōsiderationē facere expedit. Vna hæc de qua diximus. Altera Laconica. Nam aliarum plæreq; inter has mediæ sunt paucio rum enim dominæ q̃ omnimoda potestas Regia. Plurium uero q̃ Laconica. Itaq; considerātio fere circa duo uersatur. Vnum cō ducat ne Ciuitatibus perpetuum belli ducem habere: & hunc uel per genus: uel per electionem. Alterum conducat ne unū habere potestatem omnium: an non. De duce igitur belli cōsiderare ad Leges potius pertinet q̃ ad aliquam speciem Reip. Nam in omni Rep. id cadere potest: quare dimittamus hanc primam partem. De Rege autē quoniā hæc est una gubernandi legittima species considerare oportet: & dubitationes quæ in ea cadūt ꝑcurrere. ¶Caput uero huius questiōis est utrum expediat magis ab optimo homīe regi: uel ab optimis legibus gubernari: qui gubernationem hoīs præferunt aiunt Leges solum uniuersaliter prouidere: nō autem ad singularia ordinari. Itaq; in quacunq; arte litteris præcipere fatuum esse. Et in Aegypto post tertiā diē mouere:

tentium quãdo opulenti & nobiliores pauci existentes gubernant. Quod igitur plures sint Rerump. species: & quibus de causis patet. ¶ Quamobrem uero plures sint q̃ illæ quas diximus: & quænam istæ sint & ꝓpter quid deinceps dicemus: principio inde prius assumpto: fatemur enim non unam partem sed plures omnem habere ciuitatem: Vt igitur si animalis uellemus species capere primo segregaremus id quod necessarium sit animal omne habere; ceu quædam sensitiuorum: & ꝙ cibum cõficiat: atq; receptet: puta os & uentrem: & præterea illas quibus mouentur partes: si itaq; tot species solum: harum uero differentiæ forent. Dico aũt ceu oris genera plura & uentris & sensitiuoꝝ: & præterea eaꝝ q̇bus moueť partiũ: haꝝ cõiugationis numerus necessario efficiet plura genera aĩalium. Nõ enim fieri põt ut idẽ animal habeat plures differentias oris: sic etiam neq; aurium: Itaq; qñ

QVaobrem zc. Postq̃ Phus declarauit ꝙ plẽs sunt policię & propter quã cãm & quot sunt aliquo mõ ĩ parte ista declarat ꝙ sunt plures policię q̃ q̃ dictę sunt & oñdit hoc quasi ex uirtute cuiusdã medii per qd̓ oñdebat prius ꝙ sunt plures: & diuidiť in duas. In prima oñdit ꝙ sunt plures q̃ quę dictę sunt. In scd̓a oñdit q̃ sunt principales inter illas fm alios: ibi: Cęteras ergo. Adhuc p̃ma in duas in prima p̃mittit intentũ suum proponendo principiũ ad probandũ hoc. in scd̓a prosequiť: ibi: Vt igiť. In prima dicit sic: dictũ est ꝙ sunt plures policię: quędã enim sunt rectę et istę sunt tres: Regnũ: Optimatum status: Policia. & sunt tres non rectę: Tyrannis: Paucoꝝ: Popularis Modo dicendũ est ꝙ sunt plures policię q̃ quę dictę sunt & quę sunt illę & propter quã causam sunt plures accipiendo principium ad hoc probandũ qd̓ prius assumptũ fuit ad probandum ꝙ essent plures. s. ꝙ oĩs ciuitas plẽs partes habet & non unã solũ. ex isto enim eodẽ ꝓbabiť ꝙ sint plures q̃ quę dictę sunt. ¶ Deinde cũ dicit: Vt igiť. Probat accipiẽdo sile in his q̃ sunt fm nãm: q̃a policia assilatur eis: Est. n. policia fm rõnem. ea aũt q̃ fm rõem sunt posteriora his quę sunt fm naturã & ortũ hñt ex illis. & ideo assumit sile in his ad ꝓbandũ itentũ suũ: & h; ptes duas. Primo assumit sile. Scd̓o adaptat ꝓpositũ: ibi: Eodẽ mõ. Circa primũ intelligendũ est ꝙ sicut dictũ est prius partiũ mãliũ quędã sunt q̃ ptinẽt ad spẽm: quędã aũt nõ. Partes ptinentes ad ipsam sunt sine q̇bus spẽs nõ põt esse: sicut caro & os ptinẽt ad spẽm hoĩs: q̃a sine his nõ põt esse homo. Partes mãles nõ ptinentes ad spẽm sunt sine quibus spẽs potest reperiri: sicut ista ossa & istę carnes non ptinent ad spẽm humanã: q̃a sine istis põt esse homo. Scd̓m igiť distinctionẽ partiũ ptinentium ad spẽm distinguiť forma; q̃uis distinctio formę nõ sit ꝓpter distinctionẽ materię. De talibus uero partibꝰ fm quaꝝ distinctionẽ distinguunť forma et spẽs loquiť hic Phs et dicit ꝙ si aliquis uelit accipe spẽs aĩalis oportet ꝙ distinguanť partes materiales aĩalis sine q̇bus nõ põt esse forma aĩalis nõ aũt sine q̇bus aĩal põt esse: ut dicat ꝙ partiũ aĩalis materialiũ aliud est sensitiuũ: aĩal. n. determinať sensu: & ideo opꝫ eẽ unã partẽ sensitiuã organicã. Aliud nutritiuũ: aliud digestiuũ: cũ aĩal nutriať opꝫ ꝙ recipiat alimẽtũ & ꝙ digerat. ista aũt fiũt p diuersas ptes. q̃re aĩalis ẽ q̃dã pars receptiua alimẽti: sicut os: alia digestiua sicut uẽter. Tertiã nõ adiungit hic q̃

necessaria est: per quā .s. emittit impurū & superfluum: sed in libro de morte & uita adiungit illam. Iterum cum animal moueatur uel de loco ad locum: sicut aialia quę mouent motu progressionis uel motu dilationis & cōstrictionis sicut quędam imperfecta oportet ꝙ habeat partes aliquas oportunas ad motum. Si ergo sint tot partes animalis et istarum partiū sint plura genera differentia fm speciem: sicut sunt plura genera oris & uentris quę differunt fm speciem. Similiter & plura sensitiua differentia fm speciem & plures partes oportune ad motum manifestum est ꝙ fm distinctionē istarum partium est distinctio specierū animalium: quia nō est possibile ꝙ idem animal fm speciē habeat plures uentres differentes fm speciē & plures aures & plures differentias oris: quia si animal sit unius spēi oportet ꝙ partes sint unius spēi: qa per formā ipsius partes eius determinanť. Ergo illę quę terminanť per formā unā sunt unius spēi Non ergo possibile est unius aīalis esse plřes differētias specificas oris & sic de aliis. Quare manifestū est ꝙ si accipianť oēs combinatiōes q̄ possibiles sunt istaꝝ partiū aīaliū q̄ differūt fm spēs ꝙ erūt diuersę spēs aīalis & tot quot sunt tales cōbinationes

susceptæ sint oēs combinationes istoꝝ facient species animalis: & tot quidem species quot cōiugatiōes sunt partium necessariaꝝ. Eodem mō de Rebusp. Ciuitates enim nō solū ex una sed ex multis ptibus cōstant ut sæpius dictū est. Vna quidē pars est circa alimēta multitudo quos agricolas dicimus Altera uero pars circa ministeria: ceu artifices sine qbus ciuitas habitari nō pōt. Haꝝ uero artiū aliæ sunt necessariæ: aliæ ad delitias ptinēt & ad uitæ cultū. Tertia pars est forēsis multitudo quæ circa emēdū uendēdūq; & circa mercaturā & nūmulariā uersatur. Quarta ps mercenarii. Quita ppulsatores belli quæ qdē ps ñ mino nccia ē ciuitati

¶Deinde cū dicit: Eodē mō ꝛc. Applicat ad ppositū & intendit istā rōnem fm distinctionē partium pertinentiū ad spēm distinguiť spēs: sed plures sunt partes ptinētes ad rōnem policię & plures q̄ quę dictę sunt. Ergo plures erunt policię & plures q̄ q̄ dictę sunt. Circa istā rōnem duo facit: primo applicādo siľe ad ppositū ponit minorē. Scđo pbat eā ibi: Vna quędā ꝛc. In pma dicit ꝙ sicut fm distinctionē partiū aīalis ptinentiū ad spēz est distinctio spēꝝ aīalis & plures sunt spēs aīalis cum sint plures tales ptes eodē mō sunt plures policię: qa diuersę sunt partes ciuitatis differētes fm spēm .nō .n. ciuitas ex una pte cōponiť sed ex multis sicut frequēter dictū est supius. ¶Deinde cū dicit: Vna quędā. Probat ꝙ sunt plřes partes ciuitatis. Sunt aūt tres gradus in ea: Infimus: medius: & supremus: & fm hoc diuidiť in tres ptes. In prima enumerat partes ppli q est in gradu infimo. Scđo enumerat partes medias: ibi: Quinta. Tertio partes supremas: ibi: Reliqua. In prima dicit bene dictum est ꝙ sunt plures partes ciuitatis. Vna enim est multitudo q̄ administratiua est alimēti: sicut sunt agricolę: & ista est pma pars & nccia. alimentū enim nccium est in ciuitate: & ideo necessarii sunt illi q administrāt ipm. Scđa pars ciuitatis q̄tū ad gradū inferiorē sunt uiles mercenarii: & dicunť uiles mercenarii q in opibus suis maculāt corpus: sicut sunt fullones & coriarii & alii hmōi artifices sine qbꝰ nō pōt ciuitas inhabitari: & istaꝝ artiū multa sunt genera. Quędā .n. est q̄ ē ad necessitatē ciuitatis: sicut textiua & coriaria: sine .n. istis nō est ciuitas. Alia ē ppter delectatōem & bn̄ uiuere: sicut musica. & quędā q̄ ordinanť ad supfluas delectatōes sicut musica q̄dā. & q̄dā q̄ nociuę sunt ciuitati sicut taxillaria & aleatiua. Tertia pars ciuitatis ē forēsis: q̄ est circa uenditōes & emptōes & negotiatiōes & nūmularios. Quarta pars ciuitatis ē mercenaria: et dicunť mercenarii q locāt opa sua. Sic igiť sunt .iiii. partes ciuitatis q̄tum ad inferiorē gradū ipsius ¶Deinde cū dicit: Quinta. Enumerat partes medias ciuitatis: & dicunť medię: qa medio mō se habēt inter pmū pncipās &

populum qui tenet inferiorem gradum:& diuiditur in partes quinq;. In prima probat ꝙ propugnatiuum sit pars ciuitatis. In secunda ꝙ iudicatiuum ibi: Atqui zc. Et in tertia ꝙ cõsiliatiuum ibi: Iudiciarię exhibitores zc. In quarta ꝙ diuitẽs ibi: Septima zc. In quinta ꝙ directiuum populi ibi: Octaua zc. Prima istarum diuidit̃ in duas: in prima probat ꝙ propugnatiuum sit pars ciuitatis. Secundo remouet errorem quorundam ibi: Quapropter zc.

q̃ aliqua superiorum si uelint tueri libertatem. Impossibile est eni ut quæ Ciuitas uocari mereatur sit natura serua: Per se enim sufficiens Ciuitas: seruus autẽ nõ per se sufficiens est. Quapropter in libris de Rep. ornate quidẽ hoc dictũ est a Socrate: Inquit enim ex quattuor maxime necessariis ciuitatem constare: hos aũt esse textorẽ: agricolam: coriariũ: ædificatorẽ. Rursus uero adiungit quasi illi nõ sufficiãt: fabrũ ferrariũ: & pastorẽ & insup negociatorẽ & nũmulariũ. & hæc oĩa cõplẽt primã ciuitatẽ. q̃si uero ciuitas oĩs necessarioꝝ gr̃a sit constituta: ac nõ magis gratia honesti et quasi eque indigeat coriariis & agricolis. ꝓpulsatores aũt

In prima dicit ꝙ quinta pars ciuitatis computando quattuor primas partes & prima inter medias est ꝙ propugnatiuũ est pars que nõ est minus necessaria q̃ aliqua predictarum si nõ debeat ciuitas esse serua: manifestum enim est incõueniens & contra rationem ciuitatis ipsam esse naturaliter seruam. Et ratio huius est; quia ciuitas est per se sufficiens: sed illud quod seruum est nõ est per se sufficiẽs: quia omnes operationes eius ad alterum ordinãtur. Illud autem cuius operatõnes ad alterum sunt nõ est per se sufficiens: quare manifestum est ꝙ ciuitas nõ debet esse serua. Sed si ciuitas non haberet pugnantes contra aduersarios subiugaretur aliis & esset serua. Quare manifestum est ꝙ necessarium est in ciuitate esse propugnatiuũ. Deinde cũ dicit: Quapropter zc. Remouet errorẽ Platonis: & diuidit in duas. In prima oñdit ꝙ insufficienter dixit de ptibus ciuitatis. Scdo tangit quid dixit Plato de propugnatiuo: ibi: Propulsatores zc. In pma dicit: ita dictũ est ꝙ quatuor sunt ptes ciuitatis necessarię circa gradũ infimũ ciuitatis: & est aliã pars nõ minus necessaria q̃ dr̃ ꝓpugnatiuũ propter qđ manifestũ est ꝙ quidã sicut Plato leuiter: hoc est sine inquisitõe & nõ sufficiẽter dixit de ptibus ciuitatis. Dixit. n. Socrates & uocat Platonẽ Socratẽ: qa Plato intitulauit policiã noĩe Socratis magr̃i sui ꝙ quatuor sunt ptes ualde nccię & sine qbus nõ põt esse ciuitas. Dixit aũt illas ptes esse: agricolã curantẽ de alimento & manifestũ est ꝙ ista ẽ nccia qa sine alimento nõ põt esse ciuitas. aliã dixit textorem & coriariũ: sine istis. n. nõ põt esse silr̃ ciuitas. aliã dixit ędificatorẽ: ciuitas. n. ex domibus est: ideo oportꝫ ꝙ sint ędificatores in ciuitate. Istas quatuor posuit nccias ciuitati. Iterũ posuit alias quas dixit nõ nccias. s. fabrũ ferrariũ: & dr̃ ferrarius qui operat̃ ferro. Itẽꝫ pastores q curã habẽt de aĩalibus. Itẽꝫ negociatorẽ & nũmulariũ. Et istas dixit eẽ cõplementũ primę ciuitatis. Vocabat aũt primã ciuitatẽ ut est ex primis ptibus cõposita. Sic aũt posuit ac si ciuitas esset gr̃a ipsius uiuere absolute & nõ ꝓpter bene uiuere: ac si ciuitas tm̃ pmo & p se sit ex ęqlibus: sicut sunt coriarii & agricolę. nõ aũt est ita. nõ. n. ciuitas est gr̃a ipsius uiuere absolute: sed gr̃a ipsius bene uiuere: & ꝓpter hoc multę alię ptes sunt nccię in ipsa q̃ ille posuit. Itẽꝫ ciuitas nõ tm̃ indiget ęqlibus: imo inęqlibus: & ideo dicendũ est ꝙ errauit. Deinde cũ dicit: Propulsatores Tangit qđ dixit de ꝓpugnatiõe & dicit ꝙ de ꝓpugnantibus silr̃ nõ bñ dixit: ꝙ in pncipio tñ ciuitas ędificaret̃ nõ fuerunt nccii: sꝫ postea cũ ciuitas augmẽtat̃ & extendit̃ ad fines ul' ad terminos alterius ciuitatis: ex qbus sępe causat̃ dissentio ad reprimẽdũ uiolentiã aduersarioꝝ. Deinde cũ dicit: Atqui. Oñdit ꝙ iudicatiuũ sit pars ciuitatis. & dicit ꝙ itẽꝫ inter iiii. ptes uel quotquot ponant̃ nccium est esse in ciuitate partem q̃ determinet & diffiniat

bello non primā facit partē anteq̄ aucta Regione ac uicinis contractis ad bellum deueniatur. Atqui & in quattuor illis & in quotcunq̧ cōicantibus necessarium est esse aliquem qui ius dicat ac decernat: Siquidem ergo animā quis ponat animalis esse partē magis q̄ corpus: & Ciuitatum magis talia ponendum est esse partes q̄ ea quæ pertinent ad necessarium usum: Propulsatores belli uidelicet ac iustitiæ. Iudiciariæ exhibitores ac præterea consultores quod est Ciuilis prudentiæ opus: & hoc siue separatim existat quibusdam: siue eisdem nihil refert ad hunc sermonem: nam & in armis esse & agros colere sæpe contingit eisdem: Quare si hæc & alia ponenda sunt Ciuitatis esse partes: manifestum est ꝙ & propulsatores belli pars necessaria sunt Ciuitatis. Septima pars est eorum qui magna patrimonia habentes Reip. onera sustinent: quos Opulentos uocamus. Octaua eorum qui publicam operam exhibent & qui in Magistratibus gerendis occupati existunt. Ciuitas enī absq̧ Magistratibus esse non potest: Necessarium igitur est esse quosdam qui Magistratus gerere ualeant: & hoc munus sufferre uel perpetuo uel ad tempus. Reliqua

accusationes & disceptatōnes quę sunt in ea & faciat iustum. Et hoc probat: quia sicut anima se habet ad corpus sic iudex se habet ad ciuitatem: nam sicut anima uel intellectus inquirit & consiliatur & iudicat de inuentis sic iudex inquirit & consiliatur de cōferentibus ad finem policię & iudicat. Sed anima necessaria pars est animalis & hominis: & magis q̄ corpus. Ergo similiter iudex est pars necessaria in ciuitate & q̄ propugnatiuū ꝙ magis q̄ illa quę ordinatur ad usum corporis. Probat autem Phus de istis ꝙ sint partes magis q̄ de aliis: quia de istis minus uidebatur ꝙ essent necessarię: & pręcipue minus uideretur si ciuitas esset instituta gr̄a ipsius uiuere absolute. ¶ Deinde cū dicit: Iudiciarię exhibitores zc. Ostēdit ꝙ consiliatiuum sit pars ciuitatis: & dicit ꝙ cōsiliatiuum est pars Ciuitatis: & ratio huius est: quia cōsiliari est opus politici. habet enim politicus consiliari de cōferentibus ad finem ciuitatis. Quare manifestum est ꝙ ad politicum pertinet consiliari. Sed quę pertinent ad politicum sm̄ ꝙ hmōi sunt de necessitate ciuitatis. Quare consiliatiuum est pars ciuitatis. Ista autem .s. consiliatiuum & iudicatiuum utrum separatim existant: ut alius sit ille qui iudicat. alius sit qui consiliatur. alius qui in armis est. alius qui colit agros: siue nōn separatim existant. sed unus & idem sit qui iudicat & consiliatur nihil differt ad propositum. hoc enim possibile est: uidemus enim ꝙ idem potest esse miles & agricola: similiter idē potest esse iudicans & consilians. Si igitur miles & agricola sint partes ciuitatis manifestum ꝙ & ista & illa quę ordinantur ad bella pars erit ipsius ¶ Deinde cum dicit: Septima zc. Ostendit ꝙ diuites sunt partes ciuitatis & dicit ꝙ septima pars ciuitatis computādo omnes pręcedentes est illa quę ministrat diuitias: quam partem dicimus Opulentos. Cum enim ciuitas debeat esse per se sufficiens oportet ꝙ habeat diuitias: aliter nōn esset. & ideo illi sunt necessarii in ciuitate qui habent hmōi diuitias. ¶ Deinde cū dicit: Octaua zc. Ostendit ꝙ directiuum populi sit pars ciuitatis: & dicit ꝙ octaua pars ciuitatis est illa quę Magistratus gerat directiua sit populi. Ista autem est necessaria: quia populus est sine ratione & ideo indiget aliquo directiuo ne pręter rationem moueatur. ¶ Deinde cum dicit: Reliqua uero zc. Ostendit ꝙ suprema pars ciuitatis est necessaria: & dicit ꝙ pars quę administratiua est in ciuitate circa ꝑncipatus necessaria est in ciuitate: q̄a ciuitas

non potest esse sine Principibus: cuius ratio est. Quia policia est ordo Principatuũ & maxime primi. Ergo manifestũ est ꝙ necesse est aliquos esse in Ciuitate potentes principari: uel semp uel aliquãdo: ita ꝙ aliqñ unus principet aliqñ alius. Similiter alia de q̃bus dictũ est. s. de cõsiliatione & de illo qui determinat disceptationẽ inter aliquos altercantes de iusto oportet esse in Ciuitate. Si igitur hęc in Ciuitate fieri possunt bene & iuste & iniuste & male. Oportet autẽ fieri bene: hoc aũt non potest esse sine uirtute dirigente. Manifestũ ꝙ necesse est aliquos uiros Politicos principari in Ciuitate ſm uirtutem. Sic igit̃ apparet ꝙ sunt plures ptes Ciuitatis differentes ſm speciẽ & rõnem: quare erũt plures policię. Si aũt aliquis dicat ꝙ superius dictũ est ꝙ sunt sex. tres rectę & tres transgressę: & non plures. Dicendum ꝙ superius dixit ꝙ sunt sex genera policię & nõ plures: quędam tñ ipsaꝝ habent species sub se contẽtas: & sic hic loqtur. Vnde uult ꝓbare ꝙ sunt plures policię ſm species. ¶ Deinde cũ dicit Cęteras ergo zc. Ostendit quę sunt principales inter istas ſm intentionem alioꝝ. Et diuidit in duas scd̃m ꝙ per duas rationes ostẽdit ꝙ iidẽ possunt esse consiliãtes & iudicãtes quę sunt principales. Scd̃a ibi: Et ꝓpterea zc. In prima dicit ꝙ cũ sint multę partes Ciuitatis: duę tñ uidẽtur esse principales & maxime oppositę. s. diuites et egeni. Alias enim partes contingit multis eisdem existere simul. Verbi gr̃a: Idem pñt esse ꝓpugnãtes & agricolę & artifices. Iteꝝ idem possunt esse consiliãtes & iudicantes. Iteꝝ cum his possunt esse uirtuosi. Sed impossibile est unum & eundẽ simul esse diuitẽ & paupem. Propter qd̃ manifestũ est ꝙ diuites & egeni uident̃ esse maxime ꝑncipales ptes Ciuitatis: & maxime differẽtes ꝓpter ꝙ duę maxime uident̃ partes Ciuitatis esse in q̃bus diuites uel paupes ꝑncipant. ¶ Deinde cum dicit: Et preterea. Ponit scd̃am rõnem. Et dicit ꝙ iteꝝ diuites & egeni uident̃ duę partes esse Ciuitatis maxime cõtrarię. qa ut in pluribus diuites sunt pauci & paupes multi. Quare manifestũ est ꝙ policię quę determinant̃ ſm excessus istaꝝ partiũ erunt duę policię maxime cõtrarię & diuersę. Ex quo manifestũ est ꝙ popularis & paucoꝝ sunt duę policię diuersę & distinctę q̃uis aũt diues ſm ꝙ diues: & pauper scd̃m ꝙ hmõi maxime differunt ne unus & idem simul possit esse diues & pauper: tñ nõ maxime differũt ſm rõnem bonitatis & malicię. Et ideo cõsiderãdo ſm rõnem boni & mali nõ maxime differũt: sʒ sunt aliq̃ q̃ plus differũt. Vlterius cõcludit ꝙ dcm̃ est ꝑus ꝙ sunt plẽs policię quã q̃ dicte sunt et ꝓpter quã cãm.

uero sunt illa de quibus supra determinauimus in consulendo & ius litigantibus reddẽdo uersari. Si igitur hæc Ciuitatibus adesse oportet recteq; fieri & iuste: necessariũ est esse aliquos qui uirtutem habeãt rerum ciuilium. Cæteras ergo potentias eisdem adesse posse uident̃ pluribus: ceu eosdẽ esse propulsatores belli: & agricolas: & artifices Et præterea consultores & iudicantes arrogant quoq; sibi uirtutem cũcti & multipha riam se idoneos existimant ad gubernandũ Verum pauperes ac diuites eosdem esse impossibile est. Quapropter hæ partes præcipue uidentur esse Ciuitatis: inopes. s. & opulenti. Et præterea ex eo ꝙ utplurimum alii pauci sunt: alii multi maxime omniũ contrariæ inter se partes istæ apparent. Itaq; & Resp. scd̃m earum prævalentiam constituerunt: ac duæ uidẽtur. s. Popularis & Paucorũ potẽtia. ¶ Quod igit̃ sint plures Resp.

Q Vod igitur zc. Postq̃ Phs ostendit plures esse policias in generali: ostendit in speciali esse plures distinguẽdo quędã genera ipsaꝝ sicut popularẽ & paucoꝝ. Et diuiditur in duas. In prima premittit intentũ suũ. Scd̃o ꝓsequit̃ ibi: Qd̃ uero zc. In prima dicit ꝙ postq̃ dictũ est ꝙ sunt plures species popularis & paucoꝝ: et hoc manifestũ

& ob quas causas: dictũ est prius. Q᷑ uero & popularis ipsius spẽs sint plures: & paucoꝝ potentiũ ostendimus. Patet aũt hoc ex his quæ dicta sunt: nã & in plæbe & in nobilitate plura sunt hoĩm genera Plæbis quidẽ una species agricolæ. Alia artifices. Alia negotiatores. qui emẽdis uendẽdisq; rebus intendũt. Alia circa rem maritimã: & horũ alii bellatores: alii mercatores: alii nautæ: alii piscatores. multis eni locis hoꝝ omniũ turba ingens: ut Piscatores Tarenti & Bizantii. Naualis multitudo Athenis. Mercatores in Egina & Chio. Portitores i Thenedo. Insuper manuales & paruas facultates habentes q ociosi esse non pñt. Præterea qui nõ ex utroq; parẽte ciues sunt orti: liberi tñ hoies & si qua hmõi Plæbeiorũ hoim species altera. Nobilitatis uero diuitiæ: genus: uirtus: disciplina: et his similia: quæ dicunt̃ scd̃m eãdẽ differentiã. Popularis igit̃

erit ex eodẽ principio: ex quo ꝓbatum fuit in generali ꝙ sunt plures species policie. ¶ Deinde cum dicit: Quod uero zc̃. Prosequit̃ & primo ostendit ꝙ sunt plures policię populares & plures paucoꝝ. Et primo in generali. Scd̃o in speciali & diuisim: ibi: Popularis igitur. In prima intendit istam rõnem ſm distinctionẽ partiũ pertinentiũ ad speciem: distinguit̃ species. Sed partes materiales ppl̄i ptinentes ad rõnem status pplãris: & ptes diuitũ ptinentes ad rõnem potẽtię paucorũ sunt plures: quare sunt plures species huiusmodi rõnis. Declarat minorẽ & primo ꝙ sunt plures partes populi. Scd̃o ꝙ sunt plures ptes diuitũ: ibi: Nobilitatis zc̃. In ꝑma dicit ꝙ plures sunt partes popl̄i differẽtes ſm speciẽ ẽt diuitũ sil̄r: una quidẽ species uel pars populi est agricultura alia circa artes sicut negociatores. alia q̄ uersat̃ circa emptionẽ & uẽditionẽ. alia quę circa Mare: & ista multas habet sub se species. Quędã eni est quę ordiat̃ ad bellicas opationes. Alia q̄ ad pecunias acgrẽdas. Alia est nautica soluꝫ ad piscanduꝫ in diuersis aũt locis multi sunt operantes ſm singula istoꝝ: sicut in Tarento et Bizantio multi sunt piscatores. Athenis sunt ml̄ti nautę. In Egina uero & Chio sunt multi negociantes in Mari. Et in Thenedo multi sunt trãsportantes per Mare. Vlterius est alia pars populi q̄ dicit̃ manualis q̄ laborat manibus. Hoc aũt est quia modicã habent substantiã tales unde pñt uiuere. Et ideo non possunt uacare speculationi uel actibus bellicis. Vlterius alia species populi. s. si aliquis non natus sit ex duobus Ciuibus liber: pars populi est. Iteꝝ si sit aliqua alia species ml̄titudinis pars ppl̄i est. ¶ Deinde cũ dicit: Nobilitatis zc̃. Ostendit ꝙ sunt pl̄es partes diuitũ. Et dicit ꝙ insigniũ plures sunt ptes. Quidã eni sunt diuites: qa diuitias habẽt. Alii nobiles. Alii uirtuosi & disciplinati: & qcunq; alii sil̄es istis ſm eundẽ modũ ptes sunt insigniũ. ¶ Deinde cũ dicit: Popularis igit̃ zc̃. Prosequit̃ modos popularis & paucoꝝ in speciali & diuisim. Et diuidit̃ in duas. Q̄m in prima parte ponit modos popl̄aris & paucoꝝ. Scd̃o cum dicit: Sunt insup zc̃. Ponit modos status optimatũ. Adhuc pria diuidit̃ in duas. Q̄m in prima ponit modos istaꝝ policiaꝝ. Scd̃o assignat rõnem istoꝝ: scd̃a ibi: Nec latere zc̃. Adhuc prima in duas. In prima enumerat modos popularis. In scd̃a modos paucoꝝ: ibi: Paucoꝝ uero &c̃. Prima in quinq; ſm ꝙ enumerat quinq; modos popularis: quoꝝ tñ primus & ultimus in unũ incidũt ut uidebit̃. Scd̃a ibi: Alia uero &c̃. Tertia ibi: Alia species. Quarta ibi: Alia species. Quinta ibi: Alia species &c̃. In prima dicit ꝙ pria species popularis quę maxime dicit̃ popularis est in qua ꝑncipant̃ ſm omnimodã equalitatẽ: & hoc apparet: Quia Lex fuit in tali policia ꝙ de honoribus nõ plus distribueret̃ diuitibus q̄ egenis: uel uirtuosis q̄ nõ uirtuosis: sꝫ equaliter istis & illis. Iteꝝ dicebat Lex ꝙ isti nõ magis deberẽt dñari q̄ illi: nec ecõuerso. sed isti & illi indifferẽter: qa sunt similes uel equales. Et ideo qa equalita

tem habent in libertate & equaliter debēt dñari & recipere de honoribus: nō plus unus q̄ alter. Si eni libertas maxime sit in populari ut dicūt plures: in ista aūt sunt omnes equales Manifestū est ꝙ maxime erit policia & equalitas sm ipm si oēs cōicent in oibus equaliter. Et ꝙ ista species sit popularis ꝓbat sic. In ista eni specie policie dñatur pplus siue multitudo: qa oēs sunt eq̄les sm libertatē & ꝑncipatus distribuit̃ sm ipsaꝫ. Et ideo m'ltitudo tota dñat̃. sꝫ ubi m'ltitudo dñat: pplaris est. hec igit̃ est una spēs pplaris.

prima species dicit̃ maxīe scd̄m æqualitatem. Vult. n. Lex huius popularitatis esse pares diuites & pauperes: nec alteros plus posse: alteros minus: sed utrosq; esse æquales. si quidē maxime libertas est in populari statu: ut putāt quidam & æqualitas certe esset maxime pariter oibus Reip. participātibus. Cū uero populus sit multitudo & id obtineat ꝙ pluribus uideat̃: necesse est ut hæc sit popularis gubernatio. Vna igit̃ species popularis est hæc. Alia uero species ut Magistratus: honoresq; in Rep. scd̄m censum patrimonioꝶ: & eum quidem paruum tribuant̃: ita ut qui tanta possidet habilis sit ad honores Reip. suscipiendos. Qui uero nō possidet: sit inhabilis. Alia species popularis est ut oibus oīno ciuibus habilitas sit modo non sint aliqua ex causa obnoxii: dñet̃ āt Lex. Alia spēs popularis est ut oēs oīno habiles sint ad Magistratus gerēdos: mō sint ciues & dñetur Lex. Alia species eodem mō nisi ꝙ nō Lex dñatur: sed multitudo. Hoc aūt fit quando populi decreta præualēt Legibus. Accidit aūt istud ob præpotentes quosdā qui populū ducūt. Nam in

¶ Deinde cū dicit. Alia uero. Ponit scd̄am speciē. Et dicit ꝙ scd̄a species pplaris est in qua assumit̃ aliquis ad Principatū ꝓpter aliquē terminum diuitiaꝝ: paruū quidem. Et adiungit paruū ad hoc ut plures possint regere: Si eni nō assumerent̃ nisi qui magnū possiderent censum: esset ad modū paucorum: & sic nō esset popularis. ¶ Deinde cuꝫ dicit Alia species zc. Ponit tertiā specieꝫ Et dicit ꝙ tertia species poplaris est in quo oīes habiles sunt ad Mgr̃atus gerēdos dummō nō sint obnoxii ex aliqua causa: puta qa ex aliquo crimine ciuilitatē amiserint ut cōtingit capite diminutis: aut qa serui sint uel aliquo alio mō ciuilitate careant. Et in isto Principatu ꝑncipās ꝑncipatur sm Legē cū enim quilibet assumat̃. Et qlibet ex se nō pōt esse sufficiens dirigere: oportet ꝙ sit dirigibilis & a Lege dirigatur Iteꝝ nō oēs pn̄t uacare: ideo oportet ꝙ sm Legē ꝑncipent. ¶ Deinde cū dicit. Alia species. Ponit quartaꝫ speciē. Et dicit ꝙ quarta species popularis est in qua aliq̄ assumunt̃ ad Principatū siue sint serui siue liberi dum tñ sint in ciuilitate. Et qa non oēs tales pn̄t uacare ad Principatū oportet ꝙ principent̃ sm Legē sicut prius. ¶ Deinde cū dicit. Alia species. Ponit q̄ntā speciem & uidet̃ eadē esse cū prima: nisi ꝙ in ista repetit magis determinate q̄d dixit in prima Et diuidit̃ in duas. In pr̄ia ponit speciē istā. In scd̄a ōndit ꝙ non est uere policia nec status popularis: ibi: Merito zc. Adhuc pr̄ia in duas. In pr̄ia ponit speciē istam. In scd̄a ōndit propter quā causam accidit: ibi: Accidit aūt &c. In prima dicit ꝙ quinta species que uidetur esse eadē cū prima est quādo multitudo ꝑncipat̃ nō sm Legē: sed sm decretum. Et est intelligendum ꝙ decretum intelligitur dupliciter. Vno modo dicit̃ enuntiatio quedā uniuersalis de particularibus oꝑabilibus: sicut dicit Ph̄us scd̄o Rethorice sue. Alio mō dicit̃ iudicium aliquod de aliquo oꝑabili: & sic sumit̃ hic decretum. Et differt a Lege: qa Lex est de uniuersali & obligat ad futuꝝ: decretū uero isto mō sumptū est de ꝑticulari oꝑabili & obligat ad presens tm̄. ¶ Deinde cū dicit. Accidit aūt &c. Declarat ꝓpter quam causam iste

modus accidit· Et diuidit in duas· In prima ꝓponit qđ accidit propter ductores ppli & suasores· Et assignat cãm quare isti introducti sunt· In scđa assignat cãm popularis p̄dictę ex dictis: ibi: Hi auctores· Prima in duas· In p̄ma oñdit quare ductores sunt introducti: Scđo cõparat eos ad adulatores: ibi: Et ductores· Dicit igit̃ ꝙ accidit populũ dominari nõ fm legẽ sed fm sententiã ppli ꝓpter prępotẽtes· Et hoc apparet: qa in his pplaribus in quibus Principatus est fm legem non oportet ꝙ sit ductor: sed sunt uiri optimi in pręeminẽtia· Tũc·n·ppl's nõ ducit̃ fm solã uoluntatẽ alicuius: ſʒ fm legem· Prępotẽs aũt ducit pplm fm suã uoluntatẽ: non fm legẽ· Sed ubi nõ est p̄ncipatus fm legem: ibi est ductor & suasor: qa pplus deficit a rõne· Et ideo indiget aliquo ductore: & cũ nõ ducat̃ scđm legẽ oportet ꝙ fm rõnem uel uolũtatẽ alicuius· Talis uero est p̄potens et suasor & tñ totus ppl's cõpositus ex mltis dñat̃ & ẽ sicut Monarcha et p̄ceps unus· Oẽs eni p̄ncipant̃ nõ diuisim ſʒ cõiunctim· De quo dixit Homerus ꝙ non est bonus p̄ncipatus ubi multitudo p̄ncipat̃· Sed incertũ est utrũ intellexit Homerus ꝙ qñ tota multitudo dñat̃ sicut unus Monarcha cõiũctim ñ sit p se bonus p̄ncipatus: uł qñ ppl's dñatur ita ꝙ unusqsq; dñet̃· Sʒ qñ hmõi ppl's q est sicut Monarcha quidã uult regere ciuitatẽ Monarchice et qa hoc nõ facit ad utilitatem oĩm ſʒ sui & cõtra uolũtatẽ insigniũ: oportet ꝙ dñatiue principet̃·i·p̄ncipatu dñi ad ser/uum ꝓpter ꝙ accidit ꝙ adulatores acceptant̃ & bonorant̃ a talibus: qa acceptant̃ & bonorant̃ a Tyrannis Cuius rõ est: qa adulator est q dicit & opat̃ ea q̃ opinat̃ placere: in nullo uolens contristari· Vnusquisq; aũt diligit suã excellentiã & uult esse certus de ipa: & ideo libẽter audit ipsam & illũ qui testat̃ de ea· Sed adulator dicit excellentiã alterius affirmãdo ut sibi placeat: & ideo bonorat̃· Et qa in ista policia sunt aliqui qui dicũt excellentiã populi cũ dicũt ꝙ oĩa debẽt referri in pplm & ꝙ unus nõ debet magis dñari q̃ alius: & ꝙ sunt oẽs ęquales· Ideo in tali Policia adulatores siue ductores bonorant̃ uel acceptant̃· Populus etiã iste q sic principat̃ ꝓportionabiliter se habet Tyrãnis in Monarchiis in qbus unus principatur· Et ideo eadẽ cõsuetudo & idẽ mos· in utroq; enim opprimũtur meliores est eni: Principatus eorum dñatiuus respectu melioꝝ: quia opprimũt ipsos & nõ intendũt bonũ coꝝ p se· Iterũ in Principatu istoꝝ sunt decreta sicut in Tyrãnide sunt p̄cepta ad opprimendũ meliores·

¶Deinde cũ dicit: Et ductores· Compat ductorẽ ad adulatorẽ: dicens ꝙ ductor & adulator sunt idẽ & ꝓportionant̃· Vterq;·n·uult dicere uel facere ꝙ placeat alii· Sed differũt: qa ductor dicit ea q̃ placẽt pplo· Sʒ adulator dicit ea q̃ placẽt Tyrãno: qa Tyrãnus & ppl's babẽt

his Rebusp. in quibus dominatur lex: praepotens aliquis non fit qui populum ducat: sed optimi Ciuium Remp. gubernant. At ubi Leges nõ dominantur: ibi ductores populi oriũtur. Solus.n. populus regit cõpositus unus ex pluribus. Multitudo eni auctoritatem habet non ut singuli; sed ut omnes. Homerus autem cum dicit nõ esse bonum ut plures regant: utrũ de hac dicit uel de illa cum plures gubernant ut singuli: incertum est. Talis ergo populus: utpote absolutam potestatem habẽs dominari solus quaerit nec ulli Legi subesse. Efficiturq; dominator: itaq; assentatores eius in precio habẽt̃. Et est huiusmodi populus in gubernatione sua Tyranno persimilis. Idem tempe mores: & utrobiq; meliores deprimunt̃. Et decreta huius populi perinde sunt ut Tyranni praecepta. Et ductores suasoresq; huius populi sunt uelut adulatores illi q circa Tyrãnos uersant̃ et utrisq; apud utrosq; potentia par: tam adulatoribus penes Tyrannum q̃ ductoribus suasoribusq; populi

magnā ptātem. Manifestū est q̄ uterq; habet magnā ptātem. Sed ductor apud pplm: adu/ latori apud Tyrannū. ❡ Deinde cū dicit: Hi auctores. Declarat ,ppter quid accidit talis po/ licia. Et diuidit in duas. Prio assignat cām ,ppter quā sit Principatus in ista policia fm̄ sen/ tentiā nō fm̄ Legē. Scd̄o assignat cām quare totus ppl's dn̄atur: ibi: Preterea. In pria dicit q̄ ductores sunt causa quare pplus dn̄at fm̄ sententiā suā nō fm̄ Leges. Dicūt.n. ductores & prepotētes oia debere referri in po pulū & q̄ unus nō debet magis do minari q̄ alius & q̄ oēs sunt equa/ les: Hec aūt placēt pplo: ideo dn̄an tur fm̄ sniam: & qa ppl's pncipat oī b9 cōtingit q̄ isti sunt magni & ma gnā potentiā habēt. Isti.n. tenēt opi nionē ppli. Sūt eni tria q̄ faciūt ad bn̄ psuadēdū fm̄ Aristotelē.ii. Re/ thor. s. prudētia: uirtus: & beniuolē/ tia. Et propter istud tertiū ductores defacili suadēt pplo: sunt.n. eis beni uoli. ❡ Deinde cū dicit: Preterea zc. Declarat quare totus pplus pncipat. Et dicit q̄ isti ductores accusantes Principatus in qbus unus uel pauci Principant: dicūt q̄ tota multitudo debet dn̄ari & iudicare q̄ fiūt ,p ali os Mgr̄atus. Oia.n. debēt referri ad pplm: & melius est totum pncipari q̄ partē. Pplus aūt gratanter recipit hanc allegationē: oēs.n. facil'r exau diūt ,pponētes ,p eis ad q̄ inclinant sicut intemperatus ,p actu intemperantię ,ppter q̄ cū ptātem habeāt pncipant destruētes alios Principatus. ❡ Deinde cū dicit. Merito zc. Declarat q̄ hm̄oi policia in qua pncipat pplus nō fm̄ legē sed fm̄ sniam nō est ,pprie policia nec status pplaris. Et primo declarat q̄ non est ,pprie policia. Scd̄o q̄ ,pprie nō est pplaris: ibi: Itaq; si. In pria dicit q̄ rōnabiliter uidet dicere ille q̄ dicit q̄ hm̄oi pplaris nō est ,pprie policia: & rō huius est: Quia ubi n̄ pncipā tur leges nō est policia: qa oportet in policia legē pncipari in oibus. Oportet.n. pncipatus & policiā iudicare de singularibus. Iudicāt aūt fm̄ leges ubi leges ,puidēt: ubi uero nō: tūc Magistratus supplent & decernūt. Et ideo ubi est policia leges principant. Sz in tali pplari nō principant leges sz snia populi: ergo talis popularis nō est policia ,pprie. Sed aliqs argu eret cōtra illud q̄ dicit q̄ ubi leges nō pualēt nō ē Resp. qa Monarchia Regalis policia ē tn̄ nō est pncipatus fm̄ legē sz fm̄ uoluntatē et rōnē principātis. Ad hoc poss; aliqs dicere breuiter q̄ qdā est policia Monarchicpa in qua unus dn̄at. Alia ē policia Poliarchicha in qua plures pncipant. In policia Poliarchicha nō corrupta pncipatus est fm̄ leges: & de tali loquit hic Aristoteles: in alia nō. Aliter dicendū est & melius q̄ in om̄i policia recta prin/ pās dn̄atur fm̄ leges: qa in om̄i policia principat aliqs fm̄ aliquā regulā quā dicimus legē. Sz in qbusdā illa regula est existens in uolūtate & rōne: in qbusdam est extra in scripto. In Monarchia Regali Monarcha habet istā regulā q̄ est in uoluntate & rōne eius: in policia Poliarchicha ē extra in scripto: q̄ ergo dicebat q̄ ubi est policia ibi est principatus fm̄ le gē: uerū est uel intrinsecā uel scriptā. Hic aūt intelligit de scripta: & ideo nō multū differt a prima: sed eā declarat. ❡ Deinde cum dicit: Itaq; zc. Ostendit q̄ nō est proprie popula/ ris. Et dicit q̄ popularis est policia quędā. Sed talis popularis in qua snie principātur nō le

apud ipsum populum. Hi auctores sunt ut decreta & leges infringātur: et ad uolūtatē po puli cuncta referātur. Contingit aūt illis fi eri potentes ex eo quia populus dominatur omnium. Ipsi autem uoluntatē populi ma/ xime ducūt: quoniam fides a populo eis ad hibet. Praeterea qui de Magistratibus quae runtur ad iudicium populi negocia ferunt: Populus autem gratanter audit eorum pro uocationes: per hunc modum Magistratus irritantur omnes. Merito autem reprehēde re uidentur qui dicunt huiusmodi popula/ rem non esse legittimam Reip. speciē. Vbi enim Leges non praeualent: non est Resp. nam Lex dominari omnibus debet. In par ticularibus autem Magistratum & policiā uel populum ,puidere. Itaq; si est popularis

ges nõ eſt policia: quia policia eſt ſm leges quę ſunt de uniuerſalibus: ſed ſñie ſunt de particularibus nõ uniuerſalibus. Nulla.n. ſñia eſt uniuerſalis ſm ꝙ hic intendimus de ipſa ut dictũ eſt prius. Quare manifeſtũ eſt ꝙ talis pplaris nõ eſt ꝓprie popularis. Vlterius concludit ꝙ ſpẽs pplaris determinent hoc mõ. ¶ Deinde cum dicit: Paucoꝝ uero zc̃. Enumerat modos paucorum. Et diuiditur in quattuor ſm ꝙ ponit quattuor. Scd̃a ibi: Alia ſpecies zc̃. Tertia ibi: Alia ſpecies. Quarta ibi Quarta ſpecies. In pria dicit ꝙ una ſpẽs paucoꝝ eſt in qua diſtribuunt̃ ꝑncipatus ſm q̄dã honorabilitatez puta diuitiaꝝ uel generis ita ꝙ egeni non attingant ad ipſos q̄uis ſunt plures. In paucorũ aũt iſta licitũ eſt principãti attingere ad eãdẽ Rẽp. ſcʒ q̄tum ad conſiliũ & deliberationes cões & tractatus. Deĩde cũ dicit: Alia ſpẽs zc̃. Ponit ſcd̃aʒ ſpeciẽ. Et dicit ꝙ alia eſt ſpecies paucorũ in qua diſtribuunt̃ Principatus ſm minores cenſus. Et Principãtes poſſunt eligere alios conſocios ſuos ſi aliqui deficiãt: & ſi eligãt illos q deficiũt ex quibuſcunq; dum tñ uirtuoſi ſint Optimatũ eſt. Si aũt ex aliquibus ut ex diuitibus uel nobilibꝰ tũ paucorum. ¶ Deinde cum dicit Alia ſpecies zc̃. Ponit tertiã ſpeciez Et dicit ꝙ tertia ſpecies eſt quãdo Principatus diſtribuunt̃ ſm honorabilitatem maiorem ad hęc diuitiarum aut generis: & filius in Principatu ſuccedit patri et fit Princeps ꝓ patre. Deinde cũ dicit: Quarta ſpecies &c̃. Ponit quartam ſpeciem. Et dicit ꝙ quarta ſpecies eſt qñ aliqui principant̃ propter honorabilitatez maximam: & filius ſuccedit patri. Et in iſto Principatu non principatur Lex: ſed Principes ſm uoluntatem ꝓpriam: & ſic ſe habet iſta inter paucorum. ſicut Tyrãnus inter Monarchias. Sicut.n. in Tyrannide Tyrannus principatur primo & per ſe propter bonũ ſuum: & bonos opprimit: ſic in iſto Principatu Principes principãtur propter bonum ſuum: Et ideo ſicut inter Monarchias Tyrannis eſt peſſima: ſic inter paucoꝝ potentias iſta eſt peſſima. Et ſicut popularis ultima de qua dictum eſt inter oẽs ſpecies popularis peſſima eſt: aſſimilat̃ eni Tyrãnidi: ſicut dictum eſt prius: ſic inter potentias paucoꝝ iſta eſt peſſima. Et talem paucorũ potentiam uocant paucoꝝ potentiam: quia potentes ualde principant̃. In fine concludit ꝙ tot ſunt ſpecies Popularis & Paucoꝝ ut dictum eſt.

una ſpecierum Reĩp. clarum eſt q̃ talis gubernatio in qua decretis cũcta efficiunt̃ nõ eſt proprie popularis. Nullum enim decretũ recipit eſſe uniuerſale. De popularis igitur ſpeciebus in hunc modum determinatum ſit. Paucorum uero gubernationis ſpecies una eſt in qua magnũ habentes cẽſum ad gubernationem Reip. recipiuntur: atq; ita magnum ut tenues hoĩes ad eũ ꝑuenire nõ poſſint. Is uero qui tãta poſſidet habilis ſit ad Remp. gerendam. Alia ſpẽs eſt cum a paruo cenſu eſt habilitas: & eligunt ipſi eos quibus deſit. Si igitur ex omnibus hoc faciant: uidetur hoc eſſe potius optimatum. Sin uero ex paruo numero: paucorum potentiæ. Alia ſpecies eſt cum filius patri ſuccedit. Quarta ſpecies cum hoc fit quod modo diximus: & Lex non dominatur ſed illi qui regunt. Et hæc eſt ſpecies in paucorum gubernatione: ut eſt Tyrannus in Monarchia. & ut eſt in populari ſtatu ultima illa ſpecies de qua diximus: & uocant huiuſmodi ſpeciem paucorum potentiam. Gubernationis igitur paucoꝝ hæ ſpecies ſunt. ¶ Nec latere nos debet ꝙ multis locis accidit rẽp.

Nec latere nos debet &c̃. Poſtq̃ Philoſophus poſuit modos popularis et paucorum Ponit incidens unum. Et diuiditur in duas. In prima ponit incidens. In ſcd̃a oſtẽdit propter quam cauſam illud cõtingit: ibi: Contingit autem zc̃. In prima dicit ꝙ

quæ scd̄m Leges non sit popularis: more tamen & gestione populariter gubernari. Similiter autem econuerso apud alios contingit Remp. scd̄m Leges esse popularē: moribus tamen & gestiōe ad paucorum gubernationem magis referri. Contingit autem hoc maxime post mutationes Rerump. nō enī statim mutanť: sed contenti sunt ab initio homines parua accessione potētiæ. Itaq̧ Leges quidem manent ut prius erant. Præualent tamē qui Remp. mutauerunt. Q d̄ autem tot sint Popularis & Paucorum gubernationis species: ex ipsis patet. Necesse est enim aut omnes partes populi quas supra enumerauimus Reip. gubernationē habere: aut quasdam habere: quasdam nō habere. Cum igitur & agricolæ & mediocria possidentes Remp. gubernant: scd̄m leges est gubernatio. Victum enim ex opera sua quærere habēt: nec ociosi esse possunt: Itaq̧ Lege constituta solūmodo necessariis conciōnibus intendunt. Aliis autē recipi ad Rēpublicam licet cū tanta possidebunt quanta determinat Lex: omnino enim non licere omnibus paucorum potentiæ est. Ociari

illud non debet nos latere ꝙ accidit in multis locis ꝙ aliqua policia non sit s̄m legēs popularis: sed ꝓpter consuetudinē & modū ipam contingit esse popularē. Silr̄ ēcontrario apud alios cōtingit ut sit pplāris Resp. s̄m Leges. Sed per assuefactionē cōtingit ciues uiuere s̄m Remp. paucoꝝ. Sed illud nō uideť esse uerū: qa Leges sunt de cōserētibus ad finem Reip. Ergo si aliqui uiuant s̄m unā Remp. & regantť per Leges alterius Reip. simul & semel intendūt diuersos fines: uel eadē resp. tēdit in diuersos fines: ꝫ hoc est impossibile. quare nō uideť esse possibile ꝙ aliqui uiuāt s̄m unā Remp. & Leges sint alterius Reip. Dicēdū ꝙ nō est possibile ꝙ aliqui simplr̄ uiuant s̄m unā Remp. & simplr̄ Leges in illa sint s̄m aliā: qa simul tenderent in diuersos fines simplr̄: qđ nō est possibile. Sed possibile est ꝙ aliqui s̄m quid uiuāt s̄m unā Rēp. & s̄m quid regantť Legibus alterius Reip. uel simplr̄ quidē uiuāt scd̄m unā Remp. Regantť aūt in aliq̄bus Legibus alterius: uel econtrario. Et ideo est causa dissensiōis in aliq̄bus Ciuitatibus ꝙ aliq̄ uiuāt s̄m unam Remp. & Leges sint s̄m aliā: qa ille q̄ cognoscit Leges & amat eas odit uolētes uiuere s̄m eas Leges: et hoc est causa dissensiōis. ¶ Deinde cū dicit: Contingit zc̄. Ostendit quando & ꝓpter quā causam accidit aliquos uiuere s̄m unam Remp. & leges s̄m aliam. Et dicit ꝙ hoc quod dictum est maxime contingit post transmutatiōes Rerump. Cum enī una Ciuitas transmutať de Rep. in aliam: non statim transmutať. Sicut enim in Medicinalibus subitę trāsmutationes nociue sunt: sic in Rebusp. Et ideo cū transmutať de una Rep. in aliā: aliquid retinent de prima. Amant enim Ciues ea quę sub prima Rep. continebantur. Et ideo aliquid retinentes de prima transmutanť ad aliā quasi paulatiꝫ aliquid accipientes de posteriori: & s̄m aliud dimittentes primam ita ꝙ accidit ꝙ Leges primę Reip. remaneant s̄m aliud & uiuāt s̄m Remp. ad quam transmutātur. ¶ Deinde cum dicit: Quod autem tot zc̄. Assignat rationem modorum popularis & paucorum. Et primo assignat rationem modorum popularis. Secundo paucorum: ibi: Paucorum autem zc̄. Prima in quattuor scd̄m ꝙ assignat rationem quattuor modorum popularis. Secunda ibi: Altera uero species &c̄. Tertia ibi: Tertia species &c̄. Quarta ibi: Quarta zc̄. In pr̄ia dicit ꝙ ex his quę dicta sunt apparet ꝙ sunt tot modi popularis & paucorum. Quia in populari aut principantur omnes: aut plures. Et si plures: aut isti: aut illi. Contingit enim considerare agricolas & alios artifices. Et si agricolę & illi qui habent diuitias mediocres ita ꝙ non sunt excellēter diuites: nec nimis pauperes:

sed mediocriter se habent principentur scđm Leges: non scđm uoluntates eorum: est primus modus. Et ratio huius est: quia agricolę habēt uiuere de agricultura circa quā oportet eos laborare: & ideo nō possunt uacare cōgregatiōibus Ciuitatis unde principātes talibus scientes Leges non faciūt cōgregatiōes: nisi ꝓ magnis & ualde necessariis casibus. Et quia multitudo nō uult aliter subici. Et oportet aliquos quandoq; assumi ad principatū. ordinat ꝙ principent scđm Leges. Alii etiā qui habēt aliquā dignitatē diuitiaꝝ aut generis moderatā cū sm legem pn̄t assumi ad ṗncipatum. Et ideo oēs q habēt possessiōes pn̄t assumi ut melius possint uacare. Si enī non pn̄t assumi oēs qui habēt aliquam dignitatē possessiōis: erit paucoꝝ in qua nō oēs assumunt: s; excellentes ualde. Illi aūt qui nō habēt aliquas diuitias nō pn̄t assumi: quia tales debent assumi ad principatū q pn̄t uacare. Sed eū q nō habet aliquos ꝓuentus uel aliquas possessiones impossibile est posse uacare: quare manifestū ꝙ in tali ṗncipatu non assumunt oēs q mediocres habēt diuitias. Et tunc cōcludit ꝙ hęc est una species pplāris: & ꝓpter ṗdictas cās ¶ Deinde cū dicit: Altera uero spēs. Assignat rationem secunde speciei. Et dicit ꝙ alia species popularis in qua aliqui assumuntur ad Principatum per electionem assequentē ad quamlibet omnes attingere qui nō sunt refutati scđm genus: puta uiles ualde. sed liberi simpl' ex utroq; ciue libero. Si tm̄ possint nō refutari ꝓpter penuriā ꝓpter ꝙ in isto principatu ṗncipant sm legē. Et rō est: Quia tota multitudo nō habet sufficiētes diuitias: & ideo oportet cōmittere principatū alii. Et qa subici nō uult oīno ordinat mltitudo q ṗncipent sm legem ¶ Deinde cū dicit. Tertia spēs. Assignat rōnē tertię speciei. Et dicit ꝙ tertia spēs est qn̄ qcūq; fuerint dū tn̄ liberi fuerit quocūq; mō assumant ad ṗncipatū n̄ tn̄ ṗncipant ꝓpter dignitatē aliq̄ diuitiaꝝ sicut in aliis: s; assumunt ꝓpter libertatē. S; in isto aūt ṗncipatu ille q dn̄at ṗncipatur sm legē. Et rō huius est: qa mltitudo n̄ habet diuitias sufficiētes: & ideo oport; ꝙ ṗncipatū cōmittat oibus exceptis his de qbus nō uult aut subici oīno uolūtati alicuius. Et ideo ordinat ꝙ ṗncipatus sit sm legē ¶ Deinde cū dicit: Quarta zc. Assignat rōnē quartę spēi. Et dicit ꝙ quarta spēs pplāris q̄ ultio sm tp̄s facta ē in Ciuitatib; est qn̄ tota mltitudo dn̄atur sm sn̄as n̄ scđ; legē. Et rō huius est: qa ciuitates mlto maiores sunt q̄ eēnt a ṗncipio: & ꝓuētus & diuitię mlto maiores: Et ideo qa mltitudo magna ē mltā habet, et magnā potētiam: Et ideo oēs de mltitudie attingūt ad ṗncipatū: qa pn̄t uacare. Etiā egeni q non habent sufficiētes diuitias: nec ꝓpter defectū diuitiaꝝ impedit aliqs a ṗncipatu: qa si cōtingat egenū ṗncipari accipit de cōi aliqd. maxime etiā ista mltitudo pōt uacare: qa nō impedit ꝓpter curā de ꝓpriis aliquas enī substātias hn̄t. Sed diuites impediunt ut frequēter n̄ uadāt ad congregationes Ciuitatis: nec participent iudicatiuo. Diuites enim uolunt honorari in

autem eū qui non redditus habeat impossibile. Hæc igit' est una species popularis gubernatiōis. Altera uero species est omnibus licere qui prohibiti non sint per genus potentibus tn̄ in ocio esse. Quapropter in huiusmōi quidem populari leges præualēt & gubernāt: qa redditus nō est. Tertia species est omnibus omnino licere Remp. gerere qui liberi sint: non tamen licere ob supradictā causam: Quare necessariū est in hac quoq; legē dn̄ari. Quarta uero species est illa quæ posteris temporibus in Ciuitatibus esse cepit: Maioribus enī factis Ciuitatibus q̄ ab initio fuerant: & redditibus faciliter habundātibus participant omnes Reipublicæ propter multitudinis præualentiam. Versanturq; in Republica gubernanda ex eo quia possunt ociosi esse: etiā inopes mercedē capientes. Maximeq; huiusmodi multitudo ociosa est. Non enim cura Rei fami

congregationibus uero nõ bonorant̃ aut nõ tantũ q̃tum credunt debere bonorari. & ideo nihil curant hr̃e de cõi. Item uirtuosi nolunt ire qa nõ bonorant̃ uel nõ ẽm q̃ deberent: & ideo relinquitur q̃ sit multitudo pauperũ & egenoꝝ dñans & principans in tali Rep. ẽm sniãs nõ ẽm leges. Et tunc concludit dicens q̃ spẽs Popularis & tot & tales sunt & propter predictas causas. ¶ Deinde cũ dicit: Paucoꝝ aũt. Assignat rõnem modoꝝ potentię Paucorũ & diuidit̃ in quatuor ẽm q̃ assignat rõem quattuor modoꝝ ipsius. Scđa ibi: Q8 si. Tertia ibi: Q8 si eo. Quarta ibi: Quod si magis. In prima dicit q̃ sunt plures diuites in ciuitate nõ habentes tantum diuitias excellentes: sed mediocres tunc est prima spẽs gubernationis Paucoꝝ: Hmõi enim dant ptãtem principãdi alicui habenti uel possidenti substantias siue diuitias: quia enim plures sunt qui potestatẽ habent: ideo eligunt alios: quia diuites sunt eligunt sibi similes. Vnusquisq; enim libentius eligit sibi similem q̃ dissimilem. Et quoniã multi sunt in ista specie qui attingunt ad Remp. & possunt attingere ad principatum principes dominant̃ in ea nõ scđm ipsorum hominum uolũtatem: sed secundum leges. Quanto enim magis distant a Monarchia: quia scilicet multi sunt potentes attingere ad principatum uoluntates habentes diuersas non unam sicut Monarchia: & quanto mediocriores substantias habent non tantas ut possint multum uacare negligẽtes propria negocia: nec tam paruas ut necessarie habeant uiuere de communi: tanto plus uolunt non seipsos principari. aut quia non possunt omnino uitare: aut quia timent grauari ab aliis sed leges magis. ¶ Deinde cum dicit: Quod si pauciores sint &c. Assignat rationem secundę speciei & dicit quod si sint pauciores diuites quã prius principes sed tamen ditiores quam qui prius: secunda species potentię Paucorum est: quia ditiores sunt: ideo uolunt excedere alios & supergredi: & ideo potestatem habent eligendi ex multis illos qui deficiunt in principatu. Et quia non sunt adhuc ita potentes quod excedant multitudinem permittunt quod principentur secundũ legem. ¶ Deinde cum dicit: Quod si eo deueniant &c. Assignat rationem tertię specię & dicit quod si adhuc fuerint pauciores diuites q̃ prius & habentes maiores diuitias tertia spẽs est gubernatiõis Paucorum: & uident principes per se habere quasi ex hereditate pri/

liaris propriæ eos impedit: quæ diuites ita occupat ut sæpe a Concionibus absint & a Iudiciis. Ex quo fit ut multitudo pauperũ dominet̃ in Rep. nõ aũt leges. Species igitur Popularis gubernatõis tot ac tales sunt ob necessitates supradictas. Paucorum aũt gubernationis prima spẽs est; quando plures habent patrimonia sed nõ admodũ ampla: faciunt enim potestatem participandi ei qui tanta possidet: & propter multitudinem eorum qui ad Remp. recipiuntur necesse est nõ hominem sed legem dominari. quanto enim magis distant a Monarchia neq; tam amplas habẽt facultates ut eas negligendo ociari ualeant: neq; ita exiguas ut a Ciuitate uictũ quærant. necesse est ut legem uelint dñari: nõ autem ipsos. Quod si pauciores sint qui possident patrimonia si quidem prius: plures aũt: secũda species fit gubernatõis paucoꝝ. Magis. n. potẽtes plus hñdi se dignos putant. Quapropter ipsi sumũt ex aliis qui ad Rẽp. se conferãt. Præterea qa nõdum ita robusti sunt ut absq; lege gubernare possint: legẽ hmõi posuere. Q dsi eo deueniãt ut ipsi pauciores numero maiores facultates hẽant. tertia cumulatio fit gubernatõis Paucoꝝ: ipsi. n. p se mgr̃atꝰ & im

cipatus. Et qa isti potentes sunt ualde ordināt & statuunt ꝙ filii succedant eis in principatu ¶ Deinde cū dicit: Q̄ď si magis. Assignat rōem quartę spēi & dicit ꝙ quoniā adhuc sunt pauciores diuites q̄ prius & multo ditiores & potētiores in amicis est quarta spēs potētię Paucoꝝ. & tunc est hmōi principatus quasi monarchicus: qa illi qui principant princi-pant̄ fm̄ suas uoluntates nō fm̄ leges: sicut fit in monarchia Regali & ꝓpter potentiā ipso-rū succedūt. Et ista quarta spēs potentię Paucoꝝ proportionat̄ quartę spēi popularis: qa sicut illa pessima est inter Populares: sic ista pessima est inter potentias paucoꝝ & Tyrānidi assi-milatur: Principantes enim in ista propter bonū propriū ꝑncipaliter dominant̄: sic aūt est in Tyrānide.

natura constare Ciuitatem. Conseruantur quoq; in Ciuitatibus isti maxime cæterorū ciuium. Neq; enim aliena concupiscunt ut faciunt pauperes. neq; eorum bona capiuntur ab aliis ut accidit diuitibus. Et qa neq; insidiantur aliis: nec alii ipsis: sine periculo degunt. Quapropter bene optauit Phocylidas multa mediocribus optima: mediocris esse uolens in Ciuitate. Patet igitur φ ciuilis societas optima est quæ per mediocres fit: easq; Ciuitates recipere ut optime gubernentur: in quibus mediocres plurimi sunt ac plus possunt: maxime quidem ambabus uel saltem altera parte. Hæc enim addita præualere facit & prohibet cōtrarios excessus fieri. Quapropter ualde optandum est ut hi qui in Rep. uersantur facultates habeant mediocres ac sufficientes. Nam ubi alii nimis multa possident: alii nihil: uel plæbes infima insurgit. uel paucorum potentia illa extrema uel Tyrānis: ꝓpter utrūq; sexum. Eh populari enim statu nimium su

excessus .s. diuitiarum & egestatis ex populari enim statu nimis superbo insurgit Tyrānis Similiter ex paucorum potentia. Ex mediis autem non. Multo autem minus etiam oritur Tyrannis ex his qui sunt propinqui mediis q̄ ex statu populari. Causa autem istorum apparebit inferius cum determinabitur de transmutatiōe Reip. ¶ Deinde cum dicit: Quod autem media zc̄. Probat per signa ꝙ Resp. quę ex mediis optima est. Et diuiditur in ptes tres sm ꝙ declarat per tria. Secūda ibi: Signum uero zc̄. Tertia ibi: Patet autem zc̄. In prima intendit istā rationem Illa Resp. est optima quę est sine seditione magis & turbatione: sed talis est illa quę est ex mediis: ergo Resp. quę est ex mediis optima est. Huius rationis ponit conclusionem & minorem cū sua probatione. Dicit igitur ꝙ Respublica quę est ex mediis sit optima: manifestum est. Ista enim sola & sine seditione & turbatione est. Hoc autē probat dupliciter ¶ Primo quia ubi sunt plures medii non sunt seditiones nec turbationes. Et propter hoc magne Ciuitates sunt magis sine seditionibus quā paruę. Quia in magnis Ciuitatibus sunt multi medii: Sed in paruis Ciuitatibꝰ statim omnes sunt diuisi in diuites & pauperes: & ideo in illis sepe fiunt perturbationes & seditiones. Quare manifestum est ꝙ illa Respublica quę est ex mediis magis est sine seditione & turbatione. Hoc idem probat secundo ex alio. Quia status populares sunt durabiliores quā paucorum. Quia plures habent medios & magis attingunt medii ad Principatum quam in paucorum potentia. Ex quo manifestum est quod illa respublica quę est ex mediis est magis sine seditione & turbatione. Si autem accidat quod inter egenos & diuites non fuerint plures medii: aut non sufficientes: si multitudo inualuerit: multos excessus facient: & ideo male se habent: & cito peribit Respublica. ¶ Deinde cum dicit: Signum uero huius putandum est quod qui zc̄. Ponit secundum signum. Et dicit ꝙ Resp. quę est ex mediis sit optima: signum est qd̄ optimi Legislatores fuerunt de mediis: sicut Solon. Iste enim Solon non fuit de diuitibus excellenter nec de pauperibus. Et hoc signauit in quadam Poesi sua quā non ponit Phs. Similiter Lycurgus non fuit de magnis: non enim fuit Rex. Similiter Charondas nec de diuitibus: nec de pauperibus excellenter fuit: sed de mediis similiter plures alii. Isti uero fuerūt optimi Legislatores: & fuerīt de mediis. quare manifestū est ꝙ medio mō se hr̄e disponit ad optimā

perbo: & ex paucorum potentia ad Tyrannidem deuenitur. Ex mediocribus autē ac prope paribus multo minus. Cuius rei causam postea ubi de mutationibus tractabit̄ dicemus. Quod autē media sit optima: manifestum est: sola enim seditionibus caret. ubi enim permultū est mediocre minimū seditiones & discordiæ ciuium innascuntur. Magnæq; Ciuitates ob hanc ipsam causam minus seditionibus subiacent: quia magna in his est mediocrium hominum multitudo. Paruas autem Ciuitates facile est in duas partes diuidi omnes: ita ut nihil mediū relinquatur. Et fere cuncti: uel inopes sunt: uel opulenti. Populares quoq; gubernationes tutiores sunt & diuturniores q̄ paucorum potentium propter medios. Plures enī sunt & magis honoris participant in populari gubernatione q̄ paucorum. Nam quando sine his multitudo inops plus pōt: male res se habent: ac cito pereunt. Signum uero huius putādum est ꝙ qui optime Leges condiderunt ex mediocribus ciuibus fuere Nam & Solon huiusmodi fuit: ut apparet ex eius carminibus: & Lycurgus: nō enim

Remp. Quod igitur Resp. sit ex mediis signum est ꝙ optimi Legislatores fuerunt de mediis. ¶ Deinde cum dicit: Patet autē. Ponit tertium signum: & ponit primo signum. Scḋo rōnem assignat cuiusdam quod in signo est dictum: ibi: Preterea ex eo. In prima dicit ꝙ manifestum est ex his quę dicentur iam ꝙ optima Resp. est ex mediis: quia propter hoc sunt plures Resp. aut Populares aut Paucoꝝ: quia frequenter in ciuitatibus medium paucū est. statim enim sunt omnes uel diuites uel egeni: & quicunq; excellunt alios cōuertunt Remp. sm uoluntatem suam ad utilitatem suam: ita ꝙ si diuites superauerint pauperes conuertunt Remp. ad uoluntatē suam & regunt eam & tunc fit Paucoꝝ potētia. Si autem Pauperes excesserint regunt Remp. sm uoluntatam suam & sic status Popularis. Quare manifestū est ꝙ aut erit Popularis aut Paucoꝝ. Cum ergo iste accidant quę nō sunt recte propter defectum mediorū signum est ꝙ Resp. quę est ex mediis sit optima. ¶ Deinde cum dicit: Pręterea ex eo. Assignat causam quare sunt plures Populares & Paucorum: & diuiditur in duas sm ꝙ probat hoc per duas rationes. Secunda ibi: Pręterea qui zc. In prima dicit ꝙ seditiones & pugnę quę fiunt in ciuitate inter diuites & pauperes adinuicem sunt causa quare sunt tot Populares & Paucorum. Illi enim qui obtinent contra aduersarios non instituunt Rempublicam cōmunem nec ęqualem: sed instituunt Rempublicam ad utilitatem suam & honorem & premium uictorię suę instituunt Rempublicam in qua excedunt aduersarios: ita quod si Pauperes obtineant faciūt Popularem statum: si diuites: Paucorum potentiam. ¶ Deinde cū dicit: Pręterea qui zc. Ponit secundam rationem & dicit ꝙ aliqui pręeminentes in Gręcia in potentia amicoꝝ uel in diuitiis uel in nobilitate uel in aliquo alio nutriti in aliqua Rep. cum uellent instituere Remp. aliquam nō instituerunt quamcunq;: sed considerantes ad Rempublcaim in qua nutriti sunt instituerunt illam. Et quia isti nutriti erant in Populari uel in Paucorum instituerunt hanc uel illam: non considerantes bonum commune: sed bonum proprium: & istę utiliores erant eis: ideo istas instituerunt. Et propterea nunquam aut raro & apud paucos inuenitur Respublica media. Vnus autem optimus fuit uir: qui cum esset in principatu suasit Ciuibus Rempublicam hanc mediam:

erat Rex & Charondas: & plurimi aliorum Patet autē ex his & quia plurimæ Respublicæ: aut Populares sunt: aut Paucorum gubernationes. Quod enim in his frequenter pauci sunt medii: semper qui præualēt: siue hi sint qui facultates habent: siue Populares: qui medium transcendunt per se ipsos gubernationem agunt. Itaq; aut multitudo populi insurgit: aut Paucorum potētia. Præterea ex eo quia seditiones fiunt & pugnæ inter multitudinem & opulentos: quibuscunq; uincere contingit: hi neq; cōmunem amplius habent Rempublicam: neq; æqualem: sed quasi uictoriæ premiū reportant Rempublicam obtinere: & alteri Popularem statum: alteri Paucorum potentiam faciunt. Præterea qui principatū Græciæ habuerunt: hi ad propriam respiciētes Rempublicam: aut Popularem statum in Ciuitatibus constituerunt: aut Paucorum gubernationem: non ad Ciuitatum illarum commoda respicientes: sed ad sua. Atq; ita per istas causas effectū est: ut uel nunq̄ mediorum illa gubernatio extiterit: uel ad modum raro. Vnus enim uir cōsensit solus ex his qui antiquitus in principatu fuere. Hunc gubernandi modum constituere: iamque in Ciuitatibus consuetudo obti-

sed illi noluerunt acceptare ipsam. Similiter nec isti qui modo sunt in ciuitatibus uolunt eam recipere: quia consuetudinem nō habent per quā inclinent ad uolendū equalitatem: sed uel querunt principari: aut magis uolunt sustinere Remp. quam habent nō recte ordinatam: sicut Paucoꝝ potentiam in qua dn̄antur: aut aliquam aliam. Et tunc cōcludit dicēs ꝙ que sit optima Resp. & propter quam causam manifestū est ex determinatis. ¶ Deinde cum dicit: De aliis autem. Declarat qualiter alie Resp. se habent ad istam & dicit ꝙ Rerump. aliarū a media posuimus plures species: sicut Poplaris & Paucoꝝ. Vnaqueqꝫ enim istarum plures species habet sicut apparuit prius: que autem istarum sit melior & que peior uisa rōne medie Reip. nō est difficile uidere. Cū enim Resp. que est ex mediis sit optima: illa que est propinquior huic melior est: & que remotior: peior. Nam uniuersaliter hoc uerum est ꝙ in unoquoqꝫ genere illud qđ est propinquus primo: pfectius est & melius ī illo genere. Quare illa Respub. que propinquior est Reip. optime in pluribus melior est: sicut prima spēs Popularis melior est q̄ secunda: & secunda q̄ tertia: & tertia q̄ quarta: quarta uero pessima est inter illas. Similiter de Paucoꝝ potētia prima melior q̄ secunda: secunda q̄ tertia: & sic deinceps. Et dato ꝙ illa que est propinquior optime ē melior simpliciter loquendo sine suppositione: quia si loquamur de meliori & optima ex suppositione nihil probibet aliquā que non est melior simpliciter esse meliorem aliquibus: sicut si in ciuitate aliqua ciues sint equales in libertate: melius est eis regi Populari q̄ Rep. media. Sic igitur apparet qualiter alie se habent ad istam.

nuit non uelle æquale: sed aut impare quærere: aut uictos obedire. Quæ igit̃ optima sit Respublica & quam ob causam ex his patet. De aliis autem cum plures Populares & plures Paucorum gubernationes esse diximus: quæ prima ponenda sit & quæ secunda & quæ deinceps quia potior sit aut deterior determinata optima non erit difficile intueri. Necesse est.n. meliorē esse quæ proxime huic accedit: deteriorem uero quæ plurimum distat a medio: nisi ad suppositionem quis iudicet. Dico autem ad suppositionem: quia multotiens alia Reipublicæ forma eligibiliori existente nihil uetat aliam quibusdam magis utilem esse. Quæ autem Respublica quibus & qualis qualibus conferat consequens est tractare. Sed capiēdū prius est uniuersaliter de cunctis: Oportet enim partē illam Ciuitatis quæ in Republica stare uult potentiorem esse: q̄ illa pars quæ non uult in Republica manere. Est autem omnis Ciuitas ex quali & quanto. Dico autem quale: ceu libertatem: diuitias: disciplinam: nobilitatem. Quantum uero: ceu multitudinē populi præualētem.

Ve autem zc. Postq̄ Phs declarauit que & qualis Resp. est optima pluribus ciuitatibus: declarat que & qualis: quibus & qualibus expediat: & diuidtur in duas: in prima premittit intentum suum. In secunda prosequitur: ibi: Sed capiendū. In prima dicit ꝙ post illa que determinata sunt dicendum est pertranseundo que Resp. quibus & qualis qualibus expediat. ¶ Deinde cum dicit: Sed capiendū. Prosequitur: & diuidit̃ in duas. Primo p̄mittit quedā uniuersalia que ualēt ad sequētia in isto capitulo. In scđa ondit qđ propositū fuit: ibi: Vbi ergo. In prima dicit ꝙ anteq̄ determinet de Rep. q̄ cui & q̄lis q̄li cōpetat accipiendū ē p̄mo qđ uniuersaliter ueꝝ ē in oībus Rebusp. s. ꝙ illa pars Reip. melior ē & ualētior q̄ uult saluatōem Reip. q̄ illa q̄ nō uult. Et rō huius ē: q2 bonum rei attendit̃ in ordine ad finē. Sed partes Reip. ordinant̃ in finem Reip. Finis aūt Reip. est salus &

permanentia eius. Ergo bonum partium Reipublicę intenditur in ordine ad finem istum Sed unumquodq; uult bonum proprium: & q̃to magis uult tãto melius est. Ergo illa pars Reipublicę melior est quę intendit istum finem q̃ illa quę nõ intendit. Secundũ est quod proponit ꝙ omnis ciuitas componitur ex quali & quanto: & exponit quid uocat quale & quantum. Quale quidem uocat dignitatem: ad quam considerat uolẽs instituere Rempublicam uel uolens distribuere principatum: sicut sunt diuitię: disciplina: ingenuitas. Quantũ uocat multitudinem. Modo ita est quandoq; quod alteri parti ciuitatis inest quale: ita ꝙ excedit aliam in qualitate. Alteri parti inest quãtum: ita quod excedit aliam in multitudine: Sicut uerbi gratia: Plures sunt in ciuitate ignobiles q̃ nobiles: pauperes q̃ diuites: tamen pars illa quę habundat in quanto: tamen non habundat in illo quãtum deficit in quali. Ista autem consideranda sunt in determinando quę uel qualis: cui uel quali conueniat comparando ista adinuicem: puta defectum secundum unum ad superhabundantiam respectu alterius. ¶ Deinde cum dicit: Vbi ergo superat &c̃. Ostendit ꝙ qualis quibus & qualibus conueniat: & primo q̄bus & qualibus Popularis status. Secundo quibus & qualibus Paucorum potentia: ibi:

Fieri autem potest ut quale existat uni ciuitatis parti: alteri uero quantum: ceu maiorem esse numerum ignobilium q̃ nobilium: & paucorum pauperum q̃ diuitũ: neq; tamen tantum superare quantitate: quantum superari qualitate propter hoc adinuicem conferenda sunt. Vbi ergo superat pauperum multitudo eam quam diximus proportionem: hic Popularis gubernatio exoritur: ac species singulæ Popularis status secundum multitudinis exuperantiam: ceu si agricolarum multitudo plus possit: prima species. Si multitudo tenuiorũ ac mercenariorum: ultima species: & sic de aliis quæ sunt harum mediæ. Vbi autem ea pars in qua sunt Opulenti & nobiles magis superat qualitate quã deficiat quanti-

Vbi autem ea pars &c̃. Tertio quibus & qualibus Respublica: ibi: Debet autem qui &c̃. In prima dicit quod quamlibet ciuitatem ubi habundat multitudo egenorum secundum dictam proportionem: scilicet quod non excedat: puta in uirtute quantum deficit in multitudine diuitum uel egenorum oportet regi statu Populari: ut si agricolę excedunt: tunc est Popularis status agricolarum. Et secundum ꝙ diuersus est populus secundũ hoc oportet ipsum regi diuersis speciebus Popularis status: ut si multitudo agricolarũ excedat oportet regi prima specie Popularis status. Si autem multitudo tenuiorum & mercenariorum tunc oportet eam regi ultima specie Popularis status. Isti enim minus sunt persuasibiles & ratione & magis inclinantur ad auaritiam: & ideo expedit eis magis regi illa specie Popularis status per quam possunt satisfacere magis auaricię suę. Hęc autem est ultima species in qua principatur populus non secundum legem: sed secundum suam sententiam & uoluntatem. Vbi autem multitudo est intermedia competit regi eam aliqua specie intermedia: ut si excedat multitudo liberorum secunda species debet esse. Si multitudo aliorum quorumcunq; tertia species. ¶ Deinde cum dicit: Vbi autem ea pars &c̃. Ostendit quibus competit Paucorum status & dicit ꝙ ubi multitudo diuitum quę plus habundat in quali. s. in diuitiis & nobilitate q̃ deficiat in quanto: id est in multitudine: ibi oportet esse Paucorum status. Et secundum diuersitatem hmõi multitudinis oportet diuersificare species Paucoꝝ status: ita ꝙ ubi est multitudo diuitũ habentiũ possessiones mediocres oportet regi prima spẽ Poplãris status in qua dñant̃ plẽs diuites nõ nimis excedẽtes in diuitiis

ſed habentes poſſeſſiones mediocres. Vbi autem eſt minor multitudo diuitum: ſed habẽt plures diuitias oportet regi ſecunda ſpecie Paucorum ſtatus. Vbi autem ſunt adhuc pauciores diuites ditiores q̃ primi: expedit illos regi tertia ſpecie. Vbi autem pauciores ſunt & magis diuites oportet regi illam ciuitatem quarta ſpecie: ita ꝙ ſicut ſe habent ſpecies ſtatus Popularis quantum ad multitudinem: ſic ſpecies Paucorum potentię quantum ad diuitias: ita ꝙ ſicut ubi ſunt pauciores egeni: ſicut ubi ſunt plures agricolę oportet eſſe primã ſpeciem ſtatus Popularis: Vbi adhuc plures ſecundam. Vbi adhuc plures q̃ prius tertiam. Vbi tota multitudo quartam & peſſimam: ſic ex parte potentię Paucorum ubi ſunt plures diuites habẽtes mediocres diuitias prima ſpecies. Vbi pauciores ditiores ibi ſecunda. Sed ubi adhuc pauciores & ditiores tertia. Sed ubi ſunt pauciores q̃ prius & ualde diuites quarta ſpecies & peſſima. ¶ Deinde, cũ dicit: Debet autem &c. Oſtendit quibus competit Reſpublica & diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt In ſecũda regreditur ad declarandum qualiter miſcetur ex Populari ſtatu & Paucorum: ibi: Sunt autem &c. Prima in duas. In prima oſtendit quibus competit Reſpublica. Secundo remouet errorem quorundam: ibi: Aberrant autem &c. Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. Secũdo remouet obiectionem quę poſſet fieri: ibi: Non enim eſt metus ne quandoq; &c. In prima dicit quod Legiſlator ſi bene debeat ordinare Rempublicam debet aſſumere ad Rempublicam medios. Et hoc quaſcunq; leges ponat: ſiue conuenientes potentię Paucorum: ſiue Populari ſtatui ſemper oportet coaſſumere medios: quia ſic debet ferre leges & ordinare Rempublicam ut per leges poſſit Reſpublica ſaluari. Vbi uero multitudo huiuſmodi mediorum habundat ſecundum quale aut ſecundum quantitatem uel in uno in comparatione ad aliud conuenit eſſe Rempublicam quę bene nata eſt regi rectis legibus: ex talibus enim dicta eſt eſſe ipſa. igitur expedit coaſſumere medios. ¶ Deinde cum dicit: Non enim eſt metus. Remouet obiectiõem quę poſſet fieri. Aliquis enim diceret ꝙ Legiſlator nõ debet aſſumere medios: quia pauperes & diuites nõ conſentient: & ſic erit turbatio in ciuitatibus. Remouet hoc & dicit ꝙ nõ eſt timendũ quin diuites cõſentiant pauperibus. Et ratio huius eſt: quia nunq̃ uolũt eſſe ſerui dominoꝝ nec diuites nec pauperes & ideo quęrunt cõmunem Remp. magis. Hoc autem eſt Reſp. & non alia. Si autem quęrunt Remp. cõmunem nõ inuenirent aliam magis cõmunem: quia pauperes nolunt quod diuites dominentur ne opprimantur ab illis: nec diuites uolunt ꝙ pauperes timentes opprimi ab eis: & ideo quęrunt fideliorem principantem. Sed ubiq; fideliſſimus eſt & communis magis medius & arbiter. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ Reſpublica quanto

tate: hic Paucorum potentia gubernatioq; exoritur: ac eodem modo ſingulæ ſpecies huius ſecundum exuperantiam iſtiuſmodi hominum. Debet autem qui legem ponit in Republica ſemper ad medios reſpicere: Siue enim ad Paucorum gubernationem dirigantur leges de mediis eſt coniectandum: ſiue ad Popularem ſtatum hos reſpicere debet: Vbi enim mediocrium ſuperat multitudo uel utrũq; extremum: uel alterum tantum: hic Reſpublica recipit ſtabilitatem. Non enim eſt metus ne quandoq; diuites cum pauperibus conſpirent cõtra mediocres: nunquam enim alteri ſeruire alteris uellent. Quod ſi communiorem aliquam quærunt nullam aliam q̃ iſtam reperient: Nam per uices gubernare non paterentur propter diffidẽtiam quæ inter eos exiſtit. In cunctis uero locis arbiter eſt fideliſſimus: arbiter autem medius quãdoq;

magis mixta est accedens ad equalitatem & indifferentiam tanto magis mansiua est. ¶Deinde cum dicit: Aberrant etiam zc. Remouet errorem quorundam. Aliqui enim fuerunt qui uoluerunt facere Respublicas Optimatum qui plus attribuebant diuitibus q̄ deberent & q̄ pauperibus: Philosophus dicit ꝙ isti peccauerunt non solum in hoc ꝙ plus attribuebāt diuitib⁹ q̄ deberēt: sed in hoc ꝙ paupes nō audiebant in his in quibus debebāt

melior est gubernatio temperata: tanto durabilior. Aberrant etiam plærique illorum qui Optimates Reipublicæ gubernatōnes efficere uolunt non solum in tribuendo nimium diuitibus: uerum etiam in excludendo plæbem. Necesse est enim procedente tēpore ex falsis bonis uerum malum euenire Diuitum enim cupiditates plus habendi magis destruunt Rempublicam q̄ multitudinis. Sūt aūt illa circa quæ simulāt ac fallaciter prætexunt ad populum quinq; numero: Concio: Magistratus: Iudicia: Armatura: Exercitatio. Circa Concionem quidem licere omnibus adesse: sed pœna apposita

audiri ſm rectam rationem & minus attribuebatur eis q̄ oporteret: quoniam aliquando ex minus malo uenit magnum malum: & ideo quāuis hoc sit modicum malum: scilicet attribuere diuitibus q̄ pauperibus: tamen ex hoc sequitur excessus diuitum. Sed excessus diuitum magis corrumpit ciuitatem q̄ excessus pauperum. Et ratio huius est: quia excessus qui plus facit distare bonum commune a communitate magis corrumpit ciuitatem q̄ qui minus. Sed excessus diuitum magis facit distare a communitate quia bonū cōmune trahit ad paucos: quia pauperes sunt plures q̄ diuites. Quare manifestum est quod excessus diuitum magis corrumpit ciuitatem q̄ excessus pauperum quare hoc est malum & peccatum in Republica plus dare diuitibus. ¶Deinde cum dicit: Sunt autem illa zc. Postq̄ declarauit que & qualis Respublica quibus & qualibus conueniat: regreditur ad declarandum qualiter Respublica misceatur ex Paucorum & Populari statu: & diuiditur in duas. In prima ostendit ex quibus est maxime. In secunda recapitulat ibi: Quam igitur ob causam zc. Prima in tres. Primo ostendit qualiter misceatur. Secundo ostendit ex quibus est: quia ex habentibus arma: ibi: Oportet quidem zc. In tertia assignat rationem propter quam antiqui uocauerunt Rempublicam Popularem statum: ibi: Sed auctis zc. Adhuc prima in duas: quia enim Resp. miscetur ex Paucorum & Populari statu primo tangit leges Popularis & Paucorum. Secūdo infert ex dictis quomodo miscetur ex illis: ibi: Itaq; manifestum zc. Adhuc prima in duas. In prima tangit leges Paucoꝝ status. Secundo popularis: ibi: Populari statu zc. In prima tangit leges Paucorū status per quas intendunt sophistice excludere multitudinem a Republica: & primo tangit ea de q̄bus feruntur leges. Secundo tangit leges ipsas: ibi: Circa Concionem. In prima dicit ꝙ illa de quibus dn̄antes Paucoꝝ statui ferunt leges fallaciter & dolose ꝓponētes populo: q̄nq; sunt numero. s. Concio: Magr̄atus: Iudicium: Armatura: Exercitatio. ¶Deinde cū dicit: Circa concionem. Tangit leges circa ista & primo tangit legē circa Concionē. Scd̄o circa magistratū: ibi: Circa magr̄atus. Tertio circa iudiciū: ibi: Circa iudicia. Quarto circa arma & exercitia: ibi: Eodem modo. In ꝑma dicit ꝙ circa Concionē ordinauerūt fauētes Paucoꝝ statui ꝙ omnes uenire liceret ad Concionem: sed ulterius ordinauerunt ꝙ diuites si non uenirent haberent damnum. Pauperes uero non. Vel quod diuites multo maius damnum reportarent q̄ pauperes. Et manifestum est ꝙ per istam legem pauperes excludebantur: quia diuites ex hoc ꝙ damnum magnum reportabant compellebantur uenire: pauperes quia nullū damnū reportabant nō curabant uenire: & ita nō participabāt ciuitate libenter. ¶Deinde cum dicit: Circa Magistratus autem zc. Tangit legem circa principatum ordi

nauerunt quod omnes possent attingere principatum:sed ulterius statuerunt ꝙ pauperibus
liceret renuntiare principatui:diuitibus uero non·& manifestum est ꝙ per istã legem ex/
cludebantur pauperes: quia pauperes cum sint occupati circa alia facile est quod cum lice
at eis renuntiare dimittant principatum:diuites uero semper remanebunt:cum eis non li/
ceat renuntiare ¶ Deinde cum dicit : Circa iudicia zc· Tangit legem circa iudicium & di
cit: Ordinauerunt supposito quod
omnes possint attingere ad iudi/
cia · Vlterius ordinauerunt diuiti/
bus damnum si non iudicarent &
discuterent· Pauperibus uero dede/
runt licentiam de non discutiendo
Vel si ordinauerunt damnũ utrisq;
tamen diuitibus magnum damnũ:
pauperibus modicum : sicut ordi/
natum fuit in legibus Caronde. In
aliquibus uero Paucorum guber/
nationibus licebat quidem omni/
bus discutere in iudicio & interes/
se congregationi:prescriptis tamen
prius · Si uero contingeret ꝙ scri/
pti non interessent uel non discute/
rent imponebantur magna dam/
na ita ut propter fugam damni nõ
appeterent scribi:& sic si nõ scribe/
rētur nec interessent iudicio· ¶ De
inde cum dicit : Eodem modo zc·
Tangit legem circa arma & exer/
citia simul & dicit quod codẽ mo/
do tulerunt legem de possessione
armorum & circa exercitia ipsorũ
& ordinauerunt quod liceret ege/
nis non habere arma : Diuitibus si
non haberent ordinauerunt ma/
gnum damnum·Similiter circa ex/
ercitium ordinauerunt quod pau/
peres si se non exercitarẽt in armis
nullum damnum haberent·Sed di/
uitibus ordinauerunt magnum damnum·Sic autem ordinauerunt ut diuites propter dam
num haberent arma & usum armorum & sic haberent soli potestatem & tenerent princi
patum : pauperes uero quia non timerent damnum non haberent arma & usum armo/
rum & per consequens non participarent principatu· Et tunc concludit quod hęc sunt so/
phismata de Legislatione per quę uolunt fauentes Paucorum potentię excludere multitu
dinem a ciuilitate· ¶ Deinde cum dicit:In Populari autem statu zc· Ostendit qualiter fa/
uentes populo sapienter aduersantur istis:& dicit quod fauentes populo in policia sua sa/
pienter aduersantur istis:contra enim omnia ista ordinauerunt ꝙ pauperes qui conueni/
rent ad congregationem & discuterent haberent mercedem : diuites uero si non uenirent
nullum damnum reportarent·Et per istam legem monstratur ꝙ excludebant diuites·Pau
peres enim scientes ꝙ haberent mercedem libenter ueniebant : Diuites autem scientes ꝙ
nullum haberent damnum si non irent non curabant ire:maxime quia non honorabant:

diuitibus si non assint uel solis uel maior
q̃ multitudini . Circa Magistratus autem
non licere his qui censum habẽt magnum
renuntiare Magistratui:pauperibus autem
licere. Circa Iudicia uero pœnam esse diui-
tibus nisi iudicent; pauperibus autem im-
punitatem:Aut illis magnam his paruam
pœnã:ut est in Carondæ legibus. Quibus-
dam uero locis omnibus lic& descriptis in
Concionibus iudiciisq; adesse. Quod si de-
scripti sint & non exerceant in pœnas inci
dunt permagnas ut metu pœnæ uitent de-
scriptionem:& per non descriptionem neq;
Iudicia neque Conciones exerceãt. Eodem
mõ circa arma & circa Gymnasia legibus
statuunt:Pauperibus enim licet non habe-
re arma:Diuitibus autem pœna constituta
est nisi habeãt:& si in Gymnasio se nõ exer
ceant pauperes nulla pœna est : Diuitibus
autem est pœna:ut alii metu pœnæ se exer
cere compellantur:alii quia nullam formi-
dent pœnam non faciant. Hæc igitur Pau
corum potentiæ sunt machinaméta.In Po-

& sic tota potestas dimittebatur penes multitudinem. ¶ Deinde cum dicit: Itaq; manifestum &c. Concludit qualiter Resp. sit miscenda ex paucoꝝ & populari statu & dicit q manifestum est ex dictis qualiter Resp. miscenda est ex illis. mixtum enim debet aliqualiter habere miscibilia et aliqualiter nō: & ideo si recte fiat mixtio ex istis oportet accipere ea quę ptinēt utrisq; sm partem: & ordinari pauperibus mercedem si ueniant: diuitibus uero damnū si nō ueniant. et isto modo omnes communicabunt ciuilitate: sed predictis modis altera solū ut Resp. tantū sit paucoꝝ. i. populo fauentium. ¶ Deinde cū dicit Oportet quidem. Ostendit ex quibus est Resp. & primo ostendit q est ex utentibus armis maxime. Secundo q est ex illis qui usi fuerunt armis: ibi: Apud quosdā. Prima ī duas. In prima facit quod dictum est. Secūdo assignat causam cuiusdam dicti ibi: Volunt enim. In prima dicit q Resp. debet esse ex habentibus arma & utentibus iam in actu ipsis. Et ratio huius est: quia Resp. debet esse ex mediis: & ideo deb; esse ex illis in quibus sunt plures medii: tales sunt utentes armis. Quanta autē debet esse mltitudo ciuitatis & census nō est determinatū nunc. oportet enim censum in ciuitate determinare secundum regionem & secundum potētiam aduersariorum. Oportet etiam tantam esse multitudinem quantam regio possit nutrire & tantam quod possit repellere aduersarios. Sed aduertendum q qualitas & bona dispositio secundum disciplinam uel mores multum addit ad bonitatem Reipublicę: & ideo consideratis huiusmodi qualitatibus & circumstantiis debet addi largior census q̄ potest: quia sic plures poterunt participare Magistratu. Quod quidem expedit instituere: ut scilicet plures participent magistratu. ¶ Deinde cum dicit: Volunt enim. Assignat cām cuiusdam dicti: sc; quod oportet esse plures participantes Rep. q̄ nō pticipātes: & dicit quod pauperes in ciuitate existentes absque principatu uolunt uiuere quiete & sine turbatione: dato quod nullus molestet eos & dato quod nihil auferatur ab eis de bonis suis. Sed istud nō est facile: quia frequenter contingit quod principantes non sint mites & humani: & ideo difficile est quod non suscipiant pauperes molestiam. Iterum: illi qui utuntur armis quando bellum debet fieri uolunt recipere alimentum a pauperibus si sint aliqui pauperes & si non recipiant mouēt bellum contra illos: & si accipiant pauperes uolunt insurgere. Vt igitur non possint insurgere contra principantes expedit esse plures habentes arma quam non habentes.

pulari autem statū contra hæc alia excogitant. Pauperibus enim salaria statuunt Cōcionantibus atque Iudicātibus: Diuitibus autem nullam pœnam imponunt. Itaque manifestum est siquis uelit iusto hæc temperare quod oportet utrinq; assumere: & his quidem salaria constituere: his autem pœnam: Sic enim omnes communicarent: nam in illo quidē modo Respublica fit alterorum solum. Oportet quidem Rempublicam esse ex his solum qui arma possidēt Census autem magnitudo diffiniri simpliciter non potest: sed considerata qualitate adiungatur largissimus ut qui participant Reipublicæ sint plures q̄ hi qui non participant hoc instituere. Volunt enim pauperes & honorum expertes quietem agere si neq; cōtumelia. Eos quis afficiat: neq; bona illis auferat: sed hoc non facile: Non enim semper contingi: ut qui Rempublicam gubernant sint mites & humani: & consueuerunt quotiens bellum est grauiter ferre nisi suscipiant alimenta: nam sunt egeni: & si quis alimenra porrigat cupiunt bellum.

¶Deinde cum dicit: Apud quos gu. Ostendit ꝙ Resp. nõ tantum est ex illis qui possident sed ex illis qui possederunt arma & habuerunt usum eorum: & dicit ꝙ apud aliquos est Resp. nõ solum ex illis qui uadunt ad arma & utuntur eis iam actu: sed ex eis qui ferũt & usi sunt. Et rationabiliter hoc est: quia illi sunt magis exercitati in actibus uirtutum & in armis. Rationabile autem est ꝙ Resp. sit ex illis: quod declarat per quãdam Remp. dicẽs ꝙ apud Malienses erat Resp. ex his q fuerant in armis & usi fuerãt. Verũ tamen principantem eligebant ex militibus siue ex illis qui iam utebantur armis. Primę etiam Resp. fuerunt magis ex procliantibus & utentibus armis pręter principatus Regales. Principes autem eligebãt de equestribus: & Resp. quę fuit a principio fuit ex equestribus: quia robur belli tunc in eqstribus habebatur. Peditatus autem est omnino inutilis: nisi adsit ordo & disciplina. Sed qualis sit hmõi ordo & disciplina nõ fuit cognitum antiquis: et propterea totum robur & excellentia exercitus habebat ex eqstribus.

¶Deinde cum dicit: Sed auctis &c. Assignat causam cuiusdam dicti: Aliqui enim istam Remp. uocauerunt Popularem. Alii Paucorum. ideo causam huius assignat: & primo quare dixerunt eandem Popularem statum. Secundo quare Paucorum: ibi: Fuerat enim &c. In prima dicit ꝙ crescentibus ciuitatibus contigit ꝙ erat magna multitudo habentium arma qui dominabantur. Vbi aũt multitudo dominatur status pplãris est. ppter quod quidam dixerunt illam quam uocamus Remp. Popularem. ¶Deinde cum dicit: Fuerat enim &c. Ostendit quare uocauerunt eam Paucoꝝ statum: & dicit ꝙ antiquę Reip. rationabiliter erant fauentes Paucoꝝ & Regalis. Antiquitus enim pauci erant homines inhabitantes ciuitates: & ideo pauci erant medii. Et quia pauci erant sm multitudinem Paucorum erant. Sed quia bene erant ordinata: bene sustinebant principatum & subiiciebantur. ¶Deinde cum dicit: Quam igitur ob causam. Recapitulat dicta a principio quarti: & dicit ꝙ dictum est in pręcedentibus propter quam causam sunt plures Resp. & propter quã causam sunt alię Resp. pręter sex Resp. acceptas sm genus: ut sunt plures Populares & Paucorum status & Optimatum & non una numero solum. Iterum dictum est qualiter differunt adinuicem

Apud quos gubernatio Reipu. existit non in his qui ad armaturam sunt habiles: sed in his qui exercebant arma. In Maliẽsibus quidẽ gubernatio Reip. erat in istis: & magistratum creabant ex his qui militabant. Prima quæ Resp. apud Græcos constituta est ex his qui bellum gerebant: ab initio quidem ex equitibus: nam robur belli tunc in equitibus habebatur: Peditatus enim nisi ordo ac disciplina assit inutilis est. Hmõi autem disciplina & ordo antiquis illis temporibus nondum erat. ex quo fiebat ut in equitatu robur belli haberet: Sed auctis ciuitatibus quæ in armis potentiã habebant plures ad cõmunionem Reip. recepti sunt. ex quo factum est ut quas nunc Resp. uocamus tunc Popularis status diceretur. Fuerat enim antiqua ciuitatum gubernatio rationabiliter Paucorum & Regia. propter paucitatem enim hominũ nõ erat magnus numerus mediocrium. Itaqꝫ pauci cum essent multitudine & institutione magis ferebant ab aliis gubernari. Quã igitur ob causam plures sint Rerũp. formæ: & quam ob rem præter alias quæ neqꝫ dicunt Popularis gubernationis una est species: neqꝫ aliarum similiter: ac præterea quæ differentiæ sint inter eas: & quare accidat: & insup quæ sit optima Resp. & ut plurimũ dici potesti

& aliarum qualis & qualibus congruat dictum est. ¶ Rursus autem & cōiter & separatim de unaquaq; dicemus eorū quæ post hoc sequuntur conuenienti sumpto principio. Sunt ergo tres partes oim Rerump. in singulis: quarum studisous Legispositor cōsiderare debet utilitatem quibus bene se habentibus. Necesse est Remp. bene se habere & gubernandi formas inter se differre in eo ꝙ singulæ istarum differunt. Harum trium partium una est quæ uersatur in publicis cōsiliis. Altera in Magistratibus: hoc est quos esse oportet & quam potestatem habere: & quemadmodum debeant creari. Tertia pars in iudiciis consistit: ea pars quæ cōsulit auctoritatē habet de bello & pace de societate incunda uel dissoluenda. de Legibus ferendis uel abrogādis. de morte. de exilio. de publicatiōe bonorum: & rationibus reposcendis. Necesse est enim uel omnibus ciuibus hæc omnia decernēda tribuere. uel quibusdam: ceu uni cuidā Magistratui: aut pluribus. uel aliis alia: uel quædam illorū omnibus quædam quibusdā. Omnes igitˀ

& quę sit optima Resp. & propterˀ quam causam accidit & quibus expediat.

Rursus autem zc. Postq̄ Phus determinauit quę Resp. est optima & quę & qualis: quibus & qualibus conueniat. determinat de quibusdam partibus Reip. s. de consiliatiuo & dn̄atiuo & iudicatiuo. Et primo dat intentionē suā. Secūdo ꝓsequitˀ ibi Ea pars zc. In prima dicit ꝙ postq̄ determinatum est de una quaq; Rep. & in cōi & diuisim. Consequēter dicendum est de quibusdam ex quibus pendet cōsideratio determinatoꝝ: & dicit Rursus: quia in tertio facit mentionem de ipsis & accipiendum est principium conueniens illis. s. ꝙ sunt tres partes Rerump. de quibus studiosus Legislator debet considerare & conferre sm rationē de illis. Illis enī bene se habētibus necessarium est Remp. bene esse ordinatam. & male se habentibus male. & sm differētiam istorum adinuicem necesse est Resp. differre: quia per istam distribuitˀ Resp. quę est ordo principantium. Istarum autē una pars est quę consiliatur de cōmunibus Ciuitatis. Alia est quę uersatˀ circa pncipatus: et hoc est quos oportet esse Principes: et quorum debēt esse dómini: & qualiter assumantur utrum per sortem uel per electionem. Tertia pars est quę uersatur circa iudicia. Deinde cum dicit: Ea pars quę consulit zc. Prosequitur. Et primo de consiliatiuo. Secundo de Principatu: ibi: De cōsultando zc. Tertio de iudicatiuo: ibi: Reliquum ex zc Prima in duas. Primo tangit de quibus consiliantur in cōmuni. Secundo ꝓsequitur de ipo cōsiliatiuo: ibi Necesse est enim zc. In prima dicit ꝙ dominans in Ciuitate consiliatˀ de bello utrū bellandū sit uel nō. & de pace utrū pax debeat fieri cū aduersariis uel nō. Consiliatˀ etiā de prepugnatiōe & de dissolutiōe utrū simul uel separatim debeat pugnare. Iteꝝ consiliatˀ de Legibus qualiter sint ferende. Consiliatˀ etiā de morte alicuius utrum expediat aliquē qui fuit cōtra Ciuitatem interfici uel relegari. Iterum de ppl'atione qualiter debeat si indigeat Ciuitas populari & ex quibus. Iterū qualiter principātes debēt eligi & corrigi. ¶ Deinde cū dicit: Necesse est zc. Prosequitˀ de ipo consiliatiuo declarādo eius consiliatiuū cui cōpetat Reip. Et primo ponit diuisionē unā. Scd̄o ostendit quibus Rebusp. cōpetāt mēbra ipsius: ibi: Omnes igitˀ &c. In prima dicit ꝙ necessariū est aut oīa iudicia dare oībus Ciuibus ita ꝙ oēs Ciues de omnibus iudicēt aut quibusdam oīa: sicut pncipanti uni aut pluribus si sint plures principātes: aut alia aliis ita ꝙ quidam iudicent de quibusdam. alii de aliis. aut de quibusdaꝫ omnes: aut quidam de qbusdā. ¶ Deinde cum dicit: Omnes igitur zc. Ostendit primo quibus competant mēbra. Scd̄o

determinat quędam conuenientia quibusdam Rebusp. ibi. Confert autẽ zc. Prima adhuc diuiditur in duas. In prima ostendit quibus Rebusp. cõpetant mẽbra prędicta. Et diuiditur in tres. Primo enim ostendit quis modus cõpetit populari statui. Sc̃do cum dicit: Quosdã uero zc. quis paucoꝝ statui. Tertio quis optimatum: cum dicit: Sed quando zc. Adhuc prima in duas. In prima tangit quis modus competat populari statui. In secunda cũ dicit. Sũt autem zc. Subdiuidit ipsum declarando q quibus modis eius conueniunt. In prima dicit ꝙ ad pplarem statum pertinet ꝙ omnes iudicent & deliberent de oĩbus. Et ratio huius est: quia fauẽs populo intendit ęqualitatem: hoc autem uidetur esse ęqualitas ꝙ oẽs attingant ad iudicium de omnibus: quare iste modus pertinet ad popularem. ¶ Deinde cum dicit: Sunt aũt &c̃ Subdit modum istum. Et diuidit in q̃tuor fm ꝙ ponit quattuor modos declarans quibus modis poplãri statui cõpetunt illi modi. Sc̃da ibi: Alius modus &c̃. Tertia ibi: Alius modus. Quarta ibi: Quartus modus zc. In prima dicit ꝙ eius qđ est oẽs iudicare de oĩbus plures sunt modi Vnus est ꝙ oẽs attingãt ad iudicia omnia: sed ꝙ nõ oẽs simul cõueniãt: sed fm partem: sicut accidit in Rep. Milesii & in aliis. De quibusdam enim Rebusp. consiliant principantes. Conueniunt autem oĩes fm partem ut fm tribus & ptes minimas: ita ꝙ modo uadit una pars cras aliã: ita ꝙ non sit aliqua ps quę non attingat ad ciuilitatem. Iste autem modus competit primo modo populari statui fm quem principãtur agricolę habentes diuitias mediocres & fm Leges non fm uoluntatẽ. Tales enim non semper possunt uenire: quia habent uiuere de agricultura circa quam oportet eos laborare. Et ideo necessarium est eos uenire fm partem. aliquando tamen oportet omnes uenire simul ut quando debet ferri Lex aliqua. Similiter quando debet tractari de his quę ptinent ad Rempublicam. Etiam quando debent audire responsiões a Principibus. ¶ Deinde cũ dicit: Alius modus &c̃. Ponit secundum modum. Et dicit ꝙ secũdus modus est ꝙ omnes conueniant simul: & hoc in magnis solum: sicut in electione Principis uel principantiũ: Et quando debet Lex aliqua dari. Similiter quando debet tractari de bello uel de pace. Similiter quando debent fieri correctiones principantiũ. Alia uero dimittunt principantibus qui assumendi sunt uel per electionem: uel per sortem. Et competit secũdo modo populari statui in quo multitudo non habet sufficientes diuitias. Ideo oportet Principatum cõmittere aliquibus. ¶ Deinde cum dicit: Alius modus &c̃. Ponit tertium modum. Et dicit ꝙ tertius modus est quando omnes conueniunt in magnis: sicut in correctionibus Principum & tũ

& de omnibus populare est: talẽ enĩ æqualitatem affectat populus. Sunt autem plures modi. Vnus si singulariter & non simul omnes ut est in Rep. Theledei Milesii. Et in aliis Rebusp. deliberant Magistratus simul collecti. Ad Magistratum uero uadũt omnes singulatim ex tribus: & partibus etiam minutis donec transeat per omnes. Congregatur autem populus solũmodo pro Legibus ferendis: & pro his quæ pertinent ad Reip. statũ: & pro his audiendis quæ a Magistratibus annuntiãtur. Alius modus est omnes simul conuenire aut solummodo ad Magistratus creandos: aut ad ferẽdas leges & pro bello uel pace: & ad rationes reposcẽdas. In cæteris uero eos qui Magistratũ gerũt decernere ad singula deputatos: uel per electionem: uel per sortem. Alius modus est ut ad magistratus creandos: & ad rationes reposcendas conueniant omnes ciues: & ad deliberationem belli suscipiendi: uel societatis ineundæ. Cætera uero Magistratus exequãtur per electionem creati quod fieri po

debet tractari de bello & de pugnatione. Alia autem dimittuntur Principibus qui eligũtur a quibuſcunq; qui ſciunt principari: Et differt iſte modus a primo: quia in primo nõ eligũtur Principantes ex quibuſcunq;: ſed in iſto eligunť. Iſte autem modus competit tertio modo populari ſtatui in quo aſſumunť Principes ex quibuſcunq;. ¶ Deinde cum dicit: Quartus modus eſt ut oẽs zč. Ponit quartum modum. Et dicit ꝙ quartus modus eſt quãdo omnes de omnibus conſiliãtur & iudicãt ita ꝙ nihil omnino dimittiť ꝓncipantibus: ſed ſolum referre ſic autem eſt in ultimo modo popularis ſtatus in qua mĺtitudó principať. Et ideo iſte modus quartus competit quarto modo poplari ſtatui: qui ut dictum eſt ſuperius ꝓportionabilis eſt quarto modo paucoꝝ ſtatui qui quidem eſt poteſtatus ꝓporcionabilis Monarchię Tyrannicę. Sicut enim iſta Monarchia Tyrannica peſſima eſt: & etiam hęc paucorum potẽtia peſſima inter alias ſpecies eius: ita iſte quartus modus popularis ſtatus peſſimus eſt inter omnes modos popularis ſtatus. Et ulterius concludit ꝙ omnes iſti ſunt de ſtatu populari: q̃a conueniũt pplãris ſtatꝰ modis. ¶ Deinde cũ dicit Quoſdam uero zč. Oſtendit quis modus eſt paucis potentię. Et diuiditur in duas. In prima ponit modum mixtum. Secundo ponit modos purę paucorum dominãtum ibi: Quãdo uero zč. In prima dicit ꝙ quando aliqui conſiliantur de omnibus: eſt modus paucorum. Et iſte modus diuiditur in plures. Quando enim de omnibus conſiliantur aliqui diuites non habentes diuitias excellentes ſed mediocres: & ſunt plures ſm multitudinem plures habentes hmõi diuitias: & principantur ſm Legem ita ꝙ Legem non poſſunt imutare: nec facere quę prohibet: ſed exequi ea quę precipit: & poſſunt attingere ad principatum: tunc eſt unus modus paucorum dominantiũ: ſed ciuilis eſt propter moderatas habere diuitias. Tales enim medii ſunt in Ciuitate. Reſp. autem ex mediis eſt: quare iſte modus mixtus eſt ex paucorum ſtatu & Republica. ¶ Deinde cum dicit: Quando enim zč. Tangit alios modos paucoꝝ ſtatꝰ pure. Et dicit ꝙ qñ nõ oẽs diuites conſiliantur de oĩbus ſed quidam electi ditiores prioribus & principantur ſm Legem paucorum potẽtię. Eſt & quando adhuc ditiores principantur omnibus & conſiliantur & pauciores & habent poteſtatem eligendi illos qui deficiunt in Principatu: & filii eorum ſuccedunt in Principatu Sed adhuc Principantur ſm Legem: uel quando principantur pauciores q̃ prius & ditiores: & principanť non ſm Legem ſed ſm ſuas ſententias ita ꝙ domini ſunt Legis: quia poſſunt ferre Legem uel mutare: tunc eſt paucorum potentia ſm diuerſos modos eius. ¶ Deinde cum dicit: Quando uero non omnes zč. Oſtendit quis eſt modus optimatum. Et circa hoc duo facit. Primo enim tangit quis modus eſt Optimatum pure. ¶ Secundo cum dicit: Quod ſi de quibuſdam electi zč. Oſtẽdit quis eſt mixtus ex paucorum & Optimatum ſtatu. In prima dicit ꝙ quando omnes conſiliantur de quibuſdam magnis: ſicut de pa

teſt: talia uero ſunt quot exercere neceſſarium eſt eos qui ſciũt. Quartus modus eſt ut omnes de omnibus conuenientes deliberẽt Magiſtratus uero de nullo ſtatuãt: ſed tantum primo loco ſententiam dicãt: quemadmodum fit in extrema illa gubernatiõe populari: q̃ in paucorum gubernatione ſpeciei illi uiolentæ: & in gubernatione unius Tyranni correſpondere diximus. Hi ergo modi populares omnes. Quoſdam uero de omnibus paucorum potentiæ: habet autem & hoc differentias plures. Quando enim a mediocri cẽſu fiat aſſumptio et multi aſſumũtur propter eam cenſus mediocritatem: & quæ Lex uetat non moueant ſed ſequantur Et liceat acquirenti cenſum habere: paucorum eſt huiuſmodi gubernatio: ſed tamẽ ciuilis ꝓpter eius mediocritatẽ: Quãdo uero

ce utrum debeat fieri cum aduerſariis & de bello & de correctione & alia permittunẽ principantibus qui ſunt accipiendi uel per ſortem uel per electionem:modus eſt optimatuꝫ uel Ciuilis:quia enim magna ſunt & periculoſa magnam inimicitiam habent. Maiorem uero inimicitiam habet aliquis ad paucos uel ad aliquos ꝙ̃ ad totam multitudinem: quia diuiditur in plures:propter hoc minor eſt ad ſingulos. Et ideo in talibus omnes debent iudicare. In aliis iudicare poſſunt Principes: in quibus non ſunt magna pericula ¶ Deinde cum dicit: Quod ſi de quibuſdam electi zc̃. Oſtẽdit quis modus mixtuſ eſt ex pręcedenti & ciuili intendens dicere ꝙ ſi de quibuſdam omnes cõſilientur:ſicut de magnis. De aliis aũt ꝑncipanteſ qui aſſumuntur per electionẽ:aut ſi contingat ꝙ de quibuſdam eligantẽ aliqui principantes per ſortem:& hoc uel cõmuniter ex quibuſcunqꝫ ſcilicet indifferenter:uel aſſumantur ex aliquibus prius inquiſito et facto iudicio uel ſcrutinio de illis ex quibꝰ aſſumendi ſunt per ſortem:uel ſi aſſumantur de omnibus per electionem hoc pertinet ad optimatuꝫ uel Remp.:qꝺ enim per electionem & ex quibuſdam optimatum eſt. Qꝺ autem per ſortem magis Ciuiſe eſt. Vlterius concludit quaſi recapitulãdo et conſiliatiuum de eis quę ordinantur ad Reſpublicas habet diuidi ſicut dictum eſt:et quęlibet Reſpublica diſponitur & regitur conſiliatiuo ſm modũ dictum. ¶ Deinde cum dicit:Confert autem & gubernationi illi zc̃. Determinat quędam expedientia Rebuſp. quibuſdam ſcilicet populari & paucorum ſtatui. Et primo tangit expedientia popularis ſtatus. Secundo paucorũ ibi: Paucorum uero zc̃. Prima in tres ſecũduꝫ ꝙ ponit tria expedientia. Secunda ibi: Confert etiam per electionem aſſumi zc̃. Tertia ibi:Confert etiam ſi pluriuꝫ zc̃. In prima dicit ꝙ poplãri quę maxime apparet eſſe popularis ſicut eſt quarta ſpecies in qua populus totus dominaẽ non ſm Legem:ſed ſcꝺm ſententiam expedit & melius eſt facere illud quod obſeruatur in iudiciis & in paucorum ſtatu ſcilicet ꝙ de diuitibus ſi non conueniant ad iudicium & congregationem ordinetur damnum magnum pauperibus ſi uenerint ad congregationẽ merces. Et ratio huius eſt:quia ſi uenerint & diuites & pauperes:melius deliberabunt & ſanius omnis populus ſcilicet diuitibus & econuerſo. Quod enim non uidebunt diuites:uidebũt pauperes:& econuerſo. Et tunc quoniam cõmuniter deliberabunt:cõmuniter exequentur

non omnes principes ſunt ſed qui eligũtur & ſcꝺm Leges gubernant ut prius paucorũ potentiæ eſt:Quando autem ipſi ſe eligunt qui deliberandi auctoritatẽ habent:& quãdo filius patri ſuccedit: ac domini ſunt Legum: neceſſe eſt huiuſmodi gubernationẽ eſſe paucorum potentiũ . Sed quando aliquorum aliqui ceu cum de bello & pace & repetendis rationibus uniuerſi. De aliis autem Magiſtratus electi. uel ſorte aſſumpti optimatum : id eſt uel eius qui appellatur Reſpublica . Quod ſi de quibuſdam electi & de quibuſdã uero ſortiti:& ſortiti uel ſimpliciter uel ex prælatis: uel communiter electi ac ſortiti:partim optimatum eſt.partim Reip.ipſius. Diſtinguitur ergo ea pars quæ in conſulendo : deliberando ue conſiſtit in hunc modum pro natura Reip. Et adminiſtratur unaquæqꝫ Reſpublica ſcꝺm huiuſmodi terminationem. Confert autẽm & gubernationi illi quæ nunc maximé uidetur eſſe popularis. Dico autem ei in qua populus dominus eſt etiam Legum in deliberando ac melius diſponẽdo hoc idem facere in concionibuſ quod fit circa iudicia in paucorum potentia. Imponũt enim pœnam illis quos iudicare uolunt ut iudicent. Popula-

Propter quod expedit huic speciei populari ordinare diuitibus damnum si non uenerint ad congregationem: pauperibus mercedem si uenerint. ¶ De inde cum dicit: Confert etiã per electionem assumi zc. Ponit secundum expediens quod competit a'iis ab ultimo modo populari. Et dicit ꝙ expedit populari statui ꝙ ad considerandum uel iudicandum eligantur aliqui de omnibus ut tot de diuitibus: tot de pauperibus: tot de turba: tot de alia: uel tot de isto uico: tot de alio ita quod semper conseruetꝛ ęqualitas ut quot assumentur de quibusdam tot assumantur de aliis fm ęqualem ꝓportionem. Et ratio est: quia melius exequuntur deliberatões & magis cõcordes erunt. ¶ Deinde cum dicit: Confert etiam si plurium zc. Ponit tertium expediens. & uideť esse cautela contra aliquid ꝙ posset dici cõtra primum expediens. Dicebatur enim ꝙ merces erat danda pauperibus si uenirent ad congregationẽ. Potest autem dici ꝙ nõ est hoc expediens: quia tunc multi uenient: & tunc cum sint plures q̃ diuites: deliberabunt fm ꝙ placebit eis: & nollent illud obseruari: & sic erit dissolutio. Contra hoc ponit expediens. Et dicit ꝙ si pauperes scḋm multitudinem excedant uiros Ciuiles sicut medios & isignes aut quoscũq; alios: cũ non est danda merces omnibus; nisi scḋm proportionem ad multitudinem diuitum: aut multos oportet priuare a congregatione. ¶ Deinde cum dicit: In paucorum uero gubernatiõibus zc. Tãgit cautelas conuenientes paucis. Et diuiditur in tres scḋm ꝙ tangit tria: Secunda ibi: Insuper aut illa zc. Tertia ibi Et oppositum eius facere zc. In prima dicit ꝙ ad hoc ꝙ bene consilientur fauentibus paucis & consilium eorum sit firmum: oportet ꝙ uocẽt aliquos fauentes populo siue aliquos de populo sicut illos qui pręeminent aliqualiter populo: sicut est in quibusdã Rebuspublicis ubi uocantur pręmissi uel seruatores Legis: & tractare cum istis de illis de quibus fauẽtes paucis consiliati fuerunt. Et ratio huius est: quia posito isto modo participabit consiliatiuo: & ꝙ deliberatum fuerit isto modo multitudo non poterit dissoluere; sed potius exequentur una cum paucorum potentia. ¶ Deinde cum dicit: Insuper aut illa decernere poterit zc. Ponit secundam cautelam. Et dicit ꝙ ad hoc ꝙ consilium paucorum sit firmum oportet paucos inquirere sententiam populi uel opinionem quę est: & tunc sententiare fm sententiam eius ita ꝙ populus eandem sententiam dicat quam pauci. Aut si non: nihil sententiẽt contrarium populo: uel ꝙ Principes consilientur de his quę ad Rempublicam ordinantur: Et tunc quod inuentum est per consilium tradat omnibus consiliariis populi. Sic

etiam Resp. absqꝫ seditione propter uerecũdiam ut inhereat. Cum enim per electionẽ sumere Magistratus solerent: postea sortiti sunt: ex eo ꝙ electiones eorũ in homine turpes pudendosqꝫ cadebant. Et propter negligentiam quando sinunt ad summas potestates eos assumi qui non sunt amici status eorum. Per quẽ quidem modum apud Oreum euersa est paucorũ gubernatio per Heracleodorum: qui Magistratũ nactus gubernationem Ciuitatis ex paucorum potentia ad popularem statum traduxit. Insup propter pusillitatem. Dico autem pusillitatem. quando later paulatim subcrescens Reipu. mutatio quæ ad magnitudinem latẽter euadit si negligatur: quemadmodũ apud Ambraciotas paruo censu prius erãt Magistratus: tandẽ uero nullo fuerũt quasi nihil aut prope foret inter parum & nihil. Seditiões quoqꝫ concitat peregrinitas donec in eãdem simul conspirationem deuenerit. Vt enĩ nõ ex quauis multitudine constituitur Ciui-

apparet:quia illi qui habent diuerſos mores inclinantur ad diuerſos fines. Ex hoc autē ſequitur diuiſio uoluntatis:hoc autem eſt cauſa diſſenſionis:Quare manifeſtum eſt ꝙ diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis. Scđo apparet:quia ſi illi qui habent diuerſos mores ſimul uixerint:contingit ꝙ unus trahit alium & in fine habent eoſdem mores & inclinant̄ ad eundem finem & non mutant Remp. Eſt igitur manifeſtum ꝙ donec ſimul uixerint multo tēpore mouebunt ſeditiones illi q habent diuerſos mores. Sicut enī Ciuitas nō fit ex qbuſcunq; ſed ex ſimilibus Ita non fit in quocunq; tēpore:ſed quando uixerint ciues ſimul & iam inclinantur ad eoſdē mores ¶ Deinde cum dicit: Quapropter quicunq; zc̄. Manifeſtat ꝙ dictum eſt per ſeptem exempla. Et dicit ꝙ quia diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis:accidit ꝙ ille Ciuitates quę extraneos indifferenter receperūt:plures paſſe ſunt ſeditiones & diuiſiones:ſicut accidit in quadam Ciuitate quam uocat Sibarim. In illa enī ciuitate habitabāt Troezenii. Iſti uero receperunt Acheos. Cum autem eſſent augmētati: eiecerunt Troezenios:& ex hoc tunc fuit odium inter Sibaritas qui eiecti fuerāt: & inter Thurios qui eos receperāt. Cū enī plus exigerent eo ꝙ regio eſſet ſua eiecti fuerunt ab aliis. ¶ Ponit ſecundum exemplum. Et dicit ꝙ ſiſr accidit Bizantiis. Cum enim iſti recepiſſent extraneos:iſti inſidiati ſūt Bizantiis: qui Bizantii re cognita eos prelio & armis expulerunt. Ponit tertium exemplum. Et dicit ꝙ ſimiliter accidit in alia ciuitateꝙ Antiſſei profugos & extraneos receperunt in ſua Ciuitate ex Chio. Et tandem facta fuit ſeditio inter ipſos & eiecti ſunt extranei. ¶ Tunc ponit quartum exemplum. Et dicit ꝙ zanclei receperunt Samios in ſua Ciuitate & poſtmodum facta ſeditione inter ipſos:ipſi expulſi fuerunt a Ciuitate. ¶ Tūc ponit quintum exemplum. Et dicit Apolloniatę Ciuitatem inhabitātes iuxta Pontū:cū recipiſſent extraneos:paſſi ſunt ſeditionē. ¶ Tunc ponit ſextum exemplum. Et dicit ꝙ Syracuſani cū expuliſſent Tyrannos a Ciuitate:receperunt extraneos & eos qui portant merces & fecerunt eos Ciues. Seditio facta fuit eis & uenerunt ad pugnam. ¶ Tunc ponit ultimum exemplū. Et dicit ꝙ Amphipolitę cum recepiſſent Calcidenſium Colonos: ſeditione facta inter eos plurimi Amphipolitarum mortui ſunt & expulſi ab aliis. Ex omnibus iſtis non plus uult habere niſi ꝙ diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis & deſtructionis Reipublicę. ¶ Deinde cum dicit:Seditionem autem concitāt zc̄. Declarat qui mouent ſeditiones in Populari ſtatu & Paucorum ex dicta cauſa. Et dicit ꝙ in Paucorum potentia facit ſeditiones populus. populus enim credit ſe debere recipere ęquale:quia omnes ſunt ęquales in libertate. Di

tas:ita etiam neq; in quouis tempore. Quapropter quicunq; adhuc inquilinos ſuſceperunt uel aduenas:omnes fere ſeditiōibus iactati ſunt:ceu apđ Sibarim una cum Trœzeniis incoluerunt Achei. Poſtea maiorē in numerū creſcētes Achei Trœzenios pepulerunt:unde pollutio illa exorta eſt Sibaritis:& in Thuriis idem fecerūt Sibarite contra eos qui illos receperant: nam plus habere uolentes:quaſi de ſuis agris pulſi ſunt:& apud Bizantiū peregrini in oppreſſionē Ciuium coniurati:cognita re: prælio & armis expulſi ſunt. & Antiſſei exules ex Chio ſuſceptos tādē armis deicere conacti ſunt. zanclei uero qui ſamios receperunt mox ab eis ſunt propria Ciuitate deiecti. Apolloniatæ qui ſunt in Ponto Incolis receptis ſeditione agitati ſunt. Et Syracuſani poſt Tyrānos expulſos cum hoſpites et conductos milites feciſſent:Ciues in ſeditionem & prælium inciderūt:& Amphipolitæ receptis Calcidēſium Colonis:pulſi tādem ab illis ſunt fere omnes. Seditionem autem concitāt in

uites autem totum habent uel plus. Et ideo populus existimans se iniusta sustinere: mouet seditiones. In statu populari autem seditiones mouent diuites: quia in statu populari recipiunt equale. Existimant autem plus debere recipere cum sint excellentiores: & ideo mouẽt seditiones contra populum. ¶ Deinde cum dicit: Incidunt etiam zc̄. Tangit causam seditionis accidentalem magis. ¶ Et dicit ꝙ in aliquibus Ciuitatibus fiunt seditiones propter dispositionem loci. Contingit enĩ ꝙ Regio non est bñ disposita ad hoc ꝙ Ciuitas sit una: sed magis alia & alia. Vnitas autem ordinis in finem facit Ciuitatem unam: & ideo illud ꝙ disponit ad hoc requirit ad unitatem Ciuitatis. Facit autem ad hoc bona dispositio loci. Si igitur locus nõ est bene dispositus ad hoc ꝙ sit Ciuitas una fit seditio: sicut accidit Clazęmoniis. Illi enim qui inhabitabãt in Chrito quę est una pars Ciuitatis erant contra illos qui habitabant in insula .s. in alia parte Ciuitatis & uolebant facere diuersas Respublicas & Ciuitatem principalem in sua parte. Similiter Cholophonii & Notiti adinuicem passi sunt seditiones propter malam dispositionẽ loci. Similiter Athenis non sunt bene dispositi ad unam Rempublicã quia illi qui sunt in Suburbio uidelicet in Pyrrheo extra muros Ciuitatis populares sunt magis q̃ illi qui habitant in Vrbe quę est locus magis munitus: ubi sunt fortalitia. Sic igitur manifestum est ꝙ diuersitas facit ad diuisionem & seditionẽ in Ciuitate: Sicut enĩ in bello paruus fossarum transitus & quęcunq; modica apertura distrahit exercitũ uł aciem: & ordinem eius interrumpit ita omnis diuersitas & dissimilitudo in Ciuitate facit seditiones. Sed considerandum est ꝙ dissimilitudo quę maxime causat seditionem est dissimilitudo uirtutis & malicię: quia inclinant statim in diuersos fines. Post hęc autem diuitię & paupertas: & sic ulterius alia dissimilitudo aliqua sm̃ alia quę potest attendi inter multa. Sed hęc est differentia ꝙ quędam magis: quędam minus faciunt seditiones. Sub isto uero mẽbro continetur causa quę iam dicta est.

paucorum quidem potẽtia multitudo indigne ferens quod cum ipsi sint pares non pariter honorantur. In populari uero statu nobilitas ꝙ par fiat cæteris cum ipsi sint præstantiores. Incidunt etiam quandoq; in seditionem Ciuitates propter situm quando talis est locus ut nõ ad unam eãdemq; gubernationem sit aptus ut Clazœmoniis accidit qui in Chrito habitant contra eos qui habitant in insula: & Cholophoniis erga Notios. Athenis quoq; nõ eodem modo: sed multo magis populares sunt qui in Pyrrheo habitant q̃ qui in urbe. Vt enĩ in præliis transitus fossarum: etiam si admodũ paruæ sint interrumpunt ordines militum: ita & in Ciuitate dissidentia omnis uidetur disiunctionem facere. Maxime forsan dissidẽt uirtus & uitium. Deinde paupertas & diuitiæ: & alia magis q̃ alia. Quarum una est illa de qua diximus. ¶ Oriuntur autem seditiones non pro paruis rebus: sed ex paruis ad magna perueniunt. Maxime uero etiã paruæ corroborantur quando in principalibus fiunt: ut contingit Syracusanis antiquitus. Mutatus est enim Ciuitatis status propter duos adoloscentes qui in Magistratu cõsti

ORiuntur autem seditiones zc̄. Postq̃ Philosophus determinauit qualiter se habentes faciunt seditiones: & quę sunt disponẽtia: declarat qualiter seditiões incboatę à paruis inualescunt multum. Et diuidit in duas sm̃ ꝙ tangit duas causas huius. Secunda ibi: Omnino enim zc̄. Prima in duas. In prima tangit causam illam. In secunda dat remedium contra illam: ibi: Quamobrem &c̄. In prima dicit ꝙ seditiones nõ fiunt de par

uis:sed de magnis. Fiunt autem ex paruis:quia incipiunt ex paruis. ¶ Paruę autem seditiões & dissensiones inualescunt citius quando fiunt inter dominos habentes potestatem in Ciuitate:sicut accidit antiquitus in Ciuitate Syracusanorum. Contigit enim ꝙ Resp. illorum fuit mutata propter dissensionem duorum iuuenum qui principantes dissiderunt propter amoris cām. Accidit enim cum unus esset extra Ciuitatem:ꝙ alter puerum quem amabat sibi cōciliauit. Cum autem alter uenisset indignatus est: & studuit habere uxorem alterius. Cum autem ille istō sciret:mota est dissensio inter illos:& coassociantes sibi Ciues: diuiserūt omnes in duas partes. Sic igitur manifestum est ꝙ parua dissensio multum inualescit quando fit inter diuites habentes potestatē in Ciuitate. ¶ Deinde cum dicit:Quamobrem zc̄. Tangit remediū contra hoc. Et dicit ꝙ ꝓpter hoc ꝙ parua dissensio inter dominos multum inualescit. Oportet qđ subditi talia timeant multū:& ꝙ dissensiões inter diuites dissoluant & cōtrahāt ad cōcordiā : qa dissensio q̃ accidit inter maiores & principātes est pctm̄ in principio. Principiū aūt est dimidium totius:quia principiū cōtinet se & principatū uirtute:& ideo resistēdum est peccato in ꝑncipio. Nam peccatum in ꝑncipio ꝓportionaliter se habet ad ea peccata quę fiūt in partibus ꝑncipalibus aīalium. Videmus autē ꝙ modica facta diuersitate in parte principali in aīali.s.in corde : magna fit diuersitas in aliis. Similiter modica existente diuersitate in semine: fit magna diuersitas in eo quod fit ex semine:qa ex modica differentia calidi & frigidi causatur differētia maris & foeminę. Silr̄ facta modica transpositione in gubernaculo Nauis:tota Nauis trāsmutatur. quare sic erit in Resp. ꝙ paruum peccatum in principio & parua dissensio multū inualescit. ¶ Deinde cum dicit:Omnino enim zc̄. Tangit secundam causam. Et declarat ꝙ dissensiones in signum multum inualescunt. Et primo proponit. Secundo manifestat ꝑ exempla:ibi: Vt contigit apud zc̄. In prima dicit qđ non solum dissensiones principantium multum & cito inualescunt:īmo uniuersaliter dissensiones diuitum. Ex quo enim diuites sunt:potentiam habent. Et manifestum est ꝙ indignantur si non fiat eis scđm quod existimant se excellere alios. &faciunt dissensiones & totam Ciuitatem ponunt in dissensione. ¶ Deinde cum dicit. Vt contigit apud &c̄. Declarat per exempla. Et diuiditur in quinqȝ scđm ꝙ declarat per quinqȝ exempla. Secunda ibi:Et in Delphis &c̄. Tertia ibi:Mithilenę quoqȝ &c̄. Quarta ibi. Apud Phocenses &c̄. Quinto ibi: Mutata est &c̄. In prima dicit ita dictum est ꝙ dissensiones diuitum multum inualescunt:sicut accidit in Estica Ciuitate. Cōtigit enim ꝙ duo fratres dissiderent de paterna hereditate. Cum unus non haberet de diuiti

tuti simultatem inter se habuerunt ex amatoria causa. Altero enim absente: alter puerum quem amabat sibi conciliauit. At ille reuersus cum id grauiter ferret: uxorem illius habere studuit:ex hoc omnes qui uersabantur in Rep. diuerso fauore se diuiserūt. Quamobrem ab istis principiis cauendum est diligenter ac dissoluēdæ statim sunt eorum discordiæ: qui multum in Repu. possunt:in principio enim peccatur. Principiū autem dicitur esse dimidiū totius: itaqȝ paruum in principio erratum correspondēs est ad alias partes. Omnino enim excellētium uirorum discordiæ totam post se trahūt Ciuitatem. Vt contigit apud Esticam post popularem statū. Duobus enī fratribus de diuisione patrimonii contendētibus unus eorum qui erat pauperior quasi non exhibente altero fratre bona omnia neqȝ thesaurum quem pater inuenerat proferente querebatur:ac populū in suos fauores ꝑtraxerat. Alter uero qui diuitiis pollebat: locupletes si

tis & de Thesauro quem acquisiuit pater: coassumpsit sibi populares. Alius diuites. Et fuit diuisa Ciuitas in duas partes: & facta fuit magna dissensio. ¶ Deinde cum dicit: Et in Delphis &c̄. Ostendit secundum exemplum. Et dicit similiter accidit in Delphis φ quidã habuit quandam puellam in cura sua quę cura fuit principium omnium dissensionũ q̄ postmodum contigerunt. Vnus enim despõsauit illam: postmodum consuluit quendam facerdotem augurem utrũ expediret ei accipere eam in uxorem: qui cõsuluit φ non acciperet. Tunc iste timẽs propter dictum Auguris. s. infortunium aliquod: cum ueniret ad spõsam non accepit: sed recessit. Amici uero uidentes hoc sicut illi q̄bus facta fuerat iniuria: eo sacrificãte sacrum aliquid clam iniecerunt. Deinde accusauerunt eum φ male sacra tractasset: unde tanq̄ sacrilegum capite damnari fecerunt. ¶ Deinde cum dicit Mithilenę quoq; seditio zc̄. Ponit tertium exemplũ. Et dicit φ circa Mithilenam Ciuitatẽ facta fuit dissensio inter aliquos ꝓpter diuisionem hereditatũ quę fuit principium multorum malorum quę postmodum contigerunt. Et fuit principium belli quod fuit inter ipsos & Athenienses: in quo prelio quidam Dux nomine Pachites accepit Ciuitatem ipsorũ Atheniensium. Accidit enim φ Thimophanes opulentus uita functus: reliquit duas filias superstites. Quidam autem Doxandrus eas dari concupiuit filiis suis in uxores: Quod cum assequi nõ potuisset: persuasit Atheniensibus apud quos hospes publicę erat ut bellum susciperent cõtra Mithilenas. ¶ Deinde cum dicit: Et apud Phocenses seditio &c̄. Ponit quartum exemplum. Et dicit φ apud Phocenses quidam fuerũt ex hereditati: ex quo facta fuit seditio inter Mnasiam patrẽ Mnasonis: & Euthicratem patrem Onomarchi. Hęc autem dissensio fuit principiũ belli Phocensibus: illius inquã belli quod sacrum appellauerunt. ¶ Deinde cum dicit: Mutatus est etiam zc̄. Ponit quintum exemplum. Et dicit φ in Epidamno Ciuitate transmutata fuit Resp. propter dissensionem quę fuit facta propter nuptias quasdam. Cum enim quidam desponsasset quandam: quidam fecerunt sibi iniuriam: & fanta

bi assciuerat. Et in Delphis ex fauore partitium contentiõe exorta principium fuit seditionum omnium quæ postea fuerunt in ea Ciuitate secutæ. Hic enim cum sibi triste Augurium incidisset: ut uenit ad sponsam suscipere illam noluit. Parẽtes uero puellæ quasi spreti atq; contempti: sacrorum quiddam eo sacrificante iniecerunt: atq; ut sacrilegum accusantes: capite damnari fecerũt. Mithilenæ quoq; seditio ex hæreditate exorta magnorum malorũ fuit origo. Indeq; bellum Atheniensibus contra Mithileneos susceptum: in quo Vrbs eorum a Pachite Duce capta fuit. Thimophane enim quodam opulento homine uita functo: cũ duæ filiæ superstites fuissent: Doxandrus quidã dari illas filiis suis in Matrimonium cõcupiuit. Quod cum assequi non potuisset: alios sibi Prælatos dolens: res nouas moliri aggressus Atheniensibus quibus erat publice hospes bellum suscipere persuasit. Et apud Phocẽses seditio exorta est ex hereditate inter Mnasiam Mnasonis patrem: & Euthicratem Onomarchi hæc seditio Phocensibus initium fuit eius belli quod sacrum appellauerunt. Mutatus est etiam Epidamni Ciuitatis status ex nuptiis. Desponderat. n. quis filiam: Cum uero pater sponsi Magistratum gerens sibi multã irrogasset quasi despectus omnes qui presenti Ciuitatis statui insensi erãt: per factionem ad se recepit

fuit dissensio. Postmodum contigit ꝙ Pater desponsati factus fuit unus de Principibus: & tunc accepit alios qui erant extra Rempublicã & infensi statui coniungens eos sibi & trãsmutauit Remp. ¶ Deinde cum dicit: Fiũt etiam zc̄. Cum declarauit ꝙ Resp. transmutantur: declarat in quid transmutantur. Et primo proponit. Secundo manifestat. ibi: Vt apꝺ zc̄. In prima dicit ꝙ Resp. transmutãtur in paucorum statum & popularem ex eo ꝙ aliquod collegium uel aliqua pars Ciuitatis famam uel augmentum maiorem in modum consecuta est. Ob hãc enim causam cõtingit ꝙ si regebat ꝙ intendatur magis & fortior fiat eius status: & sic mutatur a debiliori ad fortiorem. Si uero nõ regebat cõtingit ꝙ iusta fama & potẽtia regere incipiat: & ab una Republica ad aliam fit transmutatio. ¶ Deinde cum dicit: Vt apud zc̄. Manifestat ꝑ exempla. Et ponit sex: in quibus declaratur qualiter Resp. mutata est in Rempublicam aliam: uel in eandem magis intẽsam. Et dicit ꝙ bñ dictum est ꝙ fit mutatio Reipublicę in Rempublicam: sicut accidit Athenis. Cum enim consiliuꝫ Atheniensiuꝫ quod in Ariopogo q̃ est pars excellentior Ciuitatis illius tempore belli Persarum famam cõsecutum fuisset: formam Reipublicę auxit: & fuit fcã Respublica eorum fortior. ¶ Deinde cum dicit: Et rursus zc̄. Ponit secũdum exemplum: dicens ꝙ multitudo Naualis Athenis cum fuisset causa cuiusdaꝫ uictorię circa Salaminẽses fortiter pugnando: & fuissent causa saluationis principatus: & ob eam uictoriam acquisiuisset potentiam Maris Ciuitati propter statum populi magis fortem. ¶ Deinde cum dicit: Et apud Argiuos &c̄. Ponit tertium exemplum: in quo declaratur ꝙ Respublica mutatur in Rempublicam. Et dicit ꝙ in Argo contigit ꝙ insignes & potentes cum eligerent ad proelium contra Lacedęmonios: cõmisso pręlio apud Mantineam urbem magnam famam cõsecuti sunt: & ob hanc causam conati fuerunt destruere popularem statum & cõuertere in paucorum potẽtiam. Et sic Respublica mutabatur in aliam Rempublicam. ¶ Deinde cũ dicit: Et apud Syracusanos &c̄. Ponit quartum exemplum: in quo idem probatur. Et dicit ꝙ in Ciuitate Syracusanorum cum factum fuisset prælium inter eos & Athenienses & obtinuissent: cuius uictorię causa populus fuit Rempublicam mutauit in statum popularem. ¶ Deinde cum dicit: Et apud Calcidenses &c̄. Ponit quintum exempluꝫ. Et dicit ꝙ in Calcide Ciuitate populus una cum diuitibus quendam Tyrannum interfecisset: statim adhęsit Reip. dimittens priorem Remp. ¶ Deinde cum dicit: Et apud Ambraciam &c̄. Ponit

Fiunt etiam mutationes & in paucorũ potentia & in populari statu & in ea quæ appellat᷑ Respublica ex eo ꝙ aliquod collegium uel aliqua pars Ciuitatis famam sit uel augmentum maiorem in modum consecuta. Vt apud Athenienses Ariopagi consiliũ per tempora belli Persarum famam cõsecutum seueriorem Reipu. gubernandi formã uidet᷑ fecisse. Et rursus naualis turba ꝙ causa uictoriæ Salaminensi bello fuisse uidebatur: & ob eam uictoriam Principatum Maris acquisisse Ciuitati popularem statũ magis asseruit. Et apud Argiuos nobilitasꝗ in prœlio contra Lacedæmonios apud Mantineam urbem cõmisso: magniam famam consecuta erat: Popularem statum delere tentauit. Et apud Syracusanos multitudo urbana q̃ꝺ causa uictoriæ belli aduersus Athenienses uidebatur fuisse Rempublicã mutauit ad popularem statum. Et apud Calcidenses quod simul cum nobilitate ad oprimẽdum Phoxum Tyrannum plæbs insurrexisset: statim Reipublicæ gubernationem suscepit. Et aupd Ambratiam eodem modo populus una cum aggressoribus Periandro

sextum exemplū. Et dicit ꝙ in Ambracia cū poplus eiecisset Periandrum qui Tyrannizabat apud eos simul cum aliis diuitibus qui contrarii erant ipi in populo: instituit Rempublicam sibi conuenientem. s. statum pplārem dimittens priorem. ¶ Deinde cum dicit: Et omnino &c̄. Concludit unam regulam uniuersalem dicens ꝙ uniuersaliter hoc debet esse manifestum nō debet latere ꝙ quicunq; ꝑpter potentiam aliquid pręclarum fecerunt siue sint idiote siue ꝑncipes: siue sint tribus aliq̄: siue tota una pars: siue qualiscunq; multitudo moueret seditionem. aut enim qui inuident eis qui honorantur in Ciuitate mouent & faciunt seditionem. Aut illi qui excellunt & magnum aliquid fecerūt propter potentiam nolunt manere cum ęqualibus & eis conformari. Ex hoc enim ꝙ magnum fecerunt inclinantur ad magna: quibus reputant se dignos. Ideo nolunt remanere cum ęqualibus. Vnde si potentiā habeant seditionem faciunt. ¶ Deinde cum dicit: Mouetur quoq; &c̄. Declarat quando maxime mouentur Respublice. Et dicit ꝙ tunc maxime transmutantur Resp. quando duę partes quę uidentur esse cōtrarie: sicut diuites & populus ęquātur in potentia uel fere. Medii aūt nulli sunt aut ualde pauci: quia tūc quęlibet pars reputat se fortiorem alia: & nititur repellere aliam. Et si contingit unam partem superare aliam instituit Rempublicam quę sibi uidetur. Si autem una pars quęcunq; sit illa excedat aliam in multo manifeste: illa pars quę exceditur nolens perite subicitur parti quę ualentior est: Nec mouet seditionem contra illam. Et propter hoc manifestum est ꝙ illi qui excedunt alios in uirtute non mouent seditiōẽ; quia pauci sunt respectu multitudinis. Et tunc concludit ꝙ uniuersaliter principia & causę seditionū & transmutationū Rerump. sm hunc modum fiunt. ¶ Deinde cū dicit: Mutatur autē &c̄. Declarat quomō & qualiter dissidētes mouēt Resp. Et dicit ꝙ quandoq; mouent Resp. & trāsmutant per uiolentiam. Quādoq; per fallaciam & astutiam. Per uiolentiā dupliciter. Vno modo in ꝑncipio. s. inferēdo uiolentiā ꝙ Remp. quam instituunt teneant. Alio modo cogēdo posterius nō in ꝑncipio. quandoq; enim in

Tyranno expulso: in seipsum gubernationē conuertit. Et omnino hoc latere nō oportet ꝙ qui potētiæ causa fuerunt: siue priuati homines: siue collegia publica: siue tribus siue & pars aliqua Ciuitatis: siue quæcunq; multitudo seditionem cōmouent: aut enim qui honori illorum inuident: seditionem faciunt. aut ipsi propter præualentiam par habere cum cæteris non acquiescunt. Mouetur quoq; Resp. quādo ptes illæ Ciuitatis quæ contrariæ uidentur esse parificantur: ceu diuites & plæbs. Medium autem parum aut nihil omnino fit. Si eni quæuis pars ita robusta fiat ut ad illam quæ prædomiabatur proxime accedat: non tollerat post hac discrimina subire. Quapropter & qui uirtute præcellunt nullam (ut ita dixerim) faciunt seditionem. Pauci uero sunt: alii uero ꝑmulti. Vniuersaliter ergo in cunctis Rebuspublicis initia causæq; seditionum ac mutationum in hunc modum fiunt. Mutatur autem Respublica quandoq; per uim: quandoq; per dolum. Per uim autem: aut statim aut postea compellendo. Nam & fraus duplex est. Nonnunq̄ enim decepti ab initio sua demum sponte recipiunt alium gubernandi modum. Deinde postea uiolenter cōseruāt: ut accidit cum quadringēti illi Atheniensium Respublicas susceperūt. Affirmātes enim ꝙ Persarum Rex pecunias ad bellum contra Lacedæmonios subministraret

principio· Quandoq; enim in principio suadent per astutias talem uel talem Rempublicã & decipientes Ciues transmutant Rempublicam illis nolentibus· Et item in fine si nolunt resilire faciunt eis uiolentiam & cogunt eos tenere Rempublicam iam institutam: sicut accidit in quadringẽtis q decuperũt pplm dicentes ei ꝙ Rex daret pecuniam ad prœliandũ contra Lacedęmonios: & populus hoc audito noluit & instituit Rempublicam quam isti instituerũt· Postmodum uidens ꝙ mentiti fuerũt uolens contradicere illi conati: fecerunt tenere eãdem & obseruare facientes uiolentiam populo· Aliquando autem cõtingit ꝙ in ꝑncipio suadẽt & recipiũt Rẽp· & postmodum qđ eã obseruant & suadent illis persuasis ꝑncipant illis uolentibus· Et tũc recapitulat ꝙ sm plr̄ hoc est uniuersaliter sm dctã cõtingit fieri mutatiões oim Rerũp̃·

ac in eo mentiti nihilominus postea ui retinere gubernationem conati sunt. Interdum autem ab initio persuadentes: ac postea rursum persuasis sponte ac uolentibus retinẽt gubernationem. Simpliciter ergo oẽs Respublicas ex his quæ dicta sunt cõtingit mutationes fieri. ¶ Sed oportet in unaquaq; specie Rerump. hoc idem cõsiderare. Popularis ergo status maxime recipit mutatiões propter eorum hominum perfidiam q sunt quasi Duces in populo. Hi enim priuatim egregium quemq; calumniando conspirare simul compellunt. Cogit enim in unũ communis metus: etiam eos qui prius erant ini

Sed oportet zc· Postq̃ Philosophus declarauit causas & ꝑncipia seditiõis & trãsmutationis Rerumpu· in uniuersali in quibus plures ꝑncipant: in parte ista incipit determinare in speciali causas & principia seditiõis & trãsmutationis ipsarum· Et diuiditur in partes tres· In prima determinat cãs seditiõis & transmutatiõis status popularis· Secundo status paucorum: ibi: Paucoꝝ aũt zc· Tertio status optimatum: ibi: In optimatibus aũt zc· Prima in duas· In prima proponit intentum suum· In secunda prosequitur: ibi: Popularis ergo zc· In prima dicit ꝙ postq̃ determinatũ est de causis & ꝑncipiis seditiõis & transmutatiõis Rerump· in uniuersali: considerandũ est in spãli q̃ sunt accidẽtia sm q̃ fit trãsmutatio & seditio sm unãquãq; spẽz Reip· pertinẽtes & cõsiderãtes sm unãquãq; in spãli· ¶ Deinde cũ dicit: Pplãris ergo· Prosequit· Et diuidit in duas· In ꝑmo tagit cãm ꝑpter quã pplãris status trãsmutat absolute· In scđa tãgit cãm uel modũ trãsmutatiõis: ibi: Mutant ꝛc· Pria in duas· In pria facit ꝙ dictũ est· In secũda oñdit in quã Remp· antiquitus magis fiebat trãsmutatio: ibi: Vetustis qdẽ· Pria in tres· In pria ponit cãm trãsmutatiõis pplãris status· In scđa manifestat ꝑ exẽpla: ibi: Et hoc fere· In tertia reddit cãm cuiusdã dicti: ibi: Et apud· In pria dicit ꝙ pplãres status maxĩe trãsmutant & patiunt seditões ꝑpter malitiã eoꝝ q duces sunt in pplo· Isti. n. ꝑpter malitiã uł ipudentiã coaduuãt diuites: hoc ãt põt fieri duplr· Vno mõ calũniãdo eos· Est ãt calũnia falsi criminis impositio· Et qñq; dr̃ alienę rei usurpatio ꝑpter falsi crimis ipositionẽ· Qñ igitur isti Duces iponũt falsa crimia diuitibus: diuites coadunant inter se· & q̃uis diuites cẽnt seperati & fortassis inimici: ꝑpter tñ calũniã coadiuuant: qa timor cõis cõgregat & adiuuat eos q ualde sunt sepati· Et rõ huius ẽ: qa timor ẽ tristitia uł turbatio ꝑpter fantasiam futuri mali: & ideo ille q timet iqrit uias ꝑ q̃s possit uitare malũ opinatũ futuꝝ· Si ergo estimet ꝙ hoc faciet si coniungat se cum inimico: se cum illo· Est tamen intelligendum ꝙ si motus timoris minor fuerit quam motus inimicitię: non coniungetur cum inimico· Si autem maior coniũgetur cum eo ad repellendũ: semper enim sequitur motũ maiorẽ· Quare manifestũ est ꝙ diuites coniungũt se inuicẽ & ad unũ: & coniuncti insurgunt cõtra multitudinem & opprimũt eam & trãsmutãt Remp·· Alio modo coaduuãt Duces diuites ꝑcurãdo ꝙ multitudo grauetur a diuitibus: ut multitudo grauata ab ipsis inducta Ducibus insur

gunt contra diuites:& tunc diuites timentes opprimi a multitudine condunãtur & insur/
gunt contra multitudinem & transmutant Rempublicam. ¶ Deinde cum dicit:Et hoc fe
re &c̃. Manifestat per exempla:& diuidit̃ in quinq; secundũ quod manifestat per quinq;
exempla. Secunda ibi:Et apud Rhodum &c̃. Tertia ibi: Apud Heracleã &c̃. Quarto ibi:
Nec multo dissimiliter. Quinta ibi:Contigit hoc idem &c̃. In prima dicit quod si aliquis
consideret uidebit in multis quod
Popularis status transmutatur pro/
pter malitiam ducum populi: nam
in ciuitate quę dicitur Chous Po/
pularis status fuit transmutatus pro
pter maliciam ipsorũ:diuites enim
coadunati fuerunt & insurrexerunt
contra multitudinem & transmuta
uerunt Rempublicam. ¶ Deinde
cum dicit: Et apud Rhodum zc̃.
Ponit secundum exemplum & di/
cit,ꝙ in Rhodo insula duces popu
li qui ordinati erant ad tractandum
de stipendiis exoluendis quibus de
bebantur prohibuerunt ne redde/
rentur huiusmodi stipendia militi/
bus classis cum eis debentur ipsi aũt
coniuncti insimul propter metum
iudicii et iniurias prędictas cõpulsi
sunt dissoluere popularem statum
eorum. ¶ Deinde cum dicit:Apud
Heracleã. Ponit tertium exemplũ:
& dicit quod in ciuitate quę dici/
tur Heraclea status Popularis fuit
corruptus post recessum ipsorũ di/
uitum propter ipsos duces populi:
quia diuites propter iniurias illatas
recesserunt a ciuitate:deinde coadu
nauerunt se & coadunati superueni
entes destruxerunt statum Popula/
rem & instituerunt aliam Rempu/
blicam. ¶ Deinde cum dicit:Nec
multo dissimiliter. Ponit quartum
exemplũ:& dicit ꝙ in ciuitate Me
gareorum Popularis status fuit cor
rupt⁹ propter maliciam ducum po
puli:quia duces uolentes habere pecunias a diuitibus per bonorum publicationem eiece/
runt multos diuites:& hoc donec fuerunt multi exules facti. Diuites autem postmodum
coadunati fuerunt & uenientes contra ciuitatem impugnauerunt eam & deuicerũt: & tũc
corrumpentes Popularem instituerunt Paucorum statum. ¶ Deinde cum dicit:Contigit
hoc idem apud Cumas in Populari zc̃. Ponit quintum exemplum & dicit quod istud idẽ
accidit apud Cumas. Ab illa enim ciuitate fuit expulsus quidam nomine Trasimachus
a ducibus populi:postmodũ iste insurrexit cõtra multitudinẽ & deuicit & mutauit Rẽp.

micissimi:publice uero multitudinẽ irritãt. & hoc fere ubiq; in hunc modum fieri ui/
demus. Nam & apud Choũ Popularis sta/
tus interiit ob prauitatem eorum qui popu
lum ducebant:Nobilitas enim conspiratio
ne facta regimẽ ciuitatis arripuit. Et apud
Rhodum:impositis enim pecuniis: quæ cõ
ductis militibus soluerentur:potentes qui/
dam in populo pro se eas retinebant. Præfe
cti autem Classis cum pecunias non habe/
rent:ac nihilominus nauigare ex lege coge
rentur:ueriti pœnam iudicii:conspirationẽ
inierunt ad Popularem statum euertendũ.
Apud Heracleã quoq; populus oppressus
est ea de causa:potẽtes enim quidam in po/
pulo illatis iniuriis nobilitatem expulerũt:
illi uero postmodum cõspirantes & in unũ
conuenientes in urbem reuersi:populũ op/
presserũt. Nec multo dissimiliter apud Me
garenses Popularis status interiit. Ducto/
res enim populi quo pecunias per bonorũ
publicationem haberent multos e nobilita
te pepulerant : ut tandem facta sit perma/
gna exulũ multitudo. Exules ergo in unũ
cõuenientes prœlio superarũt :oppressoq; po
pulo Paucorũ potentiã constituerũt. Conti/
git hoc idẽ apud Cumas in populari statu

¶ Deinde cum dicit: Et apud alios zc̃. Assignat causam cuiusdam dicti. Dixit enim ꝙ duces populi mouent multitudinem contra diuites: declarat propter quam causam hoc faciunt: & dicit quod fere in omnibus aliis apparebit si aliquis consideret quod transmutatur Popularis status: hoc modo scilicet: propter malitiam ducum populi. illi enim mouēt multitudinem contra diuites uel ut bene habeāt a diuitibus propter iniustitiam: ut scilicet diuites propter iniuriam moueantur ad redimendum uexationem suam a multitudine odiente ipsos diuites: & tunc contingit quod diuites propter istam iniuriam coadunentur. Quandoq; autem hoc faciunt ut possessiones sint ęquales ut per hoc de possessionibus diuitum possint diuidere: Vel ut eorū redditus muneribus publicis subiciantur. Quandoq; autem imponunt crimina diuitibus: ut per hoc relegentur a ciuitate & a populo confiscentur possessiones ipsoꝝ. Sicut enim dictum fuit superius: isti duces populi adulatores sunt. & ideo faciunt ea quę placent multitudini: propter quod multum lucrum afferunt. ¶ Deinde cum dicit: Vetustis quidem zc̃. Declarat in quam Rempublicam magis antiquitus fiebat transmutatio Popularis status: quoniam in tyrannidem: Et primo proponit. Secundo probat cum dicit: Causa uero zc̃. In prima dicit quod in antiquis temporibus quando dux populi erat dux exercitus Popularis status transmutabatur in Tyrannidem ut frequentius: quia fere plurimi antiquorum qui fuerant Tyranni ex ducibus populi facti sunt. ¶ Deinde cum dicit: Causa uero zc̃. Assignat tres rationes eius quod propositum est: & secundum hoc diuiditur in tres. Secunda ibi: Tyrannides certe zc̃. Tertia ibi: Ac etiam zc̃. In prima dicit quod causa quare antiquitus transmutabantur in tyrannidem & modo non est: quia antiquitus duces populi assumebantur ex militantibus: isti enim erant magis discreti & facundi q̃ alii: quia exercitati. Et quia Rhetoricam habebat. Homines autem non erant cōmuniter potentes loqui: quia nec cōmuniter habebatur Rhetorica: & ideo illum qui magis erat facundus & discretus & exercitatus in bello eligebant in principem. Ille autem solus principans postmodum tyrannizabat & sic mutabatur Popularis status in tyrannidem: sed modo non sic est: quia Rhetorica augmentata est: & multi nouerunt eam: & ideo quicunq; possunt loqui & discreti sunt fiunt duces populi. Sed quia non exercitati sunt in bellicis: non audent inuadere principatum: ita ut aliquis solus principetur: nisi accidat ꝙ sit aliquis discretus & facundus prę aliis & exercitatus in bellicis. ¶ Deinde cum dicit: Tyrānides certe. Ponit scd̃am rōem & dicit ꝙ antiqtus

quem destruxit Trasimachus. Et apud alios fere quis inspiciat eodem modo contigisse: Interdum enim ut gratificētur iniuriantes nobilitatem conspirare faciunt: uel patrimonia diuidentes: uel redditus muneribus publicis subicientes. Interdum uero calumniantes ut bona opulentorum publicari faciant. Vetustis quidē temporibus quando idem erat potens in populo ac belli dux Populares Respublicæ in Tyrānidem mutabantur. Et profecto antiquorum Tyrannorū plurimi ex Popularibus hominibus facti sunt. Causa uero cur tunc fierent: non autem nunc illa est: quod tunc qui in populo maxime poterant ex his qui bello gerendo præficiebantur: Nondum enim dicendi peritiam habebant: nunc autem Rhetorica arte superueniente qui dicendi facultatem habent populos ducunt quidem: sed quia imperiti sunt Rerumpublicarum Tyrannidem inuadere non audent: ni sicubi parū aliquid tale incidit. Tyrannides certe

plures erant tyrannides q̃ modo. Et ratio erat: quia magni principatus cõmittebantur uni. ille autem trahebat dominium ad se & principabatur solus tyrãnizans: sicut accidit in Mileto ciuitate: quod cuidam fuit commissus consulatus qui multorum & magnorum dominium habebat: postmodum solus principans tyrannizauit. Quare igitur plures erant antiquitus tyrannides q̃ modo: & Respublica transmutabatur in illam: quę ut pluries accidebat ideo popularis status transmutabatur in tyrannidem.

frequentius fiebant prius q̃ nunc: & propter magnas potestates quibusdam commissas: ceu Mileti ex consulatu. multarum enim ac magnarum rerum potestatem habebat Consul. Ac etiam ob id: quia tunc urbes non erant magnæ: sed rure homines habitabant: ocium agentes: præterq̃ ab agris qui patroni erant in populis cum uiri militares essent Tyrannidem inuadebãt. idq; agebãt omnes præstita sibi prius fide a populo: quæ acquirebãt ex inimicitia aduersus opulentos: ut Athenis Pisistratus per factionem contra Pediacos susceptam: & Megaris Theogenes armentis opulentorum occisis: quæ iuxta flumen repererat pascentia. Et Dionysius accusans Dapheum & diuites meruit Tyrannidem Syracusis obtinere: propter inimicitiam nobilitatis sibi fide a populo præstita: quasi Popularis esset. Mutantur etiã Respublicæ ex consueta gubernatõne in ultimam spẽm popularitatis. Cum enim per electionem fiunt Magistratus: non tamen a censu. Eligit autem popu

¶ Deinde cum dicit: Ac etiam zc̃. Ponit tertiam ratiõem & dicit quod iterum manifestum est quod antiquitus transmutabatur Popularis status in tyrannidem: quia ciuitates nõ erãt multum magnę: immo populus habitabat in agris occupatus circa agriculturam. & ideo parum curabat de bono communi. Vnde illos qui erant magis sagaces & meliores in populo: quoniã bellicosi existebant populus pręficiebat: & principabantur tyrannice. Tyrannizabant autem: quia credebatur eis a uulgo: Et causa huius erat: quia persuadebant pauperibus contra diuites. Efficax autez persuasio erat inimicitia quam pretendebant contra ipsos diuites. Odio eniz habere inimicum alicuius facit ipsum bene credibilem illi: sicut accidit Athenis ꝙ quidam nomine Pisistratus fecit seditiones contra Pediacos. Et Megaris Theogenes sic nominatus a genere: & occidit iuxta quendam fluuium pecora diuitum Megareorum: & cepit illos qui pascebant pecora illa. & ex hoc beniuolus fuit populo. Similiter Dionysius accusauit quendam nomine Dapheum: & similiter diuites: & ex hoc reputatus est dignus principari principatu Tyrannico factus credibilis populo & reputatus fidelis. Tum quia popularis erat. Tum quia uidebatur inimicitiam habere ad diuites. ¶ Deinde cum dicit: Mutantur etiam Respublice ex consueta gubernatione zc̃. Declarat quomodo ex una specie Popularis status fiat transmutatio in aliam: & primo tangit modum. Secũdo remedium: ibi: Remedium autem zc̃. In prima dicit quod ex Populari statu patria in qua principantur aliqui liberi transmutatio fit in Popularem statum nouum: in quo tota multitudo dominatur secundum sententiam: non secundum leges: & non principatur aliquis secundum aliquam honorabilitatem Fit aũt transmutatio isto mõ: cum enim populus in tali Rep. ptãtem habeat in electiõe duces populi qui principari intendunt sua decreta proponunt ꝙ multitudo debeat principari: q̃a melior est q̃ aliqui de multitudine: & ideo melius est principari totã multitudinem

q̄ aliquos. Populus autem libenter audit iſtam allegationem: & ideo inſtituit ꝙ tota multitudo principetur ſecundum legem: & dicitur iſta Popularis ſtatus nouus. ¶ Deinde cum dicit: Remedium autem zc̄. Tangit remedium contra iſtum modum tranſmutandi Popularem ſtatum: quia iſta ſpecies in quam fit talis tranſmutatio peſſima eſt. Et dicit quod remedium ne fiat hmōi Popularis ſtatus: uel ut minus fiat eſt ſuſtinere & procurare ꝙ una Tribus eligat ita ꝙ una tribus mō eligat: deinde alia: & ſic deinceps & non tota multitudo. Minor enī eſt una tribus q̄ tota multitudo: & ideo melius eſt eligere tribus q̄ totam multitudinem. Dicebat enim ſuperius Philoſophus quod totam multitudinem eligere contingit dupliciter. Vno modo diuiſim: ut modo una tribus: deinde alia: ita quod omnes partes obtineant electōnem diuiſim. Alio modo cōiunctim. Et quia primū poteſt haberi accipiendum eſt magis. Et concludit quod propter iſtas cauſas fere fiunt omnes tranſmutationes ſtatus Popularis.

lus ambiētes populum Magiſtratuum gratia eo rem deducunt ut ſit populus dominus etiam legum. Remedium autē nē hoc omnino fiat: uel ut minus fiat illud eſt: ut tribus quidem Magiſtratum eligant non populus uniuerſus. Popularium igitur ſtatuum mutationes fere omnes per has fiunt cauſas. ¶ Paucorum autem gubernatiōes mutantur per duos maxime modos maniſeſtiſſimos. Vnum ſi iniuriis afficiant multitudinē: quilibet enim patronus ſufficit: & maxime ſi ex numero Paucorum dux aliquis exiſtat: quēadmodum in Naxo Ligdamus qui Tyrannidem poſtea inuaſit. Habet autem etiam ex aliis initium ſeditionis differentias: Quandoq; enim ab ipſis opulentis qui non honorantur fit diſſolutio: cum perpauci ſint illi qui dignitates uſurpant: ut in Maſſilienſibus: & in Hiſtro: & apud Heracleam: & in aliis Ciuitatibus

Paucorum autem gubernationes zc̄. Poſtq̄ determinauit Philoſophus cauſas ſeditionis & tranſmutationis ſtatus Popularis: in parte iſta determinat cauſas tranſmutationis & ſeditōnis ſtatus Paucorum in particulari: & diuiditur in partes duas: in prima tangit modos quibus tranſmutatur ſtatus Paucorum. In ſecunda recapitulat: Ibi: Paucorum igitur zc̄. Prima in duas. In prima ponit modos per ſe quibus tranſmutatur ſtatus Paucorum. In ſecunda ponit unum modum accidentalem: ibi: Fiunt etiam. Prima in duas. In prima proponit ꝙ duo ſunt modi quibus tranſmutatur. In ſecunda proſequitur ibi: Vnum ſi iniuriis. In prima dicit ꝙ ſtatus Paucorum tranſmutatur ſm duos modos qui ſunt ualde manifeſti. tranſmutantur enim propter diſſenſiones diuitum inter ſe: & propter diſſenſionem pauperum ad diuites. ¶ Deinde cum dicit: Vnum ſi iniuriis. Proſequitur: & primo primum. Secundo ſecundum: ibi: Habet autem. In prima dicit ꝙ propter unum tranſmutatur ſtatus Paucorum: ſcilicet ſi diuites principantes opprimant multitudinem iniuſta faciendo: Cum enim grauatur multitudo inſurgit cōtra diuites & expellit eos & ſic corrumpit ſtatum Paucorum. Quęcunq; enim ſit multitudo ſi pręſens & unanimis ſit ſufficiens eſt ad expulſionem diuitum & corruptionem ſtatus Paucorum maxime potens. quare & maxime ſi populus unum ex Paucorum numero eligat & ducem faciat: ſicut factum fuit in Naxo: ubi Ligdamus aſſumptus fuit in pręſidem ex Paucorum ſtatu: qui poſtmodum tyrannizauit ſuper illos Naxeos. ¶ Deinde cum dicit: Habet autem zc̄. Proſequitur alium modum qui eſt propter ſeditionem diuitum inter ſe: & diuiditur in ſeptem ſecundum quod ſunt ſeptem modi. Secunda ibi: Mutata eſt etiam Gnidi zc̄. Tertia ibi: Mutantur etiam Paucorum zc̄. Quarta ibi: Quod idem accidit in &c̄. Quinta ibi:

Euertuntur etiam zc̄·Sexta ibi:Fiunt etiam zc̄· Septima ibi:Sępe etiam zc̄· In prima dicit quod principatus Paucorum potentię patitur seditiōem ab aliis diuitibus·Contingit enim quandoq; quod illi diuites qui non sunt in principatu corrumpant Rempublicam·Et hoc accidit quando illi qui principantur sunt pauci:sicut accidit in Massilia:& in Histro & in Heraclea & in quibusdam aliis ciuitatibus· Contigit enim in illis quod illi diuites qui nō principabantur exiuerūt ciuitatem uel propter iniuriam illatam eis uel propter inuidiam:& erant extra ciuitatem donec possent transmutatate antiquiorum fratrum principatus & postmodum iuniorum· Similiter enim pater & filius nō principabantur:sed pater tantum uel filius tantum:nec nisi duo fratres:uidelicet antiquior & iunior· Et maxime accidebat in illis ciuitatibus in quibus pauciorum patritia illustrior erat: & sic accidit in Histro ubi propter dissensionem diuitum ex prędictis causis exortam mutatus est status Paucorum in Popularem·Et similiter in Heraclea a paucioribus ad sexcentos propter eandem causam transmutatus est·¶De inde cum dicit: Mutata est etiā zc̄· Ponit secundum modum & dicit quod in Gnido ciuitate transmutata fuit Paucorum potentia propter hoc quod diuites inter se fecerunt dissensionem· Cum enim pauci essent principantes & plures diuites: non principantes fecerunt seditionem· Cum enim pater principaretur & filius non posset:mouebat seditionem filius contra patrem · iterum cum plures fratres non possint principari:sed senior:minor mouit seditinoem aduersus fratrem seniorem Ipsis autem dissentientibus:multitudo grauata propter eorum seditionem insurrexit contra illos & optinuit & assumpsit sibi in principem unum ex illis·Cum enim diuites sint diuisi non possunt obtinere contra multitudinem:nam quod diuisum est propter seditiōem debile est:Omnis enim uirtus diuisa minor est seipsa unita·Similiter & apud Erithrienses cum esset status Paucorum Regiarum urbium antiquitus:Quamuis principantes bene regerent illos qui erant in Republica:Tum quia pauci erant:populus indignatus insurrexit: & transmutauit Rempublicam Paucorum·¶Deinde cum dicit:Mutantur etiam Paucorum gubernationes ex seipsis zc̄·Ponit tertium modum:& primo ponit ipsum · Secundo manifestat ipsum ibi·Hoc autem dupliciter fit:quandoq; enim zc̄·In prima dicit quod iterum transmutantur Paucorum status quasi ex seipsis a principio intrinseco propter dissensionem & contentionem ipsorum & plus posse uolunt·

accidit : Homines enim ab honoribus exclusi res nouas moliri non cessant quo ad ipsi quoque honorentur: quibusdam enim locis non simul ad Rempublicā gubernandam recipiuntur filius & pater. Alicui uero frater senior ac iunior: & ubi Paucorum potentia ciuilior est:ut in Histro ad popularem recidit. Apud Heracleam uero a paucioribus ad sexcentos. Mutata est etiam gnidi Paucorum potentia seditione inter nobilitatē ipsam coorta:ex eo q̄ pars eorum ab honoribus excludebatur. Siquidem pater filium impediebat:& frater fratrem: nec nisi qui senior foret honorabatur: Insurgens enī populus per illorum discordiam ac ducem nactus ex ipsa nobilitate peruicit. imbecillis enim aduersa pars erat. Et apud Erithrienses in Paucorum gubernatione Regiarum urbium antiquis temporibus licet diligenter curarent qui in gubernatione illarum

¶ Deinde cum dicit: Hoc autem dupliciter fit zc. Distinguit duos modos quibus prepo/
tentes mutant suum regimen: id est Paucorum potentiam. In prima dicit ꝙ hoc quod di/
cum est: q. s. potentes propter factiones mutent gubernationem Paucorũ: duobus modis
fit. Vno modo quando predicti potentes adiungunt sibi alios ex ipso numero paucorum
quia sic per huiusmodi diuisionem mutant Remp. sicut Calicles Athenis fecit cum essent
triginta potentes: & Phrimeus cum
essent quadringenti: sic enim eos di
uidẽdo mutauit eoꝝ statũ. alio mõ
qñ pauci prepotentes cõciliant sibi
plebem: sicut contigit in Larissa ci/
uitate: In illa enim principantes ha/
bentes custodiam ciuium: quia eli/
gebantur a populo & colendo ple/
bem regebant ipsam. Similiter in
aliis gubernationibus Paucorum.
in quibus ipsi potentes qui pos/
sunt gerere Magistratum non eli/
gunt ad magistratus: sed permitti/
tur ciuibus electio uel plebi: ita ta/
men quod secundum magnos cen
sus uel ex determinato alio genere
fiat electio: ut Abidi. & similiter ipsi
qui Rempublicam gubernant non
iudicant: sed hoc permittunt plebi
eam colendo. Vt igitur eorum suf/
fragia promereri possent cũ & ele/
ctio & iudicia ad plebem spectent
nimium fauentes populo Rempu/
blicam mutabunt: uidelicet ex pau
corum potentia in popularem: ut
apud Heracleam contigit quę est
in Ponto. ¶ Deinde cum dicit: Qđ
idem accidit zc. Ponit quartũ mo/
dum. & diuiditur in tres. In prima
ponit modum illum. In secunda o/
stendit quando maxime corrum/
pitur Paucorum status: ibi: Fiunt
etiam zc. Tertio quę Paucorũ po/
tentia nõ defacili corrumpitur: ibi:
Concors uero zc. In prima dicit ꝙ
Paucorum status cõtingit corrum/
pi ex se quando sunt aliqui diuites
principantes & principatus reduci/
tur ad pauciores: ita ꝙ pauciores
principentur q̃ prius: tunc enim di
uites qui expelluntur a principatu uidentes se contemni uolentes magis ęquale & propor
tionale q̃ quod aliis sint subiecti conuocant populum in auxiliũ: & tunc transmutant Rem
publicam. ¶ Deinde cum dicit: Fiunt etiam mutatinnes in zc. Ostendit quando ma

uersabantur: tamen quia perpauci erant
non tulit populus: sed Rempublicam mu/
tauit. Mutantur etiam Paucorum guber/
nationes ex seipsis propter factiones ipso/
rum qui plus posse uolunt. Hoc autem du
pliciter fit. Quandoq; enim sibi asciscunt
& coniungunt alios ex ipso numero Pau/
corum: ut Athenis in triginta illis fecit Ca/
licles: & in quadringentis Phrimeus. Quã/
doq; uero ipsi qui sunt ex Paucorum nu/
mero uendicant sibi plæbem: ut apud La/
rissam: nobilitas plæbẽ colebat ex eo: quia
per plæbem fiebat electio Magistratus illi/
us qui Custodia Reipublicæ uocabatur: &
in quibuscunq; gubernationibus Pauco/
rum non illi ipsi eligunt ad Magistratus:
qui & gerere illos possunt: sed ex censibus
magnis tribuuntur: uel ex aliquo corpore.
Electio tamen eorum per ciues fit: uel per
plæbem: ut Abidi: & ubi iudicia non sunt
ex his qui Rempublicam gubernant co/
lendo plæbem: quo eorum suffragia prome
reantur Rempublicam mutant: ut apud
Heracliam contigit quæ est in Ponto.
Quod idem accidit quando in gubernatio
ne Paucorum quidam existentes ad paucio
res ẽt Remp. trahunt. Pares enim cæteris
esse quærentes compellũtur populũ in sui
auxiliũ adhibere: Fiũt etiam mutationes in

xime corrumpitur status Paucoꝝ:& dicit φ contingit statum Paucoꝝ transmutari:maxi/me.s.qñ diuites consumpserunt bona sua uiuendo impudice & inhoneste. Cũ enim assue uerũt uiuere deliciose consumẽtes propria oõ babẽtes diuitias:appetunt undecũq; bẽre eas ut possint cõtinuare delitias assuetas. Credunt aũt se posse bẽre diuitias quas appetunt unde cunq; bẽre eas ut possint continuare delitias assuetas. Credũt autem se posse babere diuitias si turbent Remp. & ideo querũt & procurant innouare Remp. & tunc contingit φ isti preferant & principentur tyrannizãtes:quia enim cõ/sumpserunt bona sua uiuendo uo/luptuose cum aliis contingit φ ba/beant amicos:amant.n. maxime li/berales uiuendo & expendendo. Et ideo contingit cum turbant remp. φ babent amicos fautores & prefi ciuntur. Si aũt nõ possint prefici in Tyrannum procurant & disponũt φ alius sit princeps: ut per boc acq rentes amicitiam illius possint bẽre quid expendant: sicut accidit in ci/uitate Syracusanoꝝ:Hipparmus.n. cum consumpsisset bona sua & oõ posset prefici in principem:procu/rauit φ Dionysius tyrannizaret: & in ciuitate quç dicitur Ampbibolis quidam: cui nomẽ erat Cleotimus Calcidẽses aduenas induxit: & mouit seditionem contra diuites. Simi liter in Egina ciuitate cum quidam mouisset causam contra Caribem cum consumpsisset bona sua: conatus est transmutare Rempublicam propter eandem causam:ut scilicet posset babere diuitias ex quibus delitiose uiueret. co/nantur ergo isti transmutare Rempublicam secundum bunc modum mox ut possunt: & si non possunt prefici in Tyrannos nec procurare aliquem alium:furantur & rapiunt bo/na communia: & ideo faciunt sediriones uel isti uel isti qui pugnant contra illos fures & raptores ex quo contingit mutare Rempublicã:sicut accidit in Apollonia:quç est in Pon/to:ibi enim cum quidam consumpsisset bona sua & non posset prefici in Tyrannum nec procurare quod alius esset incepit rapere & furari bona communia : & tunc mota fuit se/ditio in ciuitate. ¶ Deinde cum dicit : Concors uero si sit Paucorum gubernatio ex ſe. Ostendit qui Paucorum status non defacili corrumpitur:& dicit φ ille status Paucorum non defacili corrumpitur in quo diuites sunt concordes ex se & bene utunt omnibus quç subsunt Reipublicç unoquoq; secundum gradum suum. Signum autem dicit esse Rempu blicam quç erat in ciuitate quç dicebatur Pbarsaleũ:illi enim qui ibi regnabant pauci erãt tamen multorum erant domini. Vnde bene utentes seipsis unicuiq; attribuentes quod pro portionabile erat:quia tales uniuntur in uoluntate finis & in uoluntate eorum quç sunt ad ad finem & unum finem intendunt & ea quç sunt ad illum finem. Rempublicam aũt tali um non est facile corrumpere Et dicit ex seipsa:quia ab exteriori agẽte potest corrumpi.

gubernatione Paucorum quando prodiga liter uiuentes qui gubernant per luxuriam patrimonia consumpserunt:optãt enim res nouas hmõi homines: Tyrãnidemq; uel si/biipsis:uel alteri affectant : quemadmodũ Hipparmus dionysiũ Siracusis:& Amphi boli Cleotimus Calcidenses Colonos super induxit : & cum uenissent seditionem cum illis contra diuites fecit:& in Egina qui ne gocium illud Carithi Atheniensi confece/rat res nouas molitus est:propter huiusmo di causam . Hi ergo homines consumptis patrimoniis aut res nouas cõmouent : aut Remp. furtis expilant. Itaq; seditiones aut ab ipsis aut ab illis concitantur : aut eorũ furta nõ tollerãt:ut Apolloniæ quæ ẽ in Põ to accidit. Cõcors uero si sit paucoꝝ gũber natio ex seipsa nõ facile ĩteriit huius signũ est apud Pharsalũ urbẽ Reip. status pauci

& ideo quęrebat si ex ipso erant pregnantes: tunc alii moti propter contumeliam puerorum insurrexerunt contra Periandrum. ¶ Deinde cum dicit: Philippus uero zc̄. Ponit tertium exemplum: & dicit quod insurrectio quę fuit contra Philippum Regem Macedonię facta est a quodam qui dicebatur Pausanias facta fuit: quia Philippus permisit Pausaniam contumeliam pati a quodam qui erat coniunctus eidem Philippo uel consanguinitate uel officio. Fuit autem iste Philippus Rex Macedonię pater Alexandri Magni. ¶ Deinde cum dicit: Et Amintas paruus zc̄. Ponit quartum exemplum & dicit quod Amintas a Darda quia iactaret se in illius ętatem & staturam eius irrideret quod erat paruus. Deinde cum dicit: Et Eunuchus ab Euagora zc̄. Ponit quintum exemplum et dicit quod Euagoras Cyprius insurrexit contra Eunuchum Regem quia eius filiam in concubinam elegerat & interfecit illum. Sic igitur apparet ex istis quod contumelia facta in personam coniunctam causa est insurrectionis contra personā Monarchę. ¶ Deinde cum dicit: Plurimę uero inuasiones factę sunt ex eo quia zc̄. Declarat quod contumelia facta in personam propriam causa est insurrectionis contra personam Monarchę: et primo proponit. Secundo probat per exempla ibi: Qualis fuit inuasio illa Cratei aduersus &c̄. Adhuc secunda diuiditur in quattuor secūdum quod declarat per quattuor exempla. Secūda ibi: Fuit una cum illo ad 'rempatrādam &c̄. Tertia ibi: Paron uero. Quarta ibi: Adamas uero. In prima dicit quod multę insurrectiones factę sunt contra Monarchas: quia faciebant contra contumeliam uel uerecundiam in personam alicuius. ¶ Deinde cum dicit: Qualis fuit. Declarat & dicit: ita dictum est ꝙ propter contumeliam factam in personam propriam fiunt insurrectōnes: sicut fuit facta insurrectio Cratei cōtra Archelaum. Iste enim Archelaus grauiter se habebat ad Crateum colloquendo & inducendo ipsum ad concubitum contra naturam. Causa enim quam pretendebat & si ut sufficiens proponebatur: minor tamen fuit & occasionalis magis scilicet: quia Archelaus cum promisisset Crateo dare unam de filiabus suis: nullam uoluit dare: sed filiam primo genitam post bellum quod habuit contra Syriam & Arabiam dedit cuidam Regi qui dicebatur Cleuias. Filiam minorem dedit filio Amintę: credens quod cum ille esset filius Cleopatrę non esset aduersaturus. Ista enim causa insurrectionis pretendebatur: sed causa principalis & principium inimicitię & separationis ab eo fuit: qa uolebat eum sustinere ad concubitum preter naturam propter corruptionem. ¶ Deinde cum dicit: Fuit una cum illo. Ponit secundum exemplum & dicit ꝙ Ellanocrates Larisseus

esset. Philippus uero a Pausania occisus est quia non ulciscebatur contumeliam sibi factam ab Attalo. Et Amintas paruus a Darda: quia iactaret se in illius ætatem. Et Eunuchus ab Euagora Cyprio: ꝙ enim mulierem elegerat eius filiam quasi contumelia affectus eum necauit. Plurimæ uero inuasiones factæ sunt ex eo quia in corpus uerecundiam intulissent. Qualis fuit inuasio illa Cratei aduersus Archelaū: semper enim molesta illi fuerat cōsuetudo eius. Itaq; parua etiam occasio sufficiens fuit: uel quia filiarum nullam sibi dederat cum se daturū promiserat sibi: sed primā occupatus bello aduersus Syriam & Arabeum tradidit Regi Cleuiæ. Alterā uero filiam minorem natu filio Amintæ coniugauit: existimās per hunc modum minime sibi fore aduersaturum ex Cleopatra genitum: sed indignationis principium extitit quod grauiter ferebat se ad libidinis gratiam haberi.

insurrexit contra eundem Archelaum propter causam eandem. Cum enim permittens ei aliqua ad alliciendum abuteretur ętate ipsius credidit q᷑ hoc faceret propter contumeliam quia uero deducebat & non propter amicitiam: & ideo insurrexit contra eundem. ¶ Deinde cum dicit: Paron uero. Ponit tertium exemplum & dicit q᷑ Paron & Heraclides insurrexerunt cõtra Enii cotym & inferentes suppliciũ patri interfecerũt eum. Et hoc fuit propter contumeliam eis factam a filio illius. ¶ Deinde cũ dicit: Adamas uero. Ponit quartũ exemplũ et dicit q᷑ Adamas recessit a coto Monarcha: quia cum esset puer ille Cotus castrauit eum: & tunc Adamas propter iniuriam quam passus fuerat insurrexit contra illum. ¶ Deinde cum dicit: Multi etiã zc. Ostendit quod quandoq; fit insurrectio propter afflictionem in corpore & diuiditur in partes duas. In prima proponit. In secunda manifestat cũ dicit: Vt Megades zc. In prima dicit quod multi qui afflicti fuerant in corporibus sustinentes percussiones uel uulnera insurgentes contra ipsum Monarcham destruxerunt siue interfecerunt. Alii autem passi iniuriam propter talem afflictionẽ inuaserunt principatum & potentatum. ¶ Deinde cum dicit: Vt Megades zc. Manifestat et diuiditur in tres secũdum quod manifestat per tria exempla. Secunda ibi: Et postea &c. Tertia ibi: Archelai uero necis &c. In prima dicit: ita dictum est quod fiunt insurrectiones propter afflictiõnem. Sicut enim in Mitilene insula Megades insurrexit cõtra quosdam conuicinos suos & circumstantes: propter hoc quod manus iniecerunt in eum clauis pulsantes & uerberantes eundem propter quod cum amicis suis interfecit eos. ¶ Deinde cum dicit: Et postea zc. Ponit secundum exemplum & dicit quod postmodum cum Sinerdes a Pentilone fuisset uulneratus ab eodem & cesus per uxorem suã eualisset insurrexit cõtra illũ & interfecit eum. ¶ Deinde cum dicit: Archelai uero necis princeps fuit Dechamnicus zc. Ponit tertium exemplum & dicit quod Dechamnicus fuit dux & causa principalis insurrectionis quę fuit facta contra Archelaum: & fuit primus exacerbans & commouens illos qui insurrexerunt in ipsum. Causa autem irę quare alii insurrexerunt & ipse insurrexit fuit: quia Archelaus tradidit eum flagellandum Euripidi poetę qui contra ipsum iratus infremuit: quia Dechamnicus dixit quod os habebat fetidum: propter hoc motus Euripides flagellauit Dechamnicum quod fuit causa irę. Propter quod insurrexit ipse contra Archelaum.

Fuit una cum illo ad rem patrandam Ellanocrates Larisseus ob eandem causam. Q᷑ enim abusus ætate illius non ut promiserat deducebat ob contumeliam fieri ratus est non ob amorem. Paron uero & Heraclides Enii Cotym peremerunt patri ma ctãtes. Adamas uero a Coto rebellauit quasi contumelia affectus q᷑ ab eo in pueritia excectus esset. Multi etiam ob uerberatum corpus uel interfecerunt ira perciti: uel impetum fecerunt quasi contumelia affecti: & contra homines in potestate constitutos: & cõtra Reges. Vt Megades apud Mitilenũ Magistratus circumeũtes: & clauis pulsantes cum amicis aggressus interfecit. Et postea Sinerdes uerberibus cæsus & a muliere tractus Pentilon interemit. Archelai uero necis princeps fuit Dechamnicus: Is enim primus cæteros aggressores commouit & irritauit. Causa uero fuit irarum q᷑ illum Archelaus Euripidi poetæ uerberandum tradidisset. Erat uero infensus illi Euripides ob maledictũ in ipsius insuauitatẽ oris iactatum. Et alii cõplures tali de cã uel interfecti sũt; uel in piculũ ĩsidiari uenerũt

Similiter quoq; propter metum : hic enim una ex causis est ut in rep. sic etiã in unius gubernatiõe:ceu Xersem Arthaphanes metuens calumniã de Dario ꝙ eum eleuasset: Xerxe non iubente: sed putans illi ueniam esse datam propter cœnam quasi ab ignoscente. Aliæ uero propter contemptum : ut uidẽs quidam Sardanapallum Regem inter eas mulieres pensa diuidentem si modo hæc fabula uera fuit:& si non in illo : attamen hoc in alio uerum esset. Et Dionysium posteriorem Dion inuasit quod eum contẽnebat : conspiciens ipsum Dionysium semper ebrium :& ciues Syracusanos ita se habere. Amicorum etiam quidam insurgunt propter contemptum : Ob fidem enim eis adhibitam spernunt tanq̃ facultatem habentes clam moliendi:& putantes se dominatiõem obtinere posse quodammodo per contemptum inuadunt. Tanq̃ enim potentes & contemnentes periculum propter suã potentiam faciliter insurgunt:ut duces quidam exercituum aduersus principes suos: quẽadmodũ Cyrus contra Astiagem:cuius & uitã & potentiã contemnebat : cernẽs & copias eius iam cõsenuisse & ipsum in delitiis uitã agere. Et Seuthis cũ esset dux exercitus Amadoci. Quidã uero hmõi plurimũ gratia insurgunt:ceu propter contemptum

Sic igitur multi insurrexerũt propter tales causas:& quidã ipsoꝝ interfecti sunt alii graues insidias & turbationes passi sunt. ¶ Deinde cum dicit:Similiter queq;. Declarat ꝙ aliquando fit insurrectio propter timorem:& dicit ꝙ sicut fit insurrectio propter iniuriam sic aliquando fit propter timorem. Timor enim est una de numero causarum insurrectionis: sicut iniuria contra Monarchias: sicut Arthaphanes uoluit repellere Xersem a principatu monarchico:qa timebat ipsum propter crimen quod cõmiserat cõtra Darium: quia suspenderat quendã notum eius: quãuis Xerxes nõ precepisset: sed credebat ꝙ indulgeret eidem nõ memorans factum post comestionem: sed cum recoluisset & uoluisset punire ipsum:timẽs punitionem insurrexit contra eum. ¶ Deinde cum dicit: Aliæ uero ⁊c. Declarat ꝙ aliquãdo fit insurrectio propter contemptũ: & primo facit hoc in uniuersali. Secundo ostẽdit ꝙ amici etiã quandoq; propter cõtemptum insurgunt: ibi: Amicorũ etiam. Dicit igitur primo ꝙ fiũt insurrectiones aliqñ propter contemptum:sicut quidam uidens Sardanapallũ deditũ uoluptatibus & comessationibus semper ludẽtem cũ mulieribus in palacio: nunq̃ exeuntem ad proelia nec exercẽtem se in uenationibus. Si uerum est hoc de ipso sicut dicunt fabulantes. Si autẽ nõ est uerum de illo tamẽ de aliquo alio:poterit esse hoc uerum insurrexit contra illum. Similiter Dion insurrexit contra Dionysium q posterius tyrannizauit: quia despexit eum uidens ipsum semper ebrium & uoluptuosum:& uidens ꝙ ciues ipsum contemnebant. ¶ Deinde cum dicit:Amicorum etiam ⁊c. Declarat ꝙ amici propter despectũ aliquando insurgũt contra amicos propter despectũ:quia contemnunt eos. quia enim cõfidunt de ipsis & familiares sunt eis:contemnunt eos quandoq;:credentes ꝙ obliuiscantur iniurię illatę propter amicitiam : Nimia enim familiaritas parit contemptum. Et quia credunt posse obtinere principatum . & quia contemnunt insurgunt contemnentes periculum unde defacili inuadunt. Tum quia sperant optinere. Tum quia potentiam habent non timentes periculũ: Tum quia contemnũt:sicut duces exercitus aliquando Monarchas inuadunt propter causam istam: sicut Cyrus contemnens modum uiuendi Astiagis turpem & inhonestum ad proelia uidens ipsum delitiose

uiuere & preter rationem insurrexit contra ipsum. Similiter autem & Seuthis dux exercitus de Thracia prouincia recessit ab Amadocho propter eandem causam: & insurrexit contra ipsum. Sunt etiam alii qui propter plura istorum insurgunt: & quia contemnūt & propter lucrum: sicut Hariobarzanem Mithridates. ¶ Deinde cum dicit: Maxime uero &c. Declarat qui maxime insurgunt propter tales causas: & dicit quod maxime insurgunt qui naturaliter audaces sunt: sicut illi in quibus est habundātia caloris & spiritus: & potentiam habēt & facti sunt duces exercitus a monarchis. Inclinatio enim ad opera uirilia: siue ad audaciam & potentiam reddunt hominem audacem in actu: & propter ista duo quasi existimantes se preualere insurgunt.

Eorum uero &c. Postq̄ Phs posuit principia per se corruptionis monarchiarum: consequenter adiūgit unum principiū eius per accidens: & primo ponit causam istam siue principiū. Secundo ostendit ꝙ pauci insurgunt propter illam: ibi: Sūt tamen. In prima dicit ꝙ illi qui insurgūt propter appetitum honoris. Alio modo insurgunt q̄n̄q; ꝙ sint modi prius dicti ƀm quos aliqui insurgunt. Sunt enim aliqui qui propter amorē honoris qualiscunq; insurgunt: facientes seditionem nō sicut alii qui inuadunt eos ut optineant diuitias & honores magnos quos uident eos habere: cōueniunt tamen in hoc hi & illi ꝙ exponunt se periculo & eligunt periclitari: sed propter aliā & aliam causam: quidam scilicet propter hoc ut obtineant diuitias aut principatum: aut utrunq;. Alii autē ut faciant aliquā actionem singularem & notabilem: propter quam nominati sint apud alios: non curantes nec principatum nec diuitias. ¶ Deinde cum dicit: Sed tamen. Ostendit ꝙ paucissimi insurgunt propter talem causam: & dicit quod quāuis aliqui insurgant contra Monarchiam propter appetitū huiusmodi honoris: paucissimi tamen sunt: quoniam talis qui impetum facit contra monarchiam si debeat preualere oportet quod non timeat mortem: & sic existimet sicut existimabat Dion cum insurrexit contra Dionysium: sed hoc non est facile multis. Ille enim Dion cum paucis militibus inuasit & insurrexit contra Dionysium: & dicebat quod quomodocunq; posset procedere contra illum hoc sufficiebat sibi: si tantum faceret quod terram inuaderet & Dionysium: & si postmodum mors sibi accideret bene erat sibi: nō curans nec timens de ipsa. Sed istud difficile est: & pauci sunt sic negligentes uitam propriam & cōtemnētes mortem. Propter quod manifestum est ꝙ pauci sunt qui inuadant

& propter lucrum: uelut contra Hariobarzanem Mithridates: Maxime uero propter hanc causam insurgunt hi qui sunt natura supbi: & honorem habent ex rebus bellicis apud dn̄antes & principes. Fortitudo.n. potentiā habēs supbia est: ꝑ quas ambas quasi faciliter superaturi eos aggrediuntur. Eorum uero qui ob honoris cupiditatē insurgūt alius modus est causæ ultra iam dictos Non enim ut quidā Tyrānos inuadūt spe magnoꝝ cōmodoꝝ: magnorūq; honorum quos in illis cernunt inducti sic: & qui ob honoris cupiditatē eos aggrediuntur. Sed illi quidē ut ea sibi arripiant quæ in Tyrānis admirabantur: hi aūt ut ex re gesta memorabili atq; egregia famā ac celebritatem nominis consequant: nō dn̄ationem acquirere uolentes sed gloriam. Sunt tn̄ perpauci qui ob hanc cām moueant. Constituendū est.n. sibi uiuendū nō esse nisi rem cōfecerint: quibus adesse oportet Dionis ꝓpositū nō facile quidē fieri in multis. Ille.n. cū paucis militibus cōtra Dionysiū profectus ait q̄tūcunq; progredi posset satis id sibi foret: ut si uel paꝝ terræ illius inuasisset pul

monarchiam propter appetitum huiusmodi honoris. ¶ Deinde cum dicit: Corrumpunt autem zc. Determinat causas & principia corruptionis monarchiarum in speciali: & primo Tyrannidis. Secundo Regum: ibi: Regnum autem zc. Prima in duas. In prima tangit modos quibus corrumpitur. In secunda tangit causas propter quas maxime corrumpitur ibi: Cumq; duę zc. Prima in duas secundum quod tangit duos modos corruptionis Tyrannidis. Primus modus est a causa extrinseca: secundus ab intrinseca. Secundus ibi: Alio autem modo zc. In prima dicit q Tyrannis uno modo corrumpitur sicut quęlibet alia Resp. a causa extrinseca: ut si fuerit aliqua Respublica potentior cōtraria propinqua illi: tunc enim illa ualentior: quia contraria est isti ipsam corrūpet: Non enim potest dici q per cōsilium poterit precauere ne corrumpatur: quia ad bene consiliandum requiritur appetitus recti finis. Consiliari enim est de his quę sunt ad finem. & recte consiliari de his quę sunt ad rectum finem. Sed Tyrannis nō habet rectum finem: nec appetitum rectum: immo electio siue appetitus ipsius est contrarius recto fini: & ideo non poterit resistere alteri Reipublicę propter consilium: cum alia sit potentior. Omnes eniz uolentes aliquid agere: si habeāt potentiam: agunt quę uolunt. ideo alia Respublica contraria & ualentior corrumpet istam. Tyrānidi autem contrariatur Popularis status: sicut dixit Hesiodus: per accidens: sicut figulus contrarius est figulo: Non enim est figulus per se contrarius figulo: imo est sibi similis: sed per accidens inquantum unus impedit bonum alterius: scilicet lucrum: sic Popularis status contrarius est Tyrannidi: non per se: sed inquantum una impedit aliam. Vltima enim species eius pessima est: quę est quędam Tyrannis: sicut patet ex quarto huius. Sed Regnum & Optimatum status per se contrarii sunt. intendunt enim diuersos fines: quia unus corrumpit aliū. propter quod contigit q Lacedęmonii multas Tyrannides corruperunt: quia potentiores erant. Similiter Siracusani q̄diu habuerunt bonam Rempublicam. Habebant enim Optimatum. ¶ Deinde cum dicit: Alio autem modo corrumpuntur cum in se ipsis seditionem zc. Tangit secundum modum corruptionis: & dicit q aliquando corrumpitur Tyrannis: non a causa extrinseca: sed intrinseca. Contingit enim quod Tyrannis habeat quandoq; aliquos familiares qui attingunt aliquo modo ad principatum & participant honoribus. Quādo igitur tales faciunt seditionem: cōtingit quod corrumpitur Tyrannis: sicut contigit circa Tyrannidem Gelonis prius: posterius

pulchrum iam sibi mori existimaret. Corrumpuntur autem Tyrannides uno quidē modo ut unaquæq; aliarum Rerumpublicarum ab extra si aliqua sit cōtraria Resp. robustior: nam uolūtas quidem aderit propter contrarietatem electionis. quæ autem uolunt omnes efficiunt: modo possint. Contrariæ uero sunt gubernatiōes populus quidem Tyrannidi secundum Hesiodum: ut figulo figulus. nam gubernatio populi illa postrema Tyrannis est. Regia uero potestas & Optimatū gubernatio ꝓpter contrarietatē gubernādi. quapropter Lacedæmonii multas euerterunt Tyrannides: & Syracusani per id tempus quo Resp. eorū recte gubernabatur. Alio autem modo corrumpuntur cū in se ipsis seditionem habēt: quēadmodum circa Gelonē factum est: & nunc circa Dionysiū. Gelonis enim filiū Trasibulus Hieronis frater ꝑ illecebras & uoluptates traducebat ut ipse dominaretur. Domestici uero ac necessarii per factionem repugnabant ut nō Tyrānis oīno solueret sed Trasibulus. Verum alii inter hæc cōspirātes eam occasionē nacti ipsos oēs pepulerunt. Dio-

autem circa eam quę Dionysii. Familiares enim Gelonis insurrexerūt contra ipsum:& expulerunt eum. Similiter & quidā contra Dionysium. Seditio autem quę fuit facta contra Gelonem fuit facta a Trasibulo qui frater fuit Hieronis: qui filium Gelonis traducebat per illecebras et uoluptates: ut sic contemptibilis fieret Populo & repelleretur a principatu:& ipse Trasibulus principaretur. Cum igitur congregasset familiares & amicos cauens ne dissolueretur Tyrannis sed ipse tyrannizaret: considerantes tempus inconueniens ipsum Gelonem & omnes amicos ipsius expulerunt & remansit Trasibulus solus. Contra Dionysium insurrexit Dion: qui curā habebat de Rep. Erat enim familiaris eidem & assumēs sibi populum in auxilium: insurrexit contra ipsum & expulit eum & interfecit. ¶ Deinde cum dicit: Cumq; duę. Tangit causas propter quas maxime corrumpitur: & primo tangit causas istas sm se & absolute. Secundo concludit causas corruptionis eiusdem in comparatione ad Resp. intensas. s. Paucorum & Popularis status: ibi: Vt autem. In prima tangit illas causas. In secunda tangit quandam aliam quę reducitur ad unā illarum: ibi: Particulam uero. In prima dicit ꝙ cum sint duę causę propter quas aliqui maxime insurgunt contra Tyrannum. s. odium & contemptus. Odium debetur Tyranno magis per se Et ratio huius est: quia ille qui principatur melioribus se & pręter utilitatem ipsorum:& cum hoc intendit bonum proprium solum odio habetur ab illis. talis est Tyrannis. Principatur enim Tyrannus melioribus se: quia uirtuosis. & nō intendit nisi bonum proprium:& ideo Tyranno debetur odium. De contemptu aūt adiungit ꝙ propter contemptum multotiēs corrumpitur Tyrannis. Et huius signū est: quia illi qui acquisierunt principatum per uirtutem & industriam propriam magis conseruauerūt principatū: quia tales qui acquisiuerūt bellicosi fuerunt. tales autem nō sunt contemptibiles. Sed illi qui receperunt Tyrannidem ab alio statim amiserunt & propter principatū mortui sunt: quia enim uiuebant delectabiliter uacantes comessationibus & uenereis contemptibiles erant. & quia uacabāt delitiis dabant multas oportunitates & occasiones insurgendi aliis. tum quia oportet ꝙ portant se quandoq; in potestate mulierum. tum quia inebriati sunt sępe:& per consequens impotentes facti. ¶ Deinde cum dicit: Particulam uero. Tangit aliam causam quā reducit ad odiū & est illa causa ira:& habet duas partes. In prima reducit iram ad odium. In secunda assignat duas differentias inter iram & odium: ibi: Et est interdum. Dicit igitur primo ꝙ ira pars est odii: hoc est corruptio que fit propter iram aliquo modo fit ꝓpter odium: ut non oporteat ipsam ponere causam distinctam. Est enim ira appetitus recōtristationis. & ideo manifestum est ꝙ iratus uult malum alii. Hoc aūt pertinet ad odium. Vnde ira aliquo modo est causa earundem actionum quarum est causa odium. ¶ Deinde cum dicit: Et est interdum. Assignat duas differentias inter iram & odium:& dicit ꝙ frequenter ira est magis

nysium autem Dion contra eum copiis ductis cum esset affinis suscepto populo: illū pepulit. ipse uero interfectus est. Cūq; duæ sint causæ propter quas maxime cōtra Tyrannos insurgitur: odium scilicet & contemptus. Odium quidem existat oportet in Tyrannos. Ex contemptu autem plurimæ fiūt euersiones: huius uero signū fuerit ꝙ plærisq; eorum qui dominationes adepti sunt: eas usq; ad extremū conseruauerunt. sed qui ab illis susceperunt confestim (ut ita dixerim) perierūt omnes. In uoluptatibus enim uiuentes: efficiuntur facile contemnendi ac multas præbent occasiones opprimendi sui Particulam uero quandā odii debemus irā existimare: nam quodammodo earundem rerum causa existit. Et est interdum ira efficacior q̄ odium: uehementius. n. insurgunt:

quia perturbatio illa non utitur ratiõe. Maxime uero contingit ut ira deferãtur qui cõtumelia fuerint affecti. Per quam quidẽ causam & Pysistratidarũ deleta est Tyrãnis & multæ aliarum: sed odium magis. Nam ira cum dolore fit: quare non facile ratione utitur. Odium uero sine dolore. Vt autem summatim dicamus quotcunq; causas diximus paucorum potentiæ illius postremæ & nimiæ: ac popularis gubernationis extremæ totidem: & Tyrannidis causas esse ponendum est. Nam & hæ sunt Tyrannides quædam. Regnum autẽ ab his quæ extra sunt minime corrumpitur: quapropter & diuturnius est. Ex se autem ipso utplurimum euerti contingit. Corrumpit̃ autem duobus modis. Vno modo si seditio oriat̃ inter eos qui participes sunt Regni. Alio modo si Tyrannice gubernare pergant: uolentes esse domini plurium: & cõtra Legem. Non fiunt nũc amplius Regna. Sed si qua fiunt Monar-

operosa: hoc est plus operatur q̃ odium. Irati enim cum maiori impetu & robustius insurgunt q̃ habentes odium. Et ratio huius est. quia passio irę est sine ratiocinatiõe. Iratus enĩ etsi audiat aliqualiter rationem: imperfecte tamen audit. Bene enim audit iratus quod iniuria dicta est accipienda: sed qualiter accipienda nõ audit. Vnde similis est famulo qui imperfecte audit mandatũ dñi: propter quod contingit φ male exequatur quandoq;. Silr est de irato. Imperfecte enim audit ratõe: & ideo male exequitur uindictam. Vnde furiosus uidetur propter infuriam. Et q̃uis ira sit magis operosa: tamẽ odium magis nocet. Scđa differentia est φ ira est cum tristitia. Et ideo nõ de facili iratus potest ratiocinari: ꝑpter enĩ motũ passionis nõ potest: sed odium est sine tristitia: & ideo est cũ ratiocinatione.

¶ Deinde cum dicit: Vt autẽ summatim zc. Concludit causas corruptionis Tyrannidis in cõparatione ad Resp. intensas .s. paucoꝝ & popularis status. Et dicit φ ut in summa dicamus quot diximus principia & causas corruptionis paucoꝝ status intemperate quę est ultima spẽs ipsius: & popularis status ultimę tot sunt causę & ꝑncipia Tyrãnidis: quia iste Resp. .s. paucoꝝ ultima & popularis sunt Tyrãnides quędam differentes tantum ſm hoc φ in his tyrannizant plures: in illa autẽ unus.

¶ Deinde cum dicit: Regnum autem &c. Determinat causas & ꝑncipia corruptiõis Regni. Et ꝑmo Regni absolute & ſm se. Scđo Regni quod procedit ſm genus: ibi: In Regnis autẽ zc. Prima in duas. In prima tangit ex quibus minime corrumpitur Regnum. In secunda ostendit quibus modis corrumpit̃: ibi: Corrũpitur &c. In prima dicit φ Regnum ab extrinsecis non corrumpit̃. Et ratio huius est: quia Rex principat̃ bonis & ſm uirtutem subditis uolentibus. Talis aũt Resp. nõ corrumpitur ab extrinsecis. Et ꝑpter hoc Regnum multo tempore durat. Ex se aũt multis modis corrũpitur. ¶ Deinde cum dicit: Corrumpit̃ aũt &c. Ostendit quibus modis corrumpatur ex se. Et primo facit hoc. Scđo oñdit quare non fiunt multa Regna: ibi: Non fiunt &c. In prima dicit φ Regnum ab extrinseco duobus modis corrumpit̃. Vno modo quando illi qui attingunt ad Principatum & sunt participes Regni faciunt seditionem. Contingit enim talibus facientibus seditionem & ꝑpter potentiam quã habent φ expellant Regem a Principatu & mutent Monarchiam in aliam Remp. Alio modo corrumpitur quando Rex uult principari Tyrannice: sicut quando uult esse dominus plurium q̃ debeat esse ipsis nolentibus: & pręter Legem. Tunc enim contingit φ subditi insurgunt contra eundem & ipsum expellunt & mutent Remp. in aliam. ¶ Deinde cum dicit: Non fiunt zc. Ostendit quare nõ fiunt modo plura Regna. Et dicit φ mõ non fiunt plura Regna: & si fiant sunt magis Monarchię Tyrannice q̃ Regna. Et huius assignat duplicem rationem. Prima est φ Regnum

debet esse Principatus uoluntarius. Principatur enim subditis nolētibus qui principatur in principatu Regio: & Regem oportet esse dñm maiorum in Ciuitate uel Regno. Difficile est autem unum inuenire qui uolētibus pluribus principet: & qui sit dignus dominus esse maiorum. Et ideo non fiunt plura Regna. Scđa ratio est. Quia que est ꝓportio dignitatis & honoris Regis ad dignitatem & honorem subditorum: eadem debet esse ꝓportio uirtutis principātis ad uirtutem subditorum. Nunc autē dignitas & honor Regalis multum excellit dignitatez subditoꝝ: Igitur uirtus Regis debet excedere uirtutem omniū uel pluriū. Talem autem inuenire non est possibile uel nimis est difficile. Et ideo si aliquis assumatur in Regem non principabitur nolentibus subditis. Ergo non multo tempore principabitur. Si autez aliquis per fraudez uel uiolenter principet: nō est Rex sed Tyrannus: quia non principat subditis uolentibus. ¶ Deinde cum dicit: In Regnis autem zc. Assignat causam corruptionis Regnorū fm genus. Causę et ꝑncipia sunt eadem cum his quę dicta sunt supius: & q̄ iam dicentur. Primo enim qꝛ multi de facili fiunt cōtēptibiles. Cōtingit enim ꝙ post Patrem sequit filius qui oibus cōtēptibilis est ꝓpter inhonestatem uite. Ex hoc autē insurgunt subditi & expellunt eum et mutant Rempu. Secunda causa est: Quia nō habet Rex tantam potentiam quanta est potentia Tyrannica sufficiens ad puniendum malos: sed cōtingit ipm Regem pati iniuriā. Vbi aūt ista contingūt de facili corrūpit Regnū: quia subditis nolentibus ipm principari statim non est Rex: sed Tyrannus. Tyrannus enī dñs ē subditoꝝ nolentiū ipm dñm. Et tūc recapitulat: & dicit ꝙ Mocarchię ꝓpter istas causas et alias siles corrūpūt

chiæ. & Tyrannides magis sunt: ob id quia Regnum spontanea gubernatio est: ac maiorum proprie. At plurimi pares sunt neq; usq; adeo præcellētes ut ad magnitudinem dignitatemq; huius gradus se possint attollere. Atq; ex eo fit ut sponte illi nō pareatur Quod si deceptiōe quis aut ui dominet: iā apparet hanc esse Tyrannidem. In Regnis autem illis in quibus succedit per genus ponendum est corruptionis esse causam: ultra illas quæ supra sunt dictæq; plærūq; contēnendi hoies succedunt in Regnū: & ꝙ non habeant potentiā Tyrannicā: sed Regiam superbiunt. Est enim facilis deiectio Regis si enim nolint statim nō erit Rex. At enim Tyrannus etiam nolentiū est. Corrumpuntur ergo gubernatiōes unius per has & huiusmodi alias causas. ¶ Seruant autē simpliciter loquēdo ex contrariis. Singulariter

SEruātur autem zc. Postq̄ Philosophus determinauit de principiis corrumpētibus Monarchias: determinat de principiis saluantibus ipas. Et primo in generali. Secundo in speciali: ibi. Singulariter aūt zc. In prima dicit ꝙ Monarchię ut simpliciter est dicere saluant ex contrariis quibus corrumpunt. Contrarioꝝ enī extranea sunt principia. Corruptio & saluatio Reip. sunt contraria: Ergo ex cōtrariis principiis fiunt. ¶ Deinde cum dicit: Singulariter zc. Determinat in speciali de ꝑncipiis saluantibus ipas. Et primo de saluātibus Monarchiā Regalem. Scđo de saluantibus Tyrannidem: ibi. Tyrannides uero &c. In prima intelligendū ꝙ Regnum est optima Resp. & optime ordinata. Et ideo ex ratione sua maxime saluabilis est ꝓpter ꝙ Phus non tangit nisi unum modum saluādi Regnum. Et primo tangit ipm. Secundo manifestat: ibi: Propter hoc enim &c. Dicit igitur ꝙ Regnum saluatur per hoc ꝙ Principatus trahitur ad mediocritatem fm unumquodq; qđ pertinet ad ipsum: ut si aliqđ pertineat ad Regem qui dominus est omniuz: & in omnibus principatur in quo uideantur grauari subditi ꝙ multum illis displiceat illud temperare aut illis remittere. Quanto enim pauciorum erit dominus: tanto durabilior erit ꝑncipatus: qa

quanto erit pauciorum dominus: tanto minus dominatiue principabitur. Et sic de paucioribus iudicabit & plures attingent ad principatum & habebunt quod competit eis fm dignitatem: & tunc uidebitur esse equalis subditis. Sic autem Rege se habente minus ei subditi inuidebunt. Et sic se habentibus principabit̃ subditis uolentibus: hoc autem facit principatum durabiliorem. ¶ Deinde cum dicit: Propter hoc enim zc̃. Manifestat quod dictū est per exemplum. Et dicit ꝙ ꝓpter istam causam circa Molossos Regnum multum durauit. Silr̃ autem & Regnum Lacedęmonioꝝ. A ꝓncipio enim diuiserunt principatum in duas partes: & sic moderauerunt eum. Similiter Theopompus qui posterius ibi regnauit consequenter moderauit Principatum. Cum eni esset dominus instituit Principatum Ephororum tradens ipsum aliis quasi auferens a sua potestate. Ex quo fecit regnum suum aliquo modo maius & durabilius multo. Propter quod respōdisse dicit̃ uxori suę cum argueret eum dicens: qd̃ non uerecūdabat̃ ꝙ Regnum minus tradidit filiis suis q̃ recepisset a progenitoribus. Dixit ꝙ hoc nō debebat dicere: quia q̃uis non traderet eis ęqualem fm potestatem: tradebat tamē diutius ꝙ uidetur esse melius. ¶ Deinde cum dicit: Tyrannides uero zc̃. Determinat de ꝓncipiis saluantibus Tyrannidem. Tyrannis enim quia de ratione sua inordinata est. Est de facili corruptibilis. Et ideo dat elementa plura quibus saluari potest. Saluatur autem duobus modis. Vno modo intendēdo ipsam. Secundo remittendo. Et fm hoc diuiditur in duas. In prima prosequitur modum fm quem saluatur per intensionē. Secundo modum qui est per remissionem: ibi: Alter uero zc̃. Prima in duas. In prima ponit unum modum fm quem saluatur intendendo absolute. Secundo in comparatione ad Regnum: ibi: Regnum quidem &c̃. Prima in tres. quia Tyrannis tripliciter intendit̃. Vno modo faciendo subditos ignorantes. Secundo incognitos. Tertio pauperes. Et diuidit̃ in tres. In prima ponit modos fm quos fiunt ignorantes. Secundo modos per quos fiunt incognitos: ibi: Et omnia facere &c̃. Tertio modos quibus fiunt pauperes: ibi: Et subditos &c̃. In prima dicit ꝙ Tyrannis duobus modis ualde contrariis saluatur. Quorum unus est fm intentionem. Alius fm remissionem. Et alter istorum dictus est prius fm quem Tyranni dispensant ut cōmuniter siue regunt Principatum Tyrannicum. Periander autem ut dicit̃ multa talia instituit ex quibus intēditur Tyrannis: & multa talia possunt accipi a Persis. Fuerunt autem & aliqua data antiquitus ad saluationem Tyrannidis. Quorum unum fuit excellentes in potentia uel diuitiis interimere: quia tales per potentiam quam habent possunt

aūt loquēdo per deductionē illaꝝ ad mediocrem modum. Quāto enim magis restringitur potestas omnis: tanto maiori tempore necesse est eam durare: nam & ipsi qui regunt minus superbiunt: magisq; moderati fiunt. Propter hoc enim & apud Molossos longo tempore durauerunt Reges. Et apud Lacedæmonios ꝙ ab initio statim in duas partes diuisa fuerit Regia potestas. Et post ea Theopompus ad mediocritatem magis illam deducens Ephoros superaddidit: potestate quidem minuens. Sed tempore augēs Regiam auctoritatem ut faceret eam quodammodo non minorem: sed maiorem: ut ad uxorem respondisse ferunt dicentem an nō erubesceret ꝙ filiis minorem potestatē Regiam derelinqueret q̃ a parentibus ipse accepisset. non profecto inquit: nam relinquo eis multo durabiliorem. Tyrannides uero seruantur duobus modis inter se contrariissimis: quorum alter est is quē per successionem traditum plurimi Tyrannorum obseruant. Horum aūt multa cōstituisse ferūt

insurgere contra Tyrannum. Iterum interficere sapientes. Tales enim per sapientiam suam possunt inuenire uias ad expellendum Tyrannidem. Iterum ad saluationē Tyrannidis expedit non permittere cōmunicationes nec sodalitatem siue societatem: ne inter se uniātur per amicitiam. Ex hoc enim facilius possent insurgere contra Tyrannum. Iterum non permittere disciplinam: & queçunq; possunt inducere sapientiam: sed omnia uitare. Quia tales pn̄t inuenire uias diuersas ad insurgendum contra ip̄m & expellendum eum ꝑpter ꝙ cauēda sunt oīa illa ex quibus fiunt sapientes uel sapientia actiua uel speculatiua: & etiam illa ex q̄bus fit persuasio & ipsi persuasiui. Et ideo nec scholas nec alias collectiones per quas contigit uacare circa sapientiam permittendum est. Sapientes enim ad magna inclināt: & ideo magnanimi sunt & tales de facili insurgunt. ¶ Deinde cum dicit: Et oīa facere zc̄. Tangit modos quibus fiunt incogniti. Et diuidit̄ in quinq; scd̄m ꝙ tangit quinq;. Secūda ibi: Et satellites. Tertia ibi: Assuescantq; &c̄. Quarta ibi Et ne lateant zc̄. Quinta ibi. Calumniari quoq; zc̄. In prima dicit ꝙ ad saluandum Tyrānidem oportet ordinare & facere ex quibus subditi maxīe inter se adinuicē erunt ignoti: quia mutua notitia facit ꝙ magis credunt sibi adinuicem. Ex hoc autem ꝙ credunt sibi adinuicem facilius uniuntur & potentius insurgūt Et ideo ordinā̄da sunt talia per queç sint ignoti. ¶ Deinde cum dicit: Et satellites zc̄. Ponit secūdum modū Et dicit ꝙ secundo ad saluationem Tyrānidis expedit facere ꝙ prepositi & seruientes sint manifesti in locis in quibus debent subditi congregari & circa ianuas Ciuitatis uel subditoꝝ ut uideant & sentiant quid dicunt uel agunt subditi. Si enim magis erit manifestum quid faciunt & minus poterunt inclinari cōtra Tyrannum minus inuicem credentes. ¶ Deinde cum dicit: Assuescantq; &c̄. Ponit tertium modum. Et dicit ꝙ oportet ad saluationem Tyrannidis ordinare ꝙ si subditi aliqua malefaciant: aut in aliquo insolescant & deuient ab eo quod est ordinatum a Tyranno: etiam modicum deprehendere eos a seruientibus ordinatis ad hoc. Similiter ordinare alia queçūq; & Barbara & Persica sunt Tyrannica. Omnia enim talia possunt idem. s. saluare Tyrānidem Ex hoc enim ꝙ subditi erunt occupati in aliquibus timētes magis: minus poterūt insurgere. ¶ Deinde cum dicit: Et ne lateant &c̄. Ponit quartum modum. Et dicit ꝙ tentandū est ut nō lateant queçunq; dicunt & faciunt subditi: sed diligenter attendere queçunq;: & sic facere sicut fecerunt circa Siracusanos Tyranni. Ordinauerunt enim quosdam qui dicebant

Periandrum Corinthium. Multa etiam ex gubernatione Persarum est assumere. Sunt autem hæc illa perniciosa quæ supra retulimus omni conatu Tyrānis fieri quo dominationem retineant: ueluti potentiores decerpere: & sapientes perimere. Et neq; commessatiōes permittere: neq; sodalitates: neq; disciplinā: neq; aliud quicq̄ talia: sed oīa cauere unde consueuerint oriri inter Ciues intelligentia & fides. Et neq; scholas: neq; conuentus aliquos scholasticos fieri concedere. Et omnia facere ex quibus Ciues inter se q̄ maxime incogniti sint. Cognitio enim fidē generat inter ipsos. Et satellites eius apparere semper ac uersari foris: quo minus latere possit quid quisq; agat. Assuescātq; animū submittere per seruitutem continuā: & alia quæcunq; talia Persica & Barbara Tyrannidis sunt: cuncta enim idem ualent. Et ne lateant conari quæcunq; quis dixerit aut fecerit: sed esse exploratores quemadmodum Siracusis hi qui deductores nuncupabant & auricularii quos submittebat Hierō ubicunq; foret congregatio aliqua uel conuersatio. Minus enim audent: qui talia formi-

deductores quos misit Hieron qui audirent & inquirerent quę dicerent & facerent subditi. Sic similiter ordinandi sunt aliqui ubi fuerit aliqua congregatio ut audiant quę dicuntur ibi. Sic enim illi qui congregabũtur propter timorem minus confident de seipsis: & ꝑ consequens nihil machinabunt. Aut si confidant de se minus poterit latere: & ulterius poterit magis caueri. ¶ Deinde cum dicit. Calumniari quoqȝ &c̃. Ponit quintũ modum. Et dicit

dant: & si audent minus latere possunt. Calumniari quoqȝ inuicem et collidere amicos cum amicis: & plæbem cum nobilitate: & diuites inter seipsos: & subditos ad paupertatem redigere: ut neqȝ sumptus fiat in custodia. Et illi quotidianis molestiis occupati uacare non possunt ad consilia cõtra Tyrannos ineunda. Exemplum hmõi sunt Pyramides Egypti: & donaria Cypsellidarum & Olympi edificatio a Pisistratide facta: Policratis opera circa Samum. Hæc enim omnia fuerunt instituta ad ocium & quietem populorum tollendam: & ad inducendam paupertatem per tributoꝝ pensionem ut etiam Siracusis factum est: Dionysio enĩ eam Ciuitatem tenente: contigit Siracusanos in quinqȝ annorum tempore cunctas facultates suas in soluendis tributis consumpsisse. Studet etiam concitare Tyrannus ut negotiis occupentur Ciues: & indigẽtia Du

ꝙ ad saluandũ Tyrannidẽ oportet ꝙ Tyrannus ꝓcuret ꝙ subditi imponant sibi inuicem crimina & turbent seipsos: ut amicus amicũ: & populus contra diuites: & diuites inter se dissentiant: sic enim minus poterunt insurgere ꝓpter eoꝝ diuisionẽ. Omnis enĩ uirtus diuisa minor est. ¶ Deinde cum dicit: Et subditos &c̃. Ponit modos quibus fiunt paupes. Et diuidit in quattuor scḋm ꝙ ponit quattuor modos. Secunda ibi: Et illi zc̃. Tertia ibi: Hęc enĩ omnia zc̃. Quarta ibi: Studet etiam zc̃. In prima dicit ꝙ ad salutationẽ Tyrannidis oportet facere subditos paupes: sic enim minus poterunt insurgere contra Tyrannum. Facere aũt pauperes subditos: & si contingat multipliciter: contingit tamen ad p̃sens quadrupliciter. Primo nõ dãdo expensas custodibus Ciuitatis de bonis cõibus: sed eos cõpellere ad soluendum ex toto. ¶ Deinde cũ dicit: Et illi &c̃. Ponit scḋm modũ. Et dicit ꝙ ordinandum est ꝙ subditi sint occupati propter opera quotidiana: ut sic occupati non possint machinari: uel non sint uacantes ad machinandum aliquid contra Tyrannum. Sicut habemus exemplum de Tyranoidibus quę fuerũt circa Egyptũ ubi subditi compellebantur occupari circa opera quotidiana. Sicut apparet de filiis Israel quos occupabant circa lutum & lateres. Silr̃ donaria Cypsellidaꝝ. Silr̃ edificatio Olympi quę fuit facta a Pisistratide ¶ Similiter opera eorum quę erant de Samo insula, quę erant magnifica. Omnia enim ista possunt idem facere scilicet ꝙ subditi non possint uacare ad machinandum aliquid contra Tyrannum. Ex quo enĩ sunt occupati circa opera talia nõ possunt tractare qualiter expellant Tyrannum. Item possunt facere penuriam & paupertatem subditorum: ex quo enim compelluntur apponere ad edificia faciẽda & occupari circa talia oportet eos depauperari. ¶ Deinde cum dicit: Hęc enim omnia fuerunt &c̃. Ponit tertium modum. et dicit ꝙ procreanda sunt uectigalia: hoc est exactiones multę et magnę: sic enim cito poterunt depauperari subditi. Sicut factum fuit in Siracusis: Ibi enim Dionysius qui principabatur tantas procurauit exactiones quod omnes diuitię subditorum uenerunt ad ipsum in quinqȝ annis. ¶ Deinde cum dicit: Studet etiam cõcitare &c̃. Ponit quartum modum. Et dicit ꝙ ad saluationem Tyrannidis: Tyrannus debet ꝓcurare bella inter subditos: uel etiam ad extraneos: ita ꝙ nõ possint uacare ad aliquid tractandum contra Tyrannum: & magis timentes. Sic etiam erunt indigentes preside: & tũc plura poterit exigere

ab eiſdem. ¶ Deinde cum dicit: Et Regnum quidem zc̄. Ponit alium modum per quem ſaluatur Tyrannis in comparatione ad alias Reſp. & ad alia quędam. Et diuiditur in quattuor. In prima ponit modum per quem ſaluatur in comparatiõe ad Regnum. In ſecundã ponit modum per quem ſaluatur in comparatiõe ad Popularē ſtatum: ibi: Et quę fiũt &c̄. In tertia ponit alium modum in comparatiõe ad liberum & uenerabilē: ibi: Nullo qdē &c̄ In quarta ponit alium modũ in cõparatione ad ciues & extraneos: ibi Peregrinos etiã &c̄. In prima dicit ꝙ Regnum ſaluatᷣ per amicos. Subditi enim diligunt Regē & uolunt eum principari: hoc aũt ſaluat Regnum. Et ideo ſaluatᷣ Regnum per amicos. Tyrannus aũt ad ſaluandũ Tyrannidē non debet confidere in amicis. Et ratio huius eſt. quia amici potẽtes ſunt: ex hoc enim ꝙ amici potentes ſunt: aliqui principes potentes ſunt. Item inclinantᷣ & uolũt principari omnibus. Et ideo nõ debet confidere in eis ſi debeat ſaluare Tyrannidem. ¶ Deinde cum dicit. Et quę fiunt zc̄. Ponit alium modum in comparatione ad ſtatũ popularem. Et primo ponit ipm̄. Secũdo aſſignat rationem cuiuſdã dicti: ibi: Nam & ppl̄s zc̄. In prima dicit ꝙ ad ſaluandum Tyrannidē: Tyrãnus debet ordinare ea quę ſunt circa popularem ſtatum ultimum qui peſſimꝰ eſt omniũ. Omnia enĩ illa Tyrannica ſunt: ut mulierũ potentię coram ppl̄o pmiſſum eſt eis ꝓponere contra uiros quę uoluerint. Et manumiſſio ſeruorum contra Ciues. Mulieres enim quaſi ſunt medietas Ciuitatis. Ipſę autem & ſerui non machinantur aliquid contra Tyrannum. Nam gaudent ſerui de manumiſſione. Mulieres uero ſuper libertate prędicta. Oportet enim eos eſſe beniuolos & Tyrãnidibus & popularibus. Et propter hoc non inſurgunt de facili. ¶ Deinde cum dicit: Nam & populus zc̄. Reddit cãm cuiuſdã dicti. Dixerat enim ꝙ in Tyrannide ordinanda ſunt illa quę fiunt in populari ſtatu. Vltimo huius reddit cauſam: Et dicit ꝙ propter hoc debet Tyrannus ordinare quę ſunt in populari ſtatu ultimo. Quia popularis ſtatus ultimo eſt ſicut Monarchia. Totus enim populus dominatur ſicut unus Monarcha. Vnde adulatores inueniuntur & in populari ſtatu ultima: & apud Tyrannos: & honorantur ab eis. In populari ſtatu quidē populares ductores populi. Ductor enĩ adulator in pplãri ſtatu eſt. quia dicit quę placent populo. Apud Tyrannos autem honorantᷣ: quia humiliter loquuntur. Hoc autem pertinet ad adulatorem. humiliter enĩ loquendo & deiciendo ſe credũt placere. Propter hoc etiam Tyrannus eſt amicus malorum: quia recipit adulatores et congaudet eiſdē. Tales autem ſm ſe mali ſunt. Sed nullus qui habet ſenſum liberum: hoc eſt qui inclinationem habet ad uirtutem hoc faciet. Sed diligit uirtuoſos & eos qui non adulantur: qui ſm ſe boni exiſtentes oportunitatem quandam habent ad reprimendum malignitatē adulato

cis continuo detineantur. Et Regnum quidem per amicos ſaluatur. Tyranni autē eſt maxime amicis diffidere quaſi uelint omnes. poſſint autem maxime amici eum ſubuertere. Et quæ fiunt circa ultimam popularem gubernationem: Tyrãnica ſunt omnia: Vt potentia Mulierum domi quo reuelent uirorum ſecreta: & manumiſſio ſeruoꝝ eadem de cauſa. Non enim inſidiantur ſerui & mulieres Tyranno: & ſi pſpere degant neceſſe eſt: beniuolos fore: & erga Tyrannidem: & erga popularem ſtatum. Nam & populus dominus eſſe uult. Ex quo fit ut adulatores apud utroſq; in honore habeantur. Eſt enim qui populum colit & ducit populi adulator. Tyrannorum uero qui aſſentãdo conuerſatur: qđ eſt opus adulatoris: Nã propter hoc prauos amicos habent Tyranni quod adulationibus gaudent. Id autem nemo faceret qui mẽtem haberet libero homine dignam: ſed amant boni uiri: uel non

ris qui scd̄m hm̄oi malignus est. Quoniam sicut in Prouerbio dicitur Clauus clauo retūditur. Diligunt igitur bonos odientes adulatores ut per eos reprimant malitiam adulatoꝝ. ¶ Deinde cum dicit: Nullo quidem zc̄. Ponit alium modum in comparatione ad liberū & uenerabilem. Et dicit ꝙ Tyrannus non debet congaudere libero & uenerabili siue uirtuoso. quia Tyrannus uult esse solus dominus. Venerabilis enim & liber cōtrarii sunt illi nec possunt sustinere excellentiā quam habet preter rationem: nec Tyrānidem quam exercet principādo dominatiue propter quod odiunt Tyranni liberos & uenerabiles tanquā dissoluentes eoꝝ principatū. ¶ Deinde cum dicit: Peregrinos etiā &c. Ponit alium modum in comparatione ad Ciues & extraneos. Et dicit ꝙ Tyrannus magis debet conuiuere & assuescere diuturnis cōmessationibus cum extraneis q̄ cum ciuibus: tanq̄ ciues sint aduersarii: extranei uero non. Ista igitur & silia sunt Tyrannica & saluant principatum. Nec aliquid malignitatis deficit in talibus: sed omnem malignitatē & iniquitatem continent: sicut mala secundum seipsa bona. tamē ad saluationem Tyrānidis in quo innuit qd̄ non sunt facienda simpliciter hōi: sed ei qui uoluerit saluare Tyrannidem quę sm̄ se mala est. ¶ Deinde cum dicit: Sunt autem zc̄. Reducit istos modos om̄es ad tres. Et primo facit hoc. Scd̄o recolligit illos: ibi: Ad quos. In prima dicit ꝙ om̄ia ista sub tribus speciebus ut est dicere cōprębenduntur: Quia Tyrānus tria considerat ad saluandū Principatum suum. Primum est ut subditi sint ignorantes & pauca scientes. Cuius ratio est: Quia nullus pusillanimis insidiat̄ alicui. Et ideo ne subditi insidienter ei considerat qualiter subditi sint ignorantes. Ignorantia enim pusillanimes facit. Magnanimū enim oportet habere scientiā magnorum & arduorum. Est enim uirtus qua aliquis inclinatur ad magna & ardua simpliciter decentia ipsum. Secundum est ꝙ ignoti sunt sibi inuicem subditi. Et ratio huius est Quia Tyrannis non prius dissoluitur q̄ credant sibi inuicem. Et propter hoc Tyrānus contrarius est uirtuosis: quia nociui sunt ad Principatum Tyrannicum: non solum quia nolūt subici Tyranno dn̄atiue: sed quia sunt sibiip̄sis fideles & aliis conciuibus: Nec manifestant ea quę uolunt facere uel ipsi uel alii conciues eoꝝ contra Tyrannos. Tertium est ꝙ reddat

adulantur: & utiles praui ad prana. Clauus enim clauo: ut dictat Prouerbiū. Nullo quidem honesto: nulloq; libero delectari Tyrānicum est. Se enim solum esse talem putat Tyrannus. Qui autem subditorum uel honestati studēt uel libertati minuere excellētiam & praeminentiam Tyranni uidentur. Oderunt ergo illos Tyranni tanq̄ euersores potestatis suae: Peregrinos etiam in cōuiuia & familiarem usum magis recipere q̄ ciues Tyrannorum est: quasi illos quidem habeant hostes. Hos uero non aduersantes: haec & huiusmodi a Tyrannis fiunt pro dominatione retinenda: nec quicq̄ omittunt prauitatis. Sūt autem (ut ita dixerim) haec omnia tribus speciebus compraehensa. Tria. n. coniectat Tyrannus. Vnū ut animos imminuat ciuium. Nemo enim parui animi contra Tyrannum insurgit. Secūdum ut ciues inter se diffidentes reddat. Non euertitur enim Tyrānus: nisi ciuiū aliqui inter se fidē habeant: & bonos uiros persequit̄ quasi pestiferos & aduersarios dominationi suae. Nō solum quia non acquiescunt in seruitute uiuere: uerum etiam quia fides eis: & inter se: & ab aliis plurima adhibet̄: neq; accusant alios: neq; ipsi inter se accusantur. Tertium impotentiam agendi. Nemo enim sibi impossibilia aggreditur: itaq; neq; Tyrannidē

eos impotentes faciendo eos pauperes. Et ratio huius est: quia nullus manium mittit ad ista que credit esse impossibilia. Et ideo manifestum est ꝙ non dissoluet Tyrānis si subditi nō habeant potentiam. ¶ Deinde cum dicit: Ad quos zc̄. Recolligit modos istos: Et dicit ꝙ isti sunt tres modi ad quos reducunt oīa que placent & uolunt Tyranni. Si eni aliquis cōsideret: reducet omnia Tyrannica ad istas tres hypotheses: quarum una est: ut nō credant sibi inuice; alia ut sint impotētes alia ut parum sciāt subditi. Vnus igitur modus per quem saluatur Tyrānis est iste q est intēdēdo Tyrannidē.

Aliter uero zc̄. Postq̄ Phus posuit unum modum saluationis Tyrānidis qui est p intentionem: Ponit alium modum qui est per remissionē. Et primo in generali ostēdit quomō per hmōi remissionē saluat. Scōo in particulari: ibi: Primū eni zc̄. In prima dicit ꝙ alius est modus saluādi Tyrannidem contrarius modus dictis prius nam modi dicti prius saluant Tyrānidem intendendo ipsam. Iste autē modus p remissionē: istum aūt modum contingit accipere per silitudinem ad corruptionē Regnoꝝ. quia sicut uno modo Regnū corrumpit per hoc ꝙ accedit ad Tirannidem declinādo a rectitudine rationis: sic saluatur Tirānis per hoc ꝙ accedit ad Regnū & ad illud quod est fm rationē. Ex se enim Regnum saluabile est. Et ideo expedit ad saluādū Tirannidem remittere ipam & accedere ad Regnum seruādo & retinendo Principatū unius ut sc; ipse solus principet nō quidem ipis uolentibus. Sed nolētibus sicut plures faciūt & nō pretendat uelle principari ipis uolentibus. Nā hoc pretēdere est pretendere ꝙ ipe nolit tirānizare: Et istud ꝙ. s. solus sit Princeps & Tirannus accipiendū est sicut suppositio alioꝝ. Hec quidem facienda sunt fm uirtutē ad saluandū Tirannidē: alia aūt similāda ut uideat saltim Regalis q̄uis non sit. ¶ Deinde cum dicit: Primum enim zc̄. Ostēdit in particulari qualiter saluat per remissionē. Et primo facit hoc. Scōo recolligit quedā dicta excusando se ulteriori cōsideratiōe: ibi: Superfluū zc̄. Pria in duas. In pma ostendit qualiter Tirānis saluat p remissionē cū Ciuitas nō est diuisa. In scōa cū est diuisa: ibi: Cum uero zc̄. Pria in quattuor. In pma declarat qualiter saluat per remissionē: pmo quo ad pecunias. Scōo qualiter quo ad cōuersatiōes: ibi: Et uideri. Tertio qualiter quo ad honores: ibi: Verūtamē. Quarto qualr quo ad demissionē a principatu: ibi: Si uero. Circa pecunias est cōsiderare tria. s. cōsumptiōe; rōcinacionē: receptiōe; et fm hoc

tollere si potentia desit. Ad quos ergo fines referantur Tyrannorum consilia tres isti sunt. Ad has enim suppositiōes Tyrannica redigi possunt uniuersa. partim ne confidant inter se ciues: partim ut potētia eis desit: partim ut pusillanimes efficiantur. Vnus ergo modus quo utunt Tyranni talis est. ¶ Alter uero modus contrarium istis: quae dicta sunt diligentiam facit. Est autem deprahendere ipsum ex Regnorum corruptione. Vt eni Regni modus corruptiōis unus est gubernationem ipsam Regiam magis reducere ad Tyrannicam: Ita Tyrannis conseruatio est ad Regiam gubernatiōnē magis eā referre unum solūmodo custodiētem ut potentiam retineat: per quā non modo uolentibus: uerum etiā nolentibus dominari possit. nam si hanc abiciat similis abicit et Tyrannum esse. Sed hoc tanq̄ suppositionem quandam manere oportet. Caetera uero partim facere: partim q̄optime simulare ut Regia gubernatio uideatur. Primum eni uideri cōmunium commodorum curam habere: non effundentem largitiones tantas ut Ciues moleste ferant quando quidem ab illis capitur operantibus ac laborantibus

in sua tenuitate. Donāt uero scortis & pere-
grinis & histrionibus effuse. Rōnem red-
dentes eorum quas acceperit & expenderit:
quod iam factum est a quibusdā Tyrānis:
sic enim administrans nō Tyrannus uide-
bitur sed legitimus gubernator. nec erit ei
formidandum ne qn̄q; sibi desint pecuniæ:
cum sit dn̄s ciuitatis: sed dispergētibus Ty
rannis ex propria domo: & prodest hoc ma
gis q̄ relinquere congregatos. minus enim
custodes ipsi contra Tyrannū insurgerent.
sunt aūt formidabiliores absentibus Tyrā-
nis qui custodiunt q̄ ciues: nam illi quidē
simul absunt: hi aūt remanent. Deinde red
ditus & impēsas apparere oportet. tum gra
tia diligentis administrationis. tum etiam
ut siquando foret opus illis uti possit ad
belli necessitates: omninoque seipsum præ-
bere custodem & questorem: non ut sua-

diuiditur in tres. In prima declarat quid obseruandū est quo ad expensas rōnabiles. Scd̄o
quo ad rōcinationem cum dicit: Rōnem. Tertio ostendit quid circa receptionem ibi: De-
inde redditus. In prima dicit ꝙ ad saluandū remp. tyrannicā oportet ꝙ Tyrannus sic se ha
beat ut uideat hr̄e curam de cōi: & ꝙ nō expendat ea q̄ accipit a subditis gratis & in super
fluis ut in talibus q̄ contristant subditos: ut qn̄ accipiunt a subditis laborantibus & operan
tibus assidue & postmodū habun-
danter dant meretricibus & extra-
neis & quos habēt sibi sepe familia
res: artificibus: histrionibus qn̄ enī;
sic facit Tyrānus odio habet a sub
ditis & facilius insurgūt cōtra ipm̄
& ideo cauēdū est ꝙ nō expēdiat
bona q̄ accipit a subditis ī illis: que
molestant ipsos. ¶ Deinde cū dicit
Rationem. Ostendit quid obseruā
dum est q̄tum ad rōcinationem: &
primo facit hoc. Scd̄o remouet du
biu;: ibi: Nec erit ei. In prima dicit
ꝙ ad hoc ꝙ saluet Tyrannidem &
uideat hr̄e curā de cōi bono opor-
tet ipsum reddere rōnem de acce-
ptis & expensis factis: quod fecerūt
quidā Tyrāni: unde diuturniorem
fecerunt principatum suum. Et ra-
tio huius est: quia ille qui sic dispen
sabit & reget R. ēp. uidebit esse yco-
nomus quidā .i. dispensator: uidebit
enim laborare propter bonum cōe
& nō uidebit Tyrannus. ¶ Dein-
de cum dicit: Nec erit ei. Remouet
dubium siue respondet obiectioni:
Diceret enim aliquis ꝙ si Tyrannus reddat rōnem de expensis deficiet ei pecunia. Remo
uet hoc et dicit ꝙ nō oportet Tyrannū timere ne pecunie & diuitie deficiā t omnia enim
que sunt in ciuitate ad usus & utilitates cōmunes sunt eius: cū sit dominus ciuitatis. Cuius
ratio est: quia bona exteriora sunt propter bona anime & corporis. & bona corporis pro-
pter bona anime. & ista omnia sunt propter bonū cōe ciuitatis. & ideo illius sunt quodam
modo bona subditoꝝ: cuius est ordinare omne in finem ciuitatis. Sed eius qui dn̄s est ci-
uitatis est ordinare bona exteriora in finē ciuitatis propter quod eius sunt oīa. Et ideo nō
est timendū Tyrāno ꝙ deficiat sibi pecunia: qa poterit accipere a subditis: fm̄ tn̄ ꝙ ordi-
nati habet in finem ciuitatis: sed illi timendū est magis qui accipit a domibus subditorū
preter rōnem. Ex hoc enim odio habet a subditis: & ideo timere debet ꝙ insurgant cōtra
ipm̄. Vnde magis expedit ipsis .s. submittere diuitias in domibus subditoꝝ & uti eis ad bo
num cōmune cū necesse fuerit q̄ omnino admittere eas congregare in domo propria. qd̄
fiet si insurgant in eum. cum enim apud ciues fuerit pecunia & nō extorserit eam Tyran-
nus minus insilient contra ipm̄. tunc Tyranni etiam quia accipiunt a subditis & seruāt pe
nes se magis timentur ab illis qui egrediuntur cum eis & cōmilitant eis quasi propinqui
eis q̄ ciuibus: quia primi cū peregrinantur ei extra ciuitatem. Ciues aūt magis residēt in ea
& ideo magis pn̄t insurgere & dirimere thesaurꝫ. Consequenter cū dicit: Deinde ꝛc. Tan-
git quid obseruandū est circa receptionem pecuniaꝝ & dicit ꝙ tyrannus debet redditus

& oblationes gratis factas fideliť colligere ut dispenset illa:& si aliquādo oportunum fuerit expendere illa in proelio & uniuersaliter debet se exhibere tanq̄ custodem & camerarium ciuitatis & bonorum cōmunium:non sicut propriorum.sic enim minus odio habebitur & erunt magis contenti. ¶ Deinde cum dicit:Et uideri uelle. Ostendit qualiter Tyrannis saluatur in comparatione:& primo in comparatione ad ciues. Secundo cum dicit: Contrarium faciendum. In comparatione ad totam ciuitatem & diuina. Adbuc circa primū duo facit. Primo ostēdit qualiter saluatur per comparationē bene se habens quātū ad actus exteriores. Secundo cū dicit: Et circa uoluptates. Qualiter quantum ad delectatiōes. Circa primum adbuc duo facit. Primo facit quod dictum est quantum ad personā propriam. Secundo cum dicit Eodemq; modo. Quātum ad coniunctā. Adbuc primo ostēdit quid obseruandum est ad Tyrānidis saluationem quantum ad gestus exteriores. Secundo cum dicit : Insuper non. Quantum ad actus exteriores in quibus est iustitia uel iniustitia. In prima parte duo tangit. Primum est ꝙ expedit Tyranno ad saluandum Tirannidem ꝙ non appareat subditis seuus siue crudelis. Et rō huius est:quia ex hoc ꝙ apparet subditis seuus reddit se odiosum eis.ex hoc aūt facilius insurgunt in eū:sed debet se reddere reuerēdum ꝓpter excellentiā alicuius boni excellentis. Reuerentia.n.debeť bono excellēti: & si nō habeat illud bonū excellens debet silāre se hr̄e illud. Secundū est qđ tangit & sequiť ex primo ꝙ debet se reddere talem ꝙ si subditi obuient ei ꝙ nō timeant eum timore seruili sed magis reuereanť. Non timeant quidē:quia si timerent eum hr̄ent cum odio. Reuerenť aūt: est enim reuerentia tristitia pp apparentē ingloriatōnem. & ex hoc eniꝫ ꝙ aliquis obuiat alicui:et ille hēt bonū in quo deficit reuereť quia nō hēt illud:aut nō illo mō. Et ideo Tyrannus debet se reddere talē ꝙ uideať subditis ipsos excellere in aliquo bono excellēti in quo ipsi deficiunt ex quo reuereať. Tn̄ talem se sic reddere nō est facile quin sequiť contemptus siquidem nō reddit se timendū. De facili enim contemnit qui nō timeť:& ideo si uelit nō terribilis uideri & cum hoc non contemni debet laborare ad uirtutes & opera ipsa quę reddūt hoiem non contemptibilem propter excellentiā suam:& si nō potest habere oēs uirtutes & actus eoꝝ:saltem laboret ad uirtutem ciuilē quę uideť pręcipua.& si nō habeat eam fm ueritatem:faciat ꝙ opineť ipsum hr̄e eam.q̄uis enim hoc nō sit in se bonū:ad hoc tn̄ bonū est ut nō sit facile contēptibilis. ¶ Deinde cū dicit:Insuper. Ondit quid obseruandū est q̄tum ad actus exteriores in q̄bus est iustitia:& dicit ꝙ Tirānus sic se dꝫ hr̄e ꝙ nō uideať alicui inferre iniuriā:nec iuueni:nec iuuenculę:& ꝙ non solum ipe in persona propria:sed ꝙ nullus q est circa ipm iniurieť aliis. Deinde cū dicit:Eodēq̄. Ondit qd obseruandū est q̄tum ad psonā cōiunctā:& dicit ꝙ Tirānus sic dꝫ facere ꝙ uxor sua sit familiaris uxoribꝰ subditoꝝ:qa pp iniuriā illatā uxoribus mlte tirānides destructę sunt.& ideo dꝫ ꝓcurare ꝙ uxor sua sit familiaris uxoribꝰ subditoꝝ. sic.n.hēbit q̄si medietatē ciuitatis:qa mlieres cū pueris fere sūt medietas eiꝰ sicut dixit i.ii. Deīde cū dicit. Et circa: Ondit qd obseruādū est

rum pecuniarum:sed ut cōmunium & publicarum. Et uideri uelle non asperum sed cum grauitate honestum: & talem ut eum non timeant obuii: sed magis uereantur. Hoc autem non facile est eum assequi qui foret contemnendus. Quapropter opus est & si non aliarum uirtutum at saltem ciuilis eum curā habere ac talem de seipso opinionem afferre. Insuper non solum ipsum uideri nulli protinus ciuium contumeliam facere:sed etiam neminem illorum qui circa eum sunt. Eodemque modo se habere mulieres suas erga cæteras mulieres: Nam & per contumelias mulierum permultæ iam Tyrannides perierunt. Et circa uo-

ei q̄tum ad delectationes:& dicit ꝙ circa delectationes corporales debet cōtrariū facere q̄
faciant nunc quidā Tyranni·Sunt·n·quidā qui ·nō solū uolūt ꝓseq hmōi delectatiōes etiā
multis diebus:sed uolunt uideri ab aliis prosequi easdē tanq̄ sint beati & felices ꝓpter ipas
& reputētur ab aliis tales:& ex hoc habeant in admiratiōe apud eos: sed debet magis aut
moderatus esse circa eas:aut si nō sic tñ debet se talem exhibere ꝙ uideat fugere eas : quia
ille qui sobrius est in persequendo
hmōi nō defacili inuaditur nec cō
temnit: sed ille qui est ebriosus in/
uasibilis est defacili & defacili con
temnitur·Ille etiam qui uigilat circa
actus uirtutum non defacili inua/
ditur:nec contemptibilis est: sed il/
le qui dormit:hoc est qui non ope
ratur fm uirtutem defacili inuadit
& contemnitur : Qui enim operat
fm uirtutem reputatur aliquid ma
gnum propter uirtutem quam om
nes reputāt & boni & mali· quāuis
fm maius & minus· Qui autem re
putatur magnus is non inuaditur
defacili nec contemnitur·nullus enī
contemnit quem reputat · qui autē
inordinate operatur econtrario se
habet· ¶ Deinde cum dicit : Con/
trariumq; agendum zc̄ · Ostendit
quid obseruandum est in compara
tione ad totam ciuitatem & diuina
& primo quid in comparatione ad
totam ciuitatem· Secundo cum di/
cit uideri etiam oportet zc̄· Quid
in comparatione ad diuina· In pri/
ma dicit ꝙ ad saluandum Tyran/
nidem faciendum est contrarium
eis quę dicta sunt prius ; scilicet ꝙ
Tyrannus debet pręparare & ornare
ciuitatem:scilicet faciendo turres &
muros & ędes & habitacula & alia hmōi cōmunia:& ordinando ciues tanq̄ sit ꝓcurator
ciuitatis & non Tyrannus:sic enim beniuolus apparebit & non Tyrannus· ¶ Deinde cū
dicit:Videri etiam oportet &c̄· Ostendit quid obseruandum in ordine ad deum : & dicit
quod ad saluationem Tyrannidis Tirannus in his quę ad Religionem & cultum diuinū
pertinent studiose & reuerenter se debet habere & tanto magis differenter ab aliis quanto
magis excellit·Cuius ratio est:quia si subditi existimēt principantem religiosum & deico
lam esse:non timebunt male pati ab ipso·A diuino enim nullus expectat malum per se &
minus inclinabuntur insidiantes opinantes ipsum deum esse sibi propitium & propugna/
torem pro eo contra machinantes in eum· ¶ Deinde cum dicit:Veruntamen oportet sine
improbitate zc̄·Ostendit quid obseruandum est quantum ad distributionem honoris:&
diuiditur in quatuor secundum quod quattuor tangit·Secunda ibi:Hos aūt· Tertia ibi:Cō
munis uero·Quarta ibi:Quod si quem· In prima dicit ꝙ oportet Tirannum esse sapien/
tem ut sciat considerare finem & dignitatem hominis uel saltem ut uideatur esse probus

luptates corporis contrarium facere q̄ nunc
faciant quidam Tyranni: non solum enim
statim ab aurora id agunt:conuiuantq; per
dies plures: uerum etiam apparere uolunt
aliis ꝙ ita faciant : ut tanq̄ felices beatosq;
admirentur:sed in talibus maxima erit mo
deratio adhibenda:uel saltem uideri illa fu
gere . non enim faciliter inuadi potest nec
faciliter contemni qui sobrius sit: Sed qui
ebrius neq; qui uigilet sed qui dormiat.Cō
trariumq; agendū est supradictoꝝ fere om
nium.Corroboranda enim & ornanda ciui
tas est ab eo tanquam a curatore ac nō Ty
ranno. Videri etiam oportet ipsum erga re/
ligionem deorum affici uehemēter : minus
enim formidabūt populi:ne quid cōtra iu/
stitiam fiat si religioni deditum illum exi/
stimabunt:ac deorum timorem habere: mi
nusque contra illum audebunt insurgere:
quasi deos habeat propitios & fauentes. Ve
runtamen oportet sine improbitate talem
uideri:atque eos uiros qui aliqua in re lau/
dabiliter se gesserint honorare : ita ut non

& fine improbitate:& oportet ꝙ bonos & uirtuosos ciues quātum ad actus aliquātum uirtutum honoret:& sic ut putent se magis honorari ab eo q̄ a conciuibus propriis :quia sic maxime erit beniuolus subditis: ¶ Deinde cum dicit:Hos autem ꝛc̄. Tangit secundum et dicit quod ad beniuolentiam maioreꝫ honores debent distribui per ipsum : sed supplicia debent infligi per alios principes & iudicia. ¶ Deinde cum dicit:Cōmunis uero &c̄. Tangit tertium dicens ꝙ ad custodiam cōmunem omnis monarchię multum expediens est nullum uirū facere magnum ualde: aut in potētia aut diuitiis. Magnus enim existens in potētia aut in diuitiis facilius insurget. Si autem oportet facere magis expedit facere plures. Vix enim erunt unanimes & unus iuuabit cōtra alterum. ¶ Deinde cum dicit: Quod si quem ꝛc̄. Tangit quartū & dicit ꝙ si oportet facere aliquem magnum secundum potentiam nō debet facere illum qui audax est secundum morem & inclinatur ad audaciam:quia talis est maxime inuasiuus secundum omnes actiones & ideo quia inclinatur ad magna cum hr̄et potentiam defacili insurgeret. ¶ Deinde cum dicit:Si uero. Ostendit quid obseruandum est in demissione a p̄ncipatu uel honore: & dicit ꝙ si oporteat aliquē demittere a potentatu:gradatim debet deponi:ut nō primo auferatur ei ptās tota:sed pars aliq̄:deinde alia usque quo totam amiserit:quia minus cōtristabit illum:& per consequēs minus insurget & poterit minus insurgere auferens f̄m paruum : quia quod paruū est reputatur ut nihil: Si auteꝫ totum simul uellet auferre multū contristaretur & posset insurgere. ¶ Deinde cū dicit:Insuper. Ostendit quid maxime obseruandū q̄tum ad iniurias:& primo ꝙ omnes iniurię sunt cauēdę. Sc̄do cum dicit:Eoꝝ autem. Quoꝝ sunt maxime cauendę. In prima dicit ꝙ Tyrannus uolens saluare Tyrannidē oēm iniuriam debet prohibere & nullam facere. Pręcipue duas debet uitare ne faciat eas. Prima est flagellatio corporis:& alia est iniuria quę est f̄m ętatem.s.inhonoratio. Flagellatōem quidē corporis : quia ista seruilis est. ciues aūt liberi uolunt esse:& ideo si iniuriaret̄ eis flagellando possent insurgere. Iniuriam quę est f̄m ętatē nō debet facere:sed exhibere maximā reuerentiā senibus f̄m uirtutē et amatoribus honoꝝ:q̄a unusq̄sq; grauiter fert iniuriā circa illud q̄d multū diligit:q̄a amatores pecuniaꝝ grauiter ferūt ꝙ pecunia ipsoꝝ diminuat̄: & amatores honoris grauiter ferūt si inhonorent̄ uel si nō reddant̄ eis honores debiti: & uirtuosi eodē mō. pp̄ quod siliter oportet ꝙ ipse honoret uirtuosos & amatores honoris: ut si inferat eis suppli-

existiment unquam se magis honorari a ciuibus suis in libertate degentibus potuisse. Hos autem honores ipsemet tribuere debet Tyrannus. Pœnas uero & animaduersiones per alios infigere : per Magistratus uidelicet & iudicia. Communis uero custodia omnis dominationis unius est neminē unum præ cæteris magnum facere: sed plures: nam seinuicem custodiēt. Quod si quē extollere oporteat: non tameꝫ eum qui sit moribus audax : nam huiusmodi homines aptissimi sunt ad inuadēdum circa res omnes. Si uero cuiusquā potentia minuenda est modice ac non uno simul impetu omnis potestas est auferenda. Insuper ab omni contumelia abstinendum: præcipue tamē a duabus ne in corpus flagris: ne ue in ætatem libidine insultet. Maximeq; id cauendum in illis hominibus qui honorem magnifaciunt : Nam in pecunias illatam iniuriam auari homines grauiter ferunt : inhonorem uero illatam & qui boni sunt uiri : & qui honorem magnifaciunt permoleste patiuntur. Quapropter aut non huiusmodi hominum opera utendum

cia & inbonorationem oportet ꝙ uideatur hoc facere propter bonum pacis & non propter pensionem & corruptiones per uerba uel increpationes quę solent fieri ad aliquas facere ad uirtuosos & senes sm ętatem nō propter ostensionem potestatis: sed propter amorem: ut uideatur eos diligere & si aliter fierent aliquę honorationes huiōi debent postmodum ei exhibi maiores honores ad mitigationem ipsorum. ¶ Deinde cum dicit: Eorum autem. Ostendit quorū iniurię sunt maxime cauendę: & dicit ꝙ iniurię illorum qui inclinantur ad inuadendum personam principis maxime sunt cauendę: nā isti sunt maxime terribiles & cōtra ipsos oportet exhibere maiorem custodiam qui non curant de uita sua si possint principem interficere. Et ideo maxime sunt cauendi ne iniuria fiat eis uel illis quorum curam gerunt. Si enim fiat eis aliqua exacerbatio non parcunt inuadentes per furorem. Sicut enim dixit Heraclitus: Difficile est pugnare contra furiosum: quia talis pro pręcio paruo ponit animam siue uitam. ¶ Deinde cum dicit: Cum uero ciuitates &c̄. Ostendit quid faciendum est si ciuitas fuerit diuisa: & dicit quod cū Ciuitas constituta sit ex duobus: scilicet ex pauperibus & diuitibus oportet istos & illos saluari propter principatum: ita quod Tyrannus nec istis nec illis iniuriam faciat. Et debet cauere ne inuicem iniurientur. Meliores autem debet assumere ad principatum. Si enim ita fieret non oporteret Tyrannum manumittere seruos: nec auferre arma a subditis. Si enim una pars uelit insurgere contra ipsum: alia pars cū principe sufficiens erit ad repellendum ipsam si fuerint diuisi. ¶ Deinde cum dicit: Superfluum autem particulariter &c̄. Recolligit quędam dicta excusans se ab ulteriori consideratione: & primo facit hoc. Secundo cum dicit: Pręterea egregios uiros per familiaritatem hi zc̄. Adiungit quędam. In prima dicit quod discurrere per singula quę faciunt ad saluationem Tyrannidis superfluum est: sed aliquis per ratōnem poterit discurrere. Est enim manifestum ꝙ oportet principatum non esse tyrannicum sed tanquam patremfamilias:

est: aut animaduersiones in illos patrio more: ac sine ulla contumelia sunt faciendæ. In ætatem uero ex amore sit conuersatio: non ex licentia. Deniq; hoc dedecoris impēsione maiorum honorum est redimēdum. Eorum autem qui ad uim inferendam contra corpus Tyranni insurgunt: illi sunt formidandi & cauendi qui ita dispositi sunt: ut amplius uiuere non curent cum occiderint. Quapropter maxime cauēdum est ab his qui uel seipsos uel eos quos habebant carissimos contumelia affectos putant. sine ulla enim cura propriæ salutis irruunt: qui per indignationem & iram aggrediuntur: quemadmodum & Heraclitus inquit: durum esse dicens pugnare aduersus iram: uita enim id emi. Cum uero ciuitates ex duabus constiterint partibus: ex inopibus scilicet & opulentis. Maxime quidem de utriusq; partis salute cogitandum est ab eo qui gubernat & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunq; tamen eorum sint potentiores hi præcipue sunt a gubernatōne uendicandi: ac uelut proprii efficiendi: nam si hoc extiterit neque seruorum liberationem facere compelletur Tyrannus: neque arma adimere. Altera namq; pars Tyrāni potentiæ adiuncta sufficiens erit ad superandum eos q cōtra isurgere uellēt. Supfluū aūt particulariter dicere de oībus istis. Intentio.n.

Et ꝙ uideatur Regalis subditis & nō gratia suiipsius principari ciuitati: & potius ostendere se procuratorem & tenere statū mediocrium nō excellentium. ¶ Deinde cū dicit: Preterea egregios. Adiungit quedā & primo adiungit unum q̄tum ad insignes. Scdo cū dicit: Insuper moribus. Quantū ad ipsum Tyrannū. In prima dicit ꝙ debet Tyrannus esse affabilis insignibus & magnis uiris in ciuitate: multitudinem aūt debet retinere in obsequio ꝑ gratiam: sic enim principatus nō solum erit pulchrior & magis amabilis: scilicet si melioribus principetur & non humilibus: nec odio habebitur princeps: nec perseuerabit in timore: immo principatus erit durabilior. ¶ Deinde cum dicit: Insuper moribus zc̄. Adiūgit aliud quā tum ad Tyrannum & dicit ꝙ Tyrannus ad saluationem Tyrannidis seipsum debet disponere bene principaliter fm mores & secundū uirtutem: & magis debet seipsum facere semibonum q̄ malignum: & semimalignum q̄ malignum. & si nō secundum uirtutem: tamen secundum apparentiam: quāto enim erit minus malus uel secundum uirtutē uel secundū apparentiam: tanto minus odient ipsum. ¶ Deinde cum dicit: Atqui omnium &c̄. Declarat que istarum Rerumpublicarū sunt breuis durationis per se: & que non & primo proponit. Secundo probat: ibi: Quippe illa que plurimo. In prima dicit quod inter Respublicas minoris ꝑ se durationis sunt Paucorum status secundum ultimam speciem: & Tyrannis. Et ratio huius est: quia plus recedunt a regno quod per se diuturnius est & sunt preter uoluntates subditorum Tales autem Respublice minoris temporis sunt quaꝫ alie. ¶ Deinde cum dicit: Quippe illa que plurimo &c̄. Probat: & primo ostendit quod quedam istarum sunt durationis longe propter dictas causas. Secundo ostendit propositum: scilicet quod quedam sunt breuis durationis: ibi: Ex reliqs. Prima in tres fm quod inducit in tribus que fuerunt longe durationis propter dictas causas. Secunda ibi: Secunda uero. Tertia ibi: Tertia. In prima dicit ꝙ Tyrannis que fuit circa Sicyone ciuitatem multo tpe durauit ubi tyrannizauit Orthagoras & filii eius. Durauit enim centū annis. Et rō huius fuit: quia moderate se habuerunt ad subditos & fm aliquas leges disponebāt tyrannidē & seruiebant subditis. Clistenes enīꝫ q fuit filius Orthagore ga

manifesta est ꝙ oportet non Tyrannicum sed tanq̄ Patremfamilias & Regem esse putari ab illis qui sub eo sunt nec pro se capientem: sed pro communis utilitatis tutela & cura: & mediocritates in uita sequi non & excessus. Praeterea egregios uiros per familiaritatem sibi coniungere: plaebem uero ac multitudinem per fauorem & gratiā in obsequio retinere. ex his enim necesse est non solum dominationē eius esse pulchriorem: & optabiliorem ex eo quia melioribus imperet & nō abiectis neque afflictis: neqꝫ ex eo quod ipse neque odio sit neque formidetur: ueꝝ etiam ex eo ꝙ longiorem ac durabiliorem eius dominationem fore contingat. Insuꝑ moribus talem esse ut uel recte se habeat ad uirtutem: uel semibonus quidam sit: ut uel recte se habeat & non malus sed semimalus. Atqui omnium gubernationum breuissime durare solēt Paucorum potentia & Tyrannis. Quippe illa quae plurimo durauit tempore Orthagorae & filiorū qui apud Sicyonios Tyrannidem habuere ad centesimum usqꝫ annum peruenit. Durationis uero cā fuit ꝙ mediocritate quadā erga subditos utebant̄: multaqꝫ legibus seruiētes agebāt: & q aptus rei militari fuit Calisthenes nō facile contēnēdus hēbat̄. pluri

fuit bellicosus nõ fuit contemptibilis & ducebat populũ cum fauore in multis. Et ideo qa iste moderate utebatur subditis diu tyrannizauit:& intantum moderauit tyrannidem utẽs legibus quibusdã & ordinatione sapientum ꝙ quandoq; de propriis factis subibat iudiciũ senioꝝ sicut & alii:& sustinebat sententias.& ideo dicunt adhuc in ciuitate illa quomodo Calistenes coronauit iudicem qui uictoria eius contradixit quia cum requireretur in iudicio de uictoria respondit: sicut cuicunq; subdito nõ uelut Tyranno. Dixerũt aũt quidã statuam quę est in foro esse imagineꝫ istius iudicis qui iudicauit quem coronandũ iudicauit. Dicitur etiam ꝙ Pisistratus cum tyrannizaret cum uocaret ad Ariopagum ubi reddebantur sententię:sententiam sustinuit. & ideo tyrannizauit longo tempore. ¶ Deinde cum dicit:Secunda uero. Tangit secundam & dicit ꝙ secunda tyrannis quę multum durauit fuit circa Corinthum quę fuit Cipselidarum sic dictorum a genere. Ista eniꝫ durauit septuagintatribus annis & sex mensibus: quia Cipselus tyrannizauit triginta annis:Periãder quadragintaquattuor: imperfectis tamen. Spamacius qui dicitur Gordii filius tribus annis similiter imperfectis. Et est intelligẽdum quod sex menses pro uno anno accipiebant. Causę auteꝫ quare tantum durauit eędem sunt cum prędictis. Cipselus enim ductor populi erat: & in principio nõ fecit custodiam armorum. Periander autem fuit Tyrannus:sed fuit ualde bellicosus: & ideo non fuit contemptibilis. Deinde cum dicit: Tertia ⁊c. Tangit tertiam:& dicit quod tertia Tirannis quę multũ durauit fuit Pisistratidaꝝ Athenis. ¶ Ista autem non fuit continua: quia Pisistratus bis tirannizauit ibidem. Ex trigintatribus enim annis ipse septem & decem primo tirannizauit. Filii uero eius consequenter tirannizauerunt decem & octo: & sic sunt in uniuerso quinq; & triginta anni quibus durauit illa Tirannis. ¶ Deinde cum dicit:Ex reliquis. Ostendit propositũ principale.s.ꝙ Resp.tirãnice fuerunt minoris durationis:et dicit ꝙ illa tirãnis ĩ qua Hierõ & Gelon tirãnizauerũt in Siracusis nõ fuit multũ diuturna:nõ.n.durauerunt nisi.xviii.annis:qa Gelon.vii.annis tirannizauit:in.viii.mortuus est Hierõ uero.x.ãnis solũ:Trasiblus.ix.mẽse mortuꝰ ẽ.mlte ẽt alię tirãnides pauci tpis fuerũt

mum uero cõuersatione & usu familiari fauorem & gratiam hominum acquirebant. Ferẽ enim Calisthenes coronasse iudicem qui uictoriæ illius contradixerat. Aiũt quidam huius iudicis statuam esse illam quæ in foro sedet. Pisistratus quoq; ferẽ aliquãdo apud consilium Ariopagi citatus iudicium subisse. Secunda uero apud corinthum Cipselidarum Tyrãnis:nam ea durauit annis tribus & septuaginta & mensibus sex. Cipselus enim ipse Tyrannidẽ exercuit annis triginta; Periandrus uero quadraginta quattuor: Spamacius aũt Gordii annis tribus. Causa uero duratõis eadem fuit:Cũ.n. popularis esset Cipselus ac gratia apđ multitudinem præualeret sine ulla corporis custodia in dominatione perseuerauit. Periander autem eius filius magis tyrãnice se gessit:sed uir erat bello egregius. Tertia Pisistratidarum Athenis. Hæc autem non fuit continua:bis enim Tyrannide pulsus fuit Pisistratus. Itaq; ex annis triginta tribus solum annis septem & decem Tyrãnidem exercuit:filii uero eius annis decem & octo atq; ita oẽs simul anni fuerũt qnq; & triginta. Ex reliquis uero illa quæ apđ Syracusas fuit Hyeronis & Gelonis:sed nõ longa fuit hæc:ãnis.n.nõ amplius q̃ duo de uigĩti du

Et tunc recapitulat & dicit ꝙ quę sint principia & causę quibus corrumpãtur Resp. & monarchię. & iterum quę sint principia ex quibus saluentur fere dictum est.

rauit. Gelon enim septem annis cum Tyrãnidẽ exercuisset octauo defunctus est: Hyeron autem decem: Trasibulus uero mense decimo excidit. Cæteratum uero Tyrannidum plæræq; breui tempore durauerunt omnes. Quæ igitur sint tam circa gubernationes plurium q̃ circa gubernationes unius solius per quæ & corrumpantur illæ & seruentur fere dictũ est. ¶ In Rep. uero Pla

IN Rep. uero. Postq̃ Philosophus determinauit de saluatione & corruptione Rerump. ſm intensionem propriam: hic intendit reprobare opinionem Platonis de corruptione earundem: & circa hoc primo pręmittens intentionem suam innuit opinionem eius. Secundo cum dicit: Vt pote natura. Approbat eã in quodã bene dicto. Tertio cum dicit: Sed hęc zc. Improbat in male dictis. Circa primum est intelligendum ꝙ opinio Platonis de corruptione Rerump. nõ est bene cognita a nobis: tum q̃a nõ uenit ad nos per libros eiusdem: nec expositorũ eius. Tum q̃a dicta Aristotelis hic de ea obscure sunt ualde ꝓpter breuitatem ipsoꝝ. Vnde magis uidetur eã supponere quasi manifestã tpe suo q̃ expresse ponere: exceptis quibusdam paucis. Sed ex suppositionibus quibusdam Platonis in aliis & ex illis breuibus q̃ ponit Aristoteles & obscuris: & ex ipsa reprobatione poterit aliqualiter uideri opinio prędicta ipsius. Posuit autem Plato sicut ex aliis apparet ꝙ ipsum unum sit substãtia eoꝝ quę dicuntur unũ: non distinguens inter unũ quod principium numeri: & unum quod est substantiale. Et quia ex replicatione unius quod est principiũ numeri causatur numerus: concessit ꝙ ex replicatione unius substantialis causetur numerus. Ex replicatione aũt substantię nõ generat nisi substantia: & ideo concessit substantiã eoꝝ quę ex pluribus sunt esse numerũ quendã: & formas eoꝝ substantiales esse numeros quosdã: sicut formã hoĩs: leonis: cęli: & etiam animę. In numeris aũt primo inuenitur proportio quę est certa habitudo unius q̃titatis ad aliam. Proportionũ aũt numeralium quędã sunt temperatę magis: in quibus extrema magis accedunt ad naturã unius. quędã aũt intemperatę magis: sicut sexquialtera magis temperata est q̃ sexquisexta uel sexquiseptima uel dupla uel tripla. & ideo substantias entium compositoꝝ posuit consistere in quadã proportione numerali principioꝝ ex quibus sunt: sed quorundã in temperata magis quorũdã in intemperata: quorundã aũt in mediis. Et quia Resp. ex pluribus componitur sicut ex materia: est enim ordo inhabitãtium ciuitatem ad per se sufficientiã uitę: ideo posuit rationem eius consistere in proportione aliqua. cuiusdã quidem in ea quę maxime temperata est quã dixit esse optimam & maxime unam: ut apparuit ex secũdo huius. alterius aũt intemperata ualde: quã dixit esse pessimã. mediarũ autem in mediis: quarũ quę magis accedunt ad temperatã primã meliores sunt: quę autẽ ad intemperatã: peiores. Secundo aliud principium posuit ꝙ in entibus cõpositis ex pluribus: illud quod magis unum est: minus ex se est corruptibile. Tum quia quod magis accedit ad ſm se unũ separatũ: qđ est ex se ipso: est incorruptibile. Tum quia etiã quod magis est unũ magis est ens in actu ſm hmõi: quia unum & ens conuertunt & quod magis est ens in actu minus est ens in potentia ex se. & quod minus est in potentia ex se minus est corruptibile. propter quod Remp. primã & optimã quę maxime una est posuit minime corruptibilem. Tertio posuit ꝙ omnia quę fiunt hic ſm naturam reducuntur in superioribus in aliquam figuram cęlestem: ita ꝙ cum incipit sensibilis generatio figurę in cęlo per motum stellaꝝ incipit transmutatio ad substantiã generandam hic. & cũ generata est ex figura prędicta: generatum est ens naturale ab illa. & cum incipit recessus stellarũ a prędicta figura similiter incipit hic declinatio sequentis figuram illa dispositiõe

naturali. Et cum corrupta est figura corruptum est & illud: ita ut profectus & defectus rei
naturalis mensuretur fm quantitatem accessus stellarum ad figuram determinatā & recessus
ab eadem. Et quantitas istius motus cęlestis in ordine ad rem naturalem dicitur periodus
eius naturalis. Et quia tempus accessus & recessus stellarum fm naturam sunt ęqualia: qa uni/
formiter mouentur. Ideo tempus profectus seu generatiōis rei est ęquale tempori defectus

tionis Socrates de mutatiōibus loquitur nec
tamen recte. Illius enim Reip. quæ est opti
ma atq; prima & mutatio nulla propria assi
gnatur. Inquit enim causam esse mutatiōis
quia sic natura comparatum sit ut nihil per
maneat: sed in ambitu quodam tēporis mu
tationem recipiat. Esse uero principium ho
rum inquit quorum supertertius cubus qui
nario cōiugatus fundus duas exhibet har/
monias. Inquiens quando numerus diagra
matis huius efficiatur solidus. Vtpote natu
ra producente prauos et meliores disciplina
Hoc ergo forsan inquit non male fieri enī
potest ut sint aliqui quos disciplina insti/

seu corruptiōis eiusdem q̃uis mlto
tiens in maiori accidit corrumpi q̃
generari: uľ ecōtrario, ppter inequa/
litatem materię. sicut Aristoteles di
cit scđo de generatione. Corruptio
aūt rei quę accidit fm declinatiōem
a prędicta figura celesti dicitur cor
ruptio fm tempus a Phō: quia igit̃
Resp. est aliquid causatū: hic dixit
eam causari ab aliqua figura celesti
& corrumpi per recessum ab ea in
quodam periodo tpis determinato
Et sic posuit optimam Rempu. cor
rumpi in eam quę Lacedęmoniorum
quę fuit quędā species status Opti/
matis non in aliā. De Tyrānide au/
tem nō dixit si corrumpit̃ an nō. &
si corrumpit̃ quomō corrumpatur
Nec potuit rōnabiliter dicere. Posu
it etiā ꝙ in statu paucorum fiebat trās

mutatio ex Optimatū statu seu populari: uel aliis hmōi: quia pncipantes erāt amatores pe
cuniarum. Et pecuniosi facti pncipant̃ aliis, ppter pecuniam cogētes eos seruire ad utilitatem
propriā. Hęc igit̃ ut uidet̃ est opinio Platonis in summa quam recitat & reprobat Phus: di
cens ꝙ de transmutatiōibus Rerump. dictum est a Socrate. i. a Platone introducente Socra
tem loquentē in Rep. sua nō tn̄ fm rōnem: & bene. Dixit enī ꝙ cum multe Resp. essent &
altera earum esset optima illius optimę & primę simplr̃ fm naturam nō esse transmutationē
proprie. i. ex se minime esse corruptibilem. qa pma & optima Resp. maxime est una fm
ipm. Illud aūt quod maxīe unū est: minime ex se est corruptibile: sicut dictū est pus. dixit
tamen corruptionē eius esse per accidēs & ab alio. Cuius cām dicit esse: quia nec eorum quę
sunt hic cōposita ex pluribus ex se natum est manere continue. Sed necesse est transmuta/
ri in aliqua periodo determinata: hoc est in aliqua quantitate motus celestis mensurantis
duratione ipius: sicut dictum est prius. Principiū aūt esse & permanētię illarum Rerump.
quarum cubus supertertius numerus continēs, pportionē sexquitertiā quę inuenit̃ primo inter
quattuor & tria puę aggregata faciunt septē coniūctus quinario qui cōtinet, pportionem
sexquialterā quę pmo reperit̃ inter tria & duo ex quibus cōgregatū: puta ex. vii. & v. s. xii.
continet duas predictas harmonias sexquialterā & sexquitertiā dixit esse causam p se: qa
numerus hmōi dyagramatis. i. figuratiōis solidus est. Constat enim ex ductu unius sui late
ris in alterum: puta tria in quattuor entia illa quorum substātia est numerus aliquis solidus: sunt
maioris durationis. Et nō uult aliud dicere ut uidet̃ nisi ꝙ Resp. illa cuius substātia est duo
denarius numerus continēs, pportionē sexquialterā & sexquitertiā quę magis ad unitatē
uidet̃ accedere solidus existens est maioris duratiōis: qa numerus iste solidus est. ¶ De/
inde cū dicit: Vt pote zc. Approbat ipam in quodā bene dicto: dicens ꝙ Plato dixit quas/
dam Resp. esse maioris duratiōis, ppter cām predictā: at si natura, pducēs eas inesse, pdu/
ceret quasdam prauas & quasdā meliores fm disciplinam hoc ipm dicens forte nō male.

Contingit enim esse aliquos gubernãtes quos ex natiuitate & figura celesti in hora natiui/tatis impossibile:hoc est difficile est fieri studiosos & bonos. Sunt enĩ aliq̃ qui ex dispositi/one naturali quã acquirunt ex figura celesti in principio inclinant ad turpia & ea que p̃ter rationem sunt. Alii aũt qui ex dispositiõe naturali inclinant ad honesta & ea que scd̃m ra/tionem. Talẽ.n.inclinationẽ ad honesta uel turpia causari ex figura celesti necesse est dice/re:q̃uis necessitatem nõ imponat in his que operantur sm intellectum.

tui ac bonos fieri uiros impossibile est. Sed hæc non ꝓpria mutatio foret illius Reipu. quã optimam esse uult magis q̃ aliorũ om/nium & uniuersorum quæ fiunt & ex tem/pore per quod inquit & ex eo quia nõ simul incipiunt:simulq; mutantur. Ceu si prima dies esset mutationis simul mutaretur. Præ/terea quam ob causam ex illa transit ad La/cedæmoniorum Remp. Sæpe enim incon/traria transeunt Resp.omnes:uel in ea quæ sint ꝓpinqua. Eadem ratio est de aliis quoq; mutationibus. Ex Laconica enim inq̃t mu/tatio fit ad paucorum potentiam. Ex ista ue/ro ad Popularem statum. Ex illo rursus ad Tyrannidem. At qui & contrario mutãtur.

¶ Deinde cũ dicit:Sed hec zc. Reprobat eam in male dictis. Et p̃mo quantum ad ea que dixit de corru/ptione optime Reip. Scd̃o quantũ ad ea que de corruptiõe quarundã aliarum. cum dicit:Preterea Tyran/nidis zc. Circa primũ primo repro/bat eam q̃tum ad hoc ꝙ dixit ipsi/us non esse transmutationẽ proprie. Scd̃o cum dicit:Preterea zc. quãtũ ad terminũ transmutatiõis. In p̃ma parte dicit ꝙ nõ bene dixit nõ eius esse trãsmutationem ꝓprie: sed per transmutationẽ figure celestis in pe/riodo determinata. Hec enĩ trãsmu/tatio causata a motu celi q̃ est om/nium eorũ; que fiunt natura & per tp̃s saltem sm accidens inq̃tũ tem/pus est mensura motus q̃ facit dista/re quod est ut dicit quarto Phisicoꝝ:ꝓpter qd̓ dicit omnia que fiunt hic naturaliter trans/mutari:& illa que simul inceperũt trãsmutari:& illa que nõ simul:sil' corrumpi. Sicut si ali/qua facta fuerũt in die precedente tropicũ:hoc est conuersionẽ solis a signis meridionali/bus ad Septẽtrionalia uel ecõtrario simul determinant & finiunt magis est ꝓpria optime Reip. q̃ aliaꝝ. Istud.n.ꝙ simpl'r generat:simpl'r corrumpit. & qd̓ sm qd generat:sm qd cor/rumpit. sicut apparet ex p̃mo de gñatiõe. Vnde substãtie cuius est gñatio simpl'r. est corru/tio simpl'r. Et accidẽtis,cuius est gñatio sm qd:est corruptio sm qd. Reip. aũt optime pri/me est simpl'r gñatio. qa cũ gñatio sit una in esse eius magis erit gñatio que magis est ens in gñabilibus dico. Optima aũt & p̃ma in genere Rerump. maxie est ens:Ergo ipsius erit corruptio & magis q̃ aliaꝝ. Sȝ istud qd̓ cõcludit ratio ista stat cũ dicto Platonis q dixit ꝙ Resp. optima & p̃ma ex se minime est corruptibilis:qa maxie una & actu incorruptibilis est:& corrumpit ab alio:& illa corruptio eius est corruptio simpl'r:qa entis simpl'r:qd̓ con/cludit ratio Arist. Et ideo sm rem nõ reprobat ip̃m. sed ad illos q intelligerẽt Platonẽ di/xisse Reip. p̃me nõ esse corruptionẽ simpl'r decepit p equiuocationẽ huius termini ꝓprie qd̓ uno mõ significat illud ꝙ simpl'r est. Alio aũt mõ illud qd̓ ex se in qua significatione hic utebat ipe. ¶ Deinde cũ dicit:Preterea zc. Reprobat eã quo ad terminũ trãsmutatiõis Dicẽs ꝙ adhuc querendũ est a Platone ꝓpter quam cãm ex optima Rep. fit trãsmutatio sm eum in eã que Lacedemonioꝝ que fuit quedã spẽs status optimatis. Sicut apparuit ex quarto ꝓpinqua optime. Nos.n.uidemus ad sensum ꝙ sepius trãsmutatio fit incõtrariam Reip. q̃ in ꝓpinquã:sicut a Regno in Tyrannidẽ. Eadem aũt ratio est de trãsmutatiõibus aliaꝝ cõsequentiũ sm ip̃m. Dixit.n.ꝙ ex Rep. Lacedemonioꝝ fit trãsmutatio in paucorũ potentiã:sicut in ꝓpinquiorẽ ei:& ex ista in pp̄larem ex qua in Tyrannidẽ sicut in pessi/mam & ultimã:& tñ nos uidemus ecõtrario fieri sepius transmutationẽ ex statu pp̄lari in

paucoꝝ q̄ in Tyrannidē. Et est intelligendū ꝙ si Plato intellexit optimā Remp. corrumpi in eā que ꝓpinqua est ei natura: & siḻr consequētes in ꝓpinquiores eis. Solū falsum intellexit: & ꝑcedit dictum Aristotelis contra eum. Si autem non intellexit solum: sed ꝙ facilius uerum diuitenet Aristoteles hoc improbat: imo dicit scd̄o de generatione ꝙ in habentibus symbolum facilior est transitus. ¶ Deinde cum dicit: Preterea Tyrānidis zc. Reprobat quantum ad alias. Et primo qa non dixit nec potuit bene dicere de corruptione Tyrannidis. Sec̄o cum dicit Absurdum etiam. quia nō dixit de transmutatione paucoꝝ potentię in alias uel aliarum in ipm. In prima pte dicit ꝙ adhuc Socrates seu Plato non determinauit si Tyrannidis est aliqua transmutatio: uel non est. Et si est ꝑpter quā causam in quam Remp. est. Et causa huius est: qa nō facile posset illud dicere scd̄m rationē: quia non est determinatū: nec determinatum eo bene suppositis dictis ipsius: quoniā sm̄ ipsum si corrumpatur Tyrannis oportet eam corrumpi naturaliter & primā ei optimam Quia sic erit circulus quidā in corruptionibus ipsarum: puta si optima corrumpatur in statū optimatū. Et hec in Remp. que in statu paucoꝝ & ista in statū pplarem: que in Tyrannidem. & Tyrānis in optimam per consequēs. Sed nos uidemus ꝙ non sic transmutat Tyrānis in optimam semper: sed transmutat quandoq; Tyrannis in Tyrannidem: sicut illa que est apud Sicionios ex Mironis in eam que Clistenis trāsmutatur etiam quandoq; in paucorum potētiam: sicut in Calcidē Tyrannis que Anticleontis trāsmutata fuit in eam. licz in statū pplarem sicut illa que fuit Gelonis in Siracusis. Et in Optimatē: sicut illa que fuit Charolai apud Lacedemonios. Et econtrario ex paucoꝝ potentia trāsmutatio facta est in Tyrannidem: sicut in Sicilia plurime antique paucorum transmutate sunt: sicut in Leontinis in Tyrannidem Panetii. Et in Ciuitate que dicit̄ Gela in illā qua Cleandri. Et in Regio q̄ est Ciuitas Calabrie: in eam que Anaxali. Siḻr aūt se habet in aliis Ciuitatibus multis. ¶ Deinde cū dicit: Absurdū etiam zc. Reprobat opinionē eius q̄tum ad hoc ꝙ dixit de transmutatiōe paucorū potentię in paucoꝝ potentā. Et primo reprobat cām ipam transmutatiōis quā posuit. Scd̄o cum dicit: Multisq; zc. Insufficientiā: cām aūt improbat per tres rationes; quaꝝ secundam ponit cum dicit: Absurdum etiā dicere zc. In prima parte dicit ꝙ inconueniens est credere & dicere ꝙ transmutatio fiat in paucoꝝ potentiā ex aliis: puta ex statu pplari uel Optimatum: uel huiōi. quia ꝑncipantes sunt amatores pecuniaꝝ. Et ideo acquirētes undecūq;

Ceu ex populari in paucoꝝ potentiā. Et magis quidē q̄ in Tyrānidem. Praeterea Tyrānidis utrum mutatio sit uel non sit: nil dicit: propter quam causam nec in quā Reip. speciem transit. Huius uero causa est ꝙ nō faciliter dicere ualebat. Infinitum enī: nam scd̄m eum in primam & optimam: sic enim utiq; fieret continuus circulus. Sed mutatur in Tyrannidem Tyrannis: ut ea quę apd̄ Sicionios ex Mironis Tyrannide in Clistenis. Et in paucorum potentiam: ut illa quae in Calcide fuit Anticleontis. Et in populatē statum: ut illa quae Gelonis fuit Siracusis. Et in Optimates: ut illa quae Charolai apd̄ Lacedaemonios. Et in Tyrannidem fit mutatio ex paucorum potētia: ut in Sicilia plurimae uetustarum. In Leontinis in Panetii Tyranidem: & apud Gelam in Cleandri: & apud Regium in Anaxali, & in aliis cōpluribus Ciuitatibus eodem modo. Absurdum etiam putare in paucorum potentiam ideo transire: quia homines cupidi & pecuniarū studiosi in Magistratibus uersentur: ac non quia plurimi diuitiis superhabūdantes nō iustum existimant par habere in Ciuitate

& qualitercunq; pecuniosi fiunt. Pecuniosi autem facti estimantes quasi se habere omnia: & precellere omnes faciunt se dños per potentiam pecuniarum & nō magis ꝓpter hoc quia excedentes in substantiis: puta diuites existimant non iustum esse seipsos & pauperes q nihil possidēt habere equale de honoribus & bonis cōibus: sed ipsos debere plus habere fm preeminentiā diuitiarum propriarum ad eas que pauperum. ¶ Et est intelligendum ꝙ causa quā assignat Aristoteles huius trāsmutationis: puta ut estimare eos & pauperes nō habere equale est causa proxima ipsius. Causa aūt quam assignauit Socrates est magis causa remota & prima. Ex habundantia enim diuitiarum concipiunt estimationem predictam ad quam sequit uoluntas transmutationis Reip. ¶ Deinde cum dicit: In multisq; &c̄. Ponit secundā rationem: dicens ꝙ adhuc multe sunt potentie paucorum in quibus non licet superexcedentē acquirere pecuniam: sed sunt Leges alique ꝓhibentes excedere quantitatem determinatam: & tamē transmutatio ad eas fuit facta: Ergo non per acquisitionem pecunie. Et hoc est intelligendum cum transmutat unus paucorum status in alium. Iterum in Carthagine regnantes in poplāri statu efficiuntur multi pecuniosi & tamen non transmutantur in paucorum statum: sed in aliam Rempu. magis. Ergo habundantia pecunie non fuit ꝓxima causa & per se trāsmutationis in paucorum statū. ¶ Deinde cum dicit: Absurdum etiā &c̄. Ponit tertiam rationem: dicēs ꝙ irrationabile est Ciuitatem que regit fm paucorum potentiam habere duas Ciuitates: hoc est duas cōicationes Ciuium: unam uidelicet diuitum: & aliam pauperum: que sibiinuicem cōtrariant. Non enim est ratio quare hoc magis inuenitur in ista q̄ in Lacedemonica que fuit Optimatū quedam: uel in quacunq; alia Republica ubi nō oēs habēt equales possessiones seu diuitias: uel ubi oēs non sunt equaliter boni uiri. Et ideo si in una non est ꝑncipiū corruptionis: nec in aliis. Videmus aūt ꝙ nullo facto pauperiore q̄ prius esset ex paucorum statu fit transmutatio in statum pplārem: si pauperes sint plures & potentiores. Et econtrario nullo facto ditiori fit transmutatio ex populari Rep. in paucorum: si opulenti sint potētiores q̄ multitudo egenorum: & adhibeant curam ad transmutandū Remp. Alii autem negligant. Quare ꝓxima causa transmutatiōis in paucorum statu ex populari non est: ob hoc ipm ꝙ principantes sint facti magis pecuniosi. ¶ Deinde cum dicit: Cumq; plures sint &c̄. Reprobat ipm ꝓpter insufficientiā cause. Et primo ex hoc ꝙ cum sint multe cause predicte transmutatiōis: unam tantum assignauit. Scdo cum dicit: Cumq; plures sint paucorum &c̄. Quia cumplures sunt paucorum status & populares: tm̄ assignauit unam causam. In ꝑma pte dicit ꝙ adhuc cum multe existant cause & principia transmutatiōis pplāris status in pau/

eos qui non habent facultates: & eos qui habent. In multisq; paucorum potentiis non licet pecunias quærere: sed Leges sunt prohibētes. Et apd Carthagine quæ in populariter gubernatur pecuniis student: nec tamen adhuc mutati sunt. Absurdum etiā dicere esse duas Ciuitates sub paucorū gubernatione opulentorum & inopum. Quid enim aliud huic quam Laconicæ accidit uel alteri cuicunq; ubi non omnes æqualia possidēant: aut non omnes æqualiter sunt boni uiri. Nullo autem pauperiorē facto nihilominus ex paucorum transmutantur gubernatione ad popularem statum: si pluress sint in opes. Et ex populari in paucorum potentiā si potentiores sint opulenti quam multitudo. Et alteri negligant: alteri intendāt. Cūq; plures sint causæ ex quibus mutationes fiunt eas non dicit: sed unam solum qd̄ ꝓdigaliter uiuentes usuris confecti paupes efficiūtur. Quasi uero fuerint omnes ab initio

diuites:uel plurimi eorum : ſed hoc falſum At quando ipſoꝝ potentium quidam patrimonia conſumpſerint:res nouas moliuntur Quando autē alii nihil graue accidit & mutātur nihilo magis in popularem ſtatum q̄ in aliam ſpeciem gubernationis ¶ Inſup uero & ſi honores una cum aliis non capiāt:ſi iniurias inferant:ſi contumeliis afficiant ſeditiones oriuntur:& mutationes in Rep. Fiunt etiā ſi nulla diſſipatio patrimonii interceſſerit:ex eo ꝙ liceat quicq̄d uolunt efficere cuius rei cauſam eſſe ferunt nimiā libertatem. Cumq; plures ſint paucoꝝ:plures etiam populi gubernationes : tanq̄ utraq; una ſit mutationes aſſignat Socrates.

coꝝ potentiam:& econtrario non dixit niſi unam tātum:quia uidelicet uſurarii hoc eſt diuites pręter rationem ſm ꝓdigalitatem expedientes ꝓpria efficiuntur pauperes:& deinde uolentes ditari corrumpunt Rempu. Dicit ac ſi omnes uel plures eſſent ęqualiter diuites a principio:hoc aūt falſum eſt:ſed magis uidet̄ eſſe cauſa una ꝙ quādo aliqui magni & pręſidentes in Ciuitate perdunt ſubſtantias & uolunt eas innouare:trahunt ad ſe Remp. tranſmutantes ut ex hoc ditentur. Et tūc fit tranſmutatio nō magis in popularem Remp. q̄ in quamcunq; aliā. Quando aūt aliqui cōium et popularium ditantur:nihil fit dirum per quod Reſp. tranſmutet̄:ut frequentius:quia nō ſunt ita magnanimi. Adhuc aūt & ſi reputent ſe dignos honoribus & non participent ipſis: & ſi iniuſtum reputēt ſe pati in rebus uel iniurias in pſonis:ſeditiōes mouent in Ciuitate:et tranſmutāt Rempublicam:ſicut dictum eſt prius:Iterum q̄uis non cōſumpſerint ſubſtātiam ſeu diuitias:aliquādo tranſmutant ipſum propter hoc quod reputant ſibi licere facere quodcunq; uoluerint. Cuius cām dixit Plato eſſe eam quę libera eſt: hoc eſt ipſam libertatem. Inſufficienter eni aſſignauit cauſam tranſmutatiōis prędictarum Rerump. ¶ Deinde cum dicit:Cumq; plures ſint zc. Reprobat ex eo ꝙ cum ſint multę aſſignauit cauſam ſicut unius tantum dicens ꝙ inſufficienter dixit Socrates:quia pluribus exiſtentibus ſpeciebus ſtatus popularis & paucorum:ſicut dictum eſt prius in quarto. Aſſignauit cauſas earum tanq̄ utraq; earum eſſet una ſm ſpeciem : & ſpecies earum adinuicem nō differret. hoc autem falſum eſt. Hę enim diuerſe ſunt & ſpecies diuerſas habent quare & cauſas diuerſas. Diuerſorum enim oportet eſſe diuerſas cauſas ꝓprias aliquo modo. Et in hoc terminatur intentio Ariſtotelis in hoc quinto.

¶ Finis.

¶ Excellentissimi Theologię professoris Magistri Ludouici Valentię Procuratoris Ordinis Prędicatorum ad Reuerendissimum in Christo patrem & dominū dominum .F. Cardinalem Seneñ. Epitoma per conclusiones Quinti libri Politicorum Aristotelis.

¶ Prima & remota radix seditionis est: quia seditiones concitant qui pro opinione sua de Rebusp. bonis non reportant: quod certe iustissime omnium facerent qui uirtute pręcellūt qui tamen minime omnium id faciunt plus affecti publico bono quod seditione minuitꝰ magis q̄ priuatis comodis: sed maxime seditionē mouēt prętantes genere hi scilꝫ quorū maiores uirtute & diuitiis prediti fuere. Putant enim plus cęteris habere se dignos esse.

¶ Mutationes uero Rerump. quandoqꝫ fiunt ex presenti statu ad alium: ceu ex Populari gubernatione ad Paucorum. Quandoqꝫ uero presente gubernandi forma nō mutata permanentes in ea per se illam suscipiunt: Quādoqꝫ uero mutatiōes nō fiunt: sed extenditur magis Resp. aut coercetur: ueluti popularis status ampliatur uel restringitur. Quandoqꝫ uero nō ex toto Resp. mouet: sed in parte aliqua: ceu cum Magistratum quēdam de nouo inducitur uel remouetur.

¶ Deniqꝫ seditio omnis ꝓpter inequalitatem oritur. Querentes enim equum omnino in seditionē incidūt. Aequū uero dupl'r cōstituūt: aut excessu uelut Arithmeticus: ut .iii. ad duo .ii. ad .i. Aut dignitate: uelut Geometer. ut .iiii. ad .ii. ii. ad .i. Fatent aūt oēs simpl'r esse iustum qđ est fm dignitatē. Vnde uel qa in aliquo pares sunt in oībus se penitus pares existimant. Vel qa in aliquo prestāt in cūctis se superare arbitrant. Et ob hāc cām duę pcipue fiunt gubernādi formę: uidelꝫ Poplaris & paucoꝝ potētia: quia .n. oēs in libertate pares sunt Ideo in oībus se pares existimātes pplarem constituūt Remp. qa uero nobiles diuitiis pręcellūt in cūctis putāt esse precellere: paucoꝝ potentiā faciunt. Nō est aūt facile ut Optimatum fiat Resp. Qui n. uere nobiles ac boni sint nusq̄ centum reperiunt: licet oēs fere nobilitatem ac uirtutem uerbis usurpent.

¶ Predicte tamē duę Resp. stabilitatē nō habent: qa impossibile est ex primo errore in principio cōmisso nō euenire ad extremū aliqd mali. In his aūt instituendis error est qꝛ iustū non recte determinant.

¶ Popularis tn̄ gubernatio tutior est q̄ Paucoꝝ ac minus seditiōi subiacet. Nā in paucoꝝ gubernatiōe duę gignunt seditiōes. Vna inter ipos nobiles. Alia nobiliū ad ꝓplm. Sed in gubernatiōe ppli una tm̄ fit seditio ppli ad paucoꝝ potentiā. Sed inter ipos nulla accidit seditio memoratu digna. Rursum pplaris gubernatio ꝓpinquior est mediocriū hominum gubernationi quam constat magis esse tutam oībus aliis.

¶ Seditiones uero fiunt quandoqꝫ iuste quandoqꝫ iniuste. si aut ęquale simpl'r: aut inęquale exoptant iuste quidem. Si uero fm quid: iniuste.

¶ Res aūt oēs pro qbus hoīes contēdunt sunt lucrū & honor & his contraria dedecus dānum uel ipoꝝ uel amicoruꝫ: ut sub lucro omnia corporalia intelligamus: sub honore uero omnia quę ad animas spectant.

¶ Causę uero ac pincipia unde motus quibus ut ipi disponunt sunt hęc. Primo quidem lucrum & honor nō eo modo quo statim diximus: uidelicet ut acquirant sibiipis: sed qa uident alios partim iniuste: partim iuste plus habere. Contumeliā quidem faciunt qui gubernant ex supbia & auaritia: cum & ex priuatis rebus & ex publicis lucrant. Et rursum ciues inhonorati & alios honoratos cernentes seditionem aggrediunt.

¶ Alia causa est prepotentia: ut scilicet potentior aut maior sit unus uel plures q̄ consueuit in Rep. esse. Vnde & hmōi relegari contingit.

¶ Alia causa est metus: qui enim penas formidant ob maleficia cōmissis ad seditionē deueniunt: pręuenire uolentes priusq̄ malum patiantur.

¶ Alia causa est contemptus. Contempti enim qui non participant honoribus Reip. Insur

gunt contra gubernantes.

¶ Alia causa est incrementum. sicut enim Corpus ex partibus suis cōstat: & oportet eas simul pro modo suo crescere: ac nisi hoc fiat corpus corrumpitur: ita & Ciuitas ex partibus constat. Vnde si īmoderatum fiat incrementum: puta egenorum hominum: paucorū potentia in popularem corrumpet. Si econtra: popularis in paucoꝝ potentiā transibit.

¶ Mutatur quoq; Resp. absq; seditione ꝓpter uerecundiam: ut si electiones ꝓhibentur ne cadant in homines turpes & pudendos.

Alii autem econtrario uitam ciuilem optimam dicunt esse: rationem adducentes: quoni/
am in uita contemplatiua in uacatione & in uacando uidetur consistere. Nunc autem im/
possibile est eum qui nihil agit bene agere. Bona autem actio & felicitas sunt idem. Hoc
enim dicimus felicitatem. Ergo impossibile est ducentum uitam contemplatiuam habere
felicitatem simpliciter. Ciuilis autem uita iustas actiones bonas & pulchras habet. Ergo ui
detur quod ista uita sit eligibilior alia. ¶ Deinde cum dicit: Vtrique eorum quędam &c̄.
Manifestat in quo dicens uitam contemplatiuam optimam bene & male dixerūt: ex quo
apparet in quo alia opinio male dixit quodammodo per oppositum: & primo in quo be/
ne. Secundo cum dicit: At putare omnem gubernationem &c̄. in quo male. Ad euidenti/
am primi & quorundam posterius dicendorum intelligendum quod sicut Philosophus
dicit in primo Methaphysicę: liber est qui est suiipsius causa: quod non potest intelligi sic
quod aliquis sit causa suiipsius primo. Nihil enim est causa sui. Sed est intelligendū quod
liber sit ille qui secundum aliquid proprium sibi est causa sibi operandi. & tunc ueritatem
habet quod liber est suiipsius causa in duplici genere causę: & in ratione agentis & in ra/
tione finis. In ratione agentis inquātum per aliquod principium quod est principale in eo
operatur. In ratione autem finis inquantum operatur ad finem sibi debitum secundū prin
cipium illud. Et quia homo maxime in esse constituitur per intellectum. Est enim intelle/
cius uel est maxime secundum intellectum secundum Aristotelem in decimo Ethicorū.
Et ideo homo liber dicitur qui per uirtutem intellectualem existentem in eo operatur nō
accipiens ab alio rationem operandi: nec impedimentum habens ex parte materię &
qui operatur ad finem qui debetur ei scdm naturā prędictā. Et q̄to magis natus opari. scdm il/
lud quod perfectius est in intellectu in eo & ad finem excellentiorē scdm id ipm tanto libe
rior. & ideo qui simpliciter operatur scdm uirtutem intellectualem & ad finē scdm intellectū
pfectissimū pfectissime liber est. Econtrario aūt homo seruus dicit̄ qui non est natus ope/

bile enim nihil agentem bene agere. Bene
autem agere ac felicem esse idem est: Vtri/
que eorum quædam dicunt recte & quæ/
dam non recte: nam liberi quidem homi/
nis uitam meliorem esse q̄ in dominando
occupati: uerum est. Nihil enim egregium
est seruo uti inquātum seruus: Iussus enim
domini in rebus necessariis nihil habet de
coꝝ. At putare oēm gubernationē esse dn̄a/
tionē nequaq̄ est uerū: nō. n. minus distat li

berorum gubernatio a dominatione seruorum q̃ differat natura liber a seruo. De quo sufficienter in superioribus libris determinatum fuit. Sed laudare magis nihil agere q̃ agere nõ est rectum: nam fœlicitas actio est. Prætetea multorum & præclarorum finem habent iustorum temperatorumque actiones. Quinimmo respondebit fortasse aliquis quod potestatem habere optimum esset: sic enĩ plurimas ac pulcherrimas res agere posset. Itaq; is qui dominus agendi esse potest hanc facultatem dimittere aliis non debet sed sibi arripere: & neque filium patris: neque parentem filii: neq; amicum amici rationem habere: nam quod optimũ

rari fm uirtutem intellectus proprii sed uirtutem & rõem operandi accipiens ab alio obediens operatur. Et quia finis correspondet agenti seruus etiã est qui operatur principaliter ad finem alterius. Et ideo sicut liber homo est qui est suiipsius cã & in rõne finis & agentis: ita seruus qui neutro istorum modorum est principaliter sibi & hoc propter imperfectionem intellectus in eo fm se uel ex dispositione mãe. Et ita uita liberi dicitur uita fm rationem propriam: serui autẽ fm rationem alienam. Dicit igitur ꝙ opinantes uitam contemplatiuam esse optimam rationabiliter dicunt in hoc ꝙ dicunt ꝙ uita liberi est operatio fm rationem propriam melior est q̃ uita dominatiua: hoc est seruilis. Semper enim in unoquoq; genere illud quod est per se melius est eo quod est per accidens. Istud enim simpliciter uerum est: quoniã seruus deficiens est. bonum autem honorabile est bonum excellens: iussio enim passiue quę est de his q̃ sunt necessaria ad uitam quę fit ei a dño non est aliquid fm se bonestum: quia bonestum est quod fm se quęritur: ut in secundo Rhetoricę dicitur. iussionem aũt passiuam nullus bene dispositus eligeret. ¶ Deinde cum dicit: At putare. Declarat in quo male: & diuiditur in duas fm ꝙ declarat in duobus in quo male dixerunt. Secunda ibi: Laudare magis. In prima parte ipse dicit ꝙ ulterius in hoc quod acceperunt omnẽ principatum uniuersaliter esse dominatiuum: id est principatum dñi ad seruum non recte dixerunt. Est enim quidam principatus liberorum & quidam seruorum: & differunt isti principatus adinuicem non minus q̃ naturaliter liberũ & naturaliter seruum. oportet enim principatus differre adinuicem fm differentiam subditorum. Principatus enim ad subditum dicitur. Natura autem liberum & natura seruum differunt fm rationem. & de hoc dictum est sufficienter in primo tractatu libri istius. Ergo principatus liberorum & seruorũ secundum rationem differunt. Non igitur omnis principatus est dominium uel seruitus.

¶ Deinde cum dicit: Sed laudare magis. Declarat in quo male dixerunt secundo: dicens ꝙ ulterius in eo ꝙ dixerunt laudabiliorem uitam illam quę est sine actione q̃ illam quę est cum actione non recte dixerunt. Felicitas enim actio quędam est: & felicitas optima est optima uita. Ergo optima uita est actio non priuatio actionis. Ad hoc operationes quę sunt secundum babitum iustitię & temperantię finem babent multorum bonorum & bene ordinatorum: ita quod actio aliqua iustitię finis est eorum quę secundum temperantiã quę secundum iustitiam proxiamus & actio aliqua secundũ temperantiã finis est propinquus & similiter se babet de bis quę sunt fm alios babitus uirtutum. Vlterius tamen iste actiones ad alium finem ulteriorem ordinantur quę est actio quędã. & ideo tam finis proximus agibilium q̃ finis remotus actio quędam est. finis autem actionis uita est optima. Ergo optima uita est actio & non priuatio actionis. ¶ Deinde cum dicit. Quinimmo respondebit zc. Tangit obuiationem quam primo ponit. Secundo cum dicit: Hoc illi forsan &c. Remouet eam. In prima parte dicit ꝙ forte aliquis poterit opinari per ea quę determinata sunt de optima uita: scilic& ꝙ ipsa est actio: ꝙ optimũ sit esse dominiũ omnium

qualitercunq;· Optimũ enim est attingere ad optimam uitam· Optima autem uita uidetur esse sm predicta sm quam principatur omnibus· Optima enim uita est optima actio· dominans autem omnium dñs est plurimarum actionum & pulcherrimarum· & ideo optimũ uidetur principari omnibus· Propter quod si uerum est optimũ uirum potentem aliis principari: non expedit parcere cuicunq; quantũcunq; proximo quin principetur eidem sicut patet: neq; patrem reputare filios: neq; filios patrem: neq; uniuersaliter amicus amicum ut non principetur eisdem curare: quãtumcũq; sint coniuncti uel boni uel qualiter aliter se habentes· Vniuersaliter enĩ id quod est optimum eligibilissimum est· optime autem agere optimum uidetur esse· Ergo est eligibilissimum· Si igitur principari qualitercunq; & quibuscunq; est optime agere: est eligibilissimũ· ¶ Deinde cum dicit: Hoc illi forsan· Remouet obuiationem quod primo facit· Secundo cum dicit: Quapropter & si aliquis· Remouet obiectionem quandam· Primo igitur remouet obuiationem prędictam: declarans nõ esse optimũ principari omnibus qualitercunq; : dicens φ hoc quod dictum est uere dictũ est forsitan· siquidem ita esset φ principantibus priuando alios iure suo & inclinatione naturali & inferendo uiolentiam inesset illud quod est eligibilissimũ homini· Sed hoc forte est impossibile quod adiungit: quia magni opinabantur contrarium· Ipsi tamen hoc supponunt sicut sm se manifestum· Sed hoc est impossibile: quoniã actiones principantis nõ contingit esse optimas: nisi idem principans tantũ differat ab eis quibus principatur in dispositione naturali & acquisita quantũ distat uir a muliere aut pater a filiis: aut dñs a seruis· Actiones enim diuersificantur sm diuersitatẽ agentium ut agentia sunt· Si igitͬ aliquis transgrediatur uolens dñari aliquibus non habens hanc differentiam ad illos quã uir habet ad mulierem: uel pater ad natũ: uel dñs ad seruũ nõ optime operabitur principando· nec etiam poterit tantum recte agere in posterioribus quantũ transgressus est in principio uolens principari nõ dispositus· Ad hoc: Paruus enim error in principio magnus est in ꝓcipiatis· Et iterũ: Eos qui sunt similes & ęquales & sm naturam & sm uirtutem: bonum est & iustũ omnes principari non simpliciter sed sm partem: puta unum in uno tempore alium in alio: uel unum in uno principatu alium in alio· Iustum enim est consimiles & ęquales consimile & ęquale habere· nõ ęquales autem neq; sm uirtutem neq; sm naturam habere ęquale: uel econtrario ęquales habere inęquale & non similes habere simile: hoc est pręter naturam· Similes enim et ęquales ad ęqualia similia inclinantur sm naturam· sed nullum eoꝝ quę sunt pręter naturã bonum est: quoniã qđ est pręter naturam est uiolentum· & nullum uiolentum est bonũ· ergo aliquem principari quibuscunq; & qualitercunq; nõ est bonum· ¶ Deinde cum dicit: Quapropter & si aliqs· Remouet obiectionem quę posset fieri· Crederet enim aliquis propter prędicta φ non expediret aliquem unum principari omnibus aliquo modo sed esset pręter naturam: quod est contra regni rationem quod est optima Resp Hoc intendens remouere dicit quasi cõ

sit id nobis ipsis asciscere debemus. Optimum autem est bene agere. hoc illi forsan recte dicerent: si modo existeret auferentibus ac uiolantibus illud quod esset omniũ maxime optandum: sed fortassis id fieri nõ potest: falsoq; hoc supponunt: nõ enim amplius bonas actiones illis esse contingit: nisi tantum ipse præstet quantum uir mulieri: & pater filiis; & dominus seruo. Quare is qui uiolaret nihil tantum proficeret postea: quantũ iam a uirtute ipsa recessit: paribus enim honestum & iustũ in parte: hoc enim iustum ac par: nõ par autem paribus & non simile similibus prӕter naturam est nihil autem bonũ quod sit prӕter naturã. Quapropter & si alius quidem sit melior

cludendo ex dictis ꝙ ꝓpter hoc quia similes & ęquales iustum est habere simile & ęquale in principando ſm partem si aliquis inueniatur in Ciuitate qui fuerit melior aliis: etiam bonis existentibus ſm uirtutem & ſm potentiam actiuam in regendo per quam possit coercere malos huic bonum est subici :quia naturale est ꝙ deficiens supponatur perfecto in unoquoq; genere. Et etiam iustum est obedire sibi uni soli ꝑncipanti. Iustum est eñi unũquemq; ſm dignitatem ꝓprię uirtutis habere. Talis aũt ponitur esse melior aliis ſm uirtutem & ſm potentiam. Expedit aũt debentem bene ꝑncipari habere non solum uirtutem per quam inclinet in bonum & sciat dirigere actiones subditorũ sed oportet ipm habere potentiam per quam possit agere coercẽdo: declinando a rectitudĩe ratiõis. ¶ Deinde cũ dicit: Quod si hęc zc. Dissoluit primam dubitationem: ex cuius dissolutiõe apparet dissolutio alterius. Et primo dissoluit eã. Secundo cũ dicit: Quinimo neq; zc. Respondet rationi adducte in oppositum. Circa ꝑmum est intelligẽdum ꝙ felicitas est operatio bois ſm intellectum. In intellectu aũt est considerare speculatiuum: cuius finis est cognitio ueritatis. & practicũ: cuius finis est opatio. Et ſm hoc duplex fęlicitas assignat̃ hominis. Vna speculatiua quę est operatio hominis ſm uirtutem perfectam contẽplatiuam quę est sapiẽtia. Alia aũt practica quę est perfectio hominis ſm ꝑfectam uirtutem bois practicam quę est prudentia. Est aũt quędam opatio ſm prudentiam. & speculatio ſm sapientiã bois ſm seipsum solum. Et est quędam opatio prudentie & speculatio totius ciuitatis. Et ideo est quędam fęlicitas practica & speculatiua quędã bois ſm seipm: & est quędam felicitas practica totius Ciuitatis: & quędam cõtemplatiua totius Ciuitatis. Fęlicitas aũt speculatiua scd̃m unum hoiem melior est practica quę est ſm unum hoiem. Sicut euidenter docet Aristoteles in .x. Ethicoꝝ: quĩ illa perfectio intellectus eligibilior est quę est respectu obiecti magis intelligibilis: Quia ratio ꝑfectionis sumit̃ ex obiecto. Talis aũt est speculatiua. Felicitas .n. est perfectio intellectus respectu primi & maxime intelligibilis. Felicitas aũt practica est ꝑfectio intellectus respectu agibilis ab hoie ꝙ multo deficit a ratione intelligibilis primi. Ergo fęlicitas contemplatiua unius eligibilior est q̃ fęlicitas practica: & iteꝝ magis est continua & sufficiens & delectabilis hęc q̃ illa. Et eadem ratiõe cõtemplatiua totius Ciuitatis eligibilior est q̃ politica seu Ciuilis. Et contẽplatiua totius Ciuitatis simplr̃ eligibilior est contemplatiua quę est ſm unum. Silr̃ Ciuilis practica quę est ſm unum. Et hoc est qđ intendebat dicere Arist. i. Ethicoꝝ si idẽ est uni et ciuitati: maiusq; et ꝑfectius ꝙ ciuitati uidet̃ & suscipere & saluare. Amabile .n. & uni. Melius uero & diuinius genti & Ciuitati. Et ratio huius potest esse: qa contẽplatiua & Ciuilis Ciuitatis compant̃ ad contẽplatiuã ſm unũ: sicut totum ad partẽ. Totũ aũt rõnem magis ꝑfecti & maioris boni habet q̃ pars. Et ideo ista q̃ illa. Hoc supposito dicit Arist. ꝙ si ea quę dicta sunt prius bene dicta sunt: et felicitas est optima opatio bois ſm uirtutem perfectã. Vita aũt ꝑfecta est opatio optima & ꝑfecta: necesse

scd̃m uirtutem & scd̃m potentiam actiuam rebus optimis: hunc sequi honestum est: & huic parere iustum. Sed oportet illi non uirtutem solum: uerumetiam potẽtiam existere per quam sit actiuus. Quod si hæc uera sunt & felicitas in bene agendo est reponenda & publice totius ciuitatis et priuatim singulorum uita illa erit optima quæ sit actiua. Verũtamen actiuã non est necessarium esse ad alios: quemadmodum quidã putant Neq; eas meditationes solum esse actiuas: quæ gratia eorum fiunt quæ ex agendo proueniunt: sed multo magis quæ in seipsis finem habent & suiipsius gratia fiunt cõtemplationes & meditationes. Bene agere enim finis est: quare & actio quædam. Maxime autem ꝓprie dicimus agere etiam externis

est optimam uitam & totius Ciuitatis & sm unũquemq; esse actiuam & in operatiõe consistere. Sed optima uita actiua nõ existit in directiõe operationũ quę sunt ad alium uel in principando uel cõicando qualitercunq; sm φ quidã credunt. Nec etiã illę solę meditationes intellectus actiuę sunt quę sunt de opabilibus uel gratia opabiliũ contingentiũ: sed multo magis illę considerationes & meditatinoes optime sunt quę sm se pfecte sunt: & scdm se querunt non propter aliqd aliud

actionibus eos qui intelligẽtia & cogitatione opibus præsunt architecti. Quinimmo neq; sine actiõe esse necessariũ est eas Ciuitates quæ positæ sint in solitudine & ita uiuere eligẽtes. Fieri eni potest ut partibus inter se agere cõtingat. Multæ eni cõicationes adinuicem sunt partibus Ciuitatis. Similiter aũt hoc existit unicuiq; homini. Vix eni deus bene se haberet & mũdus totus qbus nõ sunt actiões externæ præter pprias ipsorum. Quod igit necessariũ sit eãdẽ esse uitã optimam priuatim unicuiq; hoim & publice Ciuitatibus & hõibus manifestũ est. Cũ uero ista nunc præmissa sint. ac de aliis Rebuspublicis fuerit prius a nobis cõsideratũ.

Et ratio huius est: qm optimus finis bois & ciuitatis est bona actio. Nõ possunt aũt duę uel plures actiones differẽtes specie optime esse. Quare optimus finis hominis est aliqua actio bois: & illa scdm quam maxime agere dicit. Maxime aũt agere dicit s. dm intellectum speculatiuũ. Maxime enim dicimus agere illos qui scdm hmõi dñium habent extrinsecaꝝ actionũ oim. Tales enim sunt sicut architectonici. Speculatiui aũt maxime dñium habent operationũ extrinsecaꝝ: sicut rationem imponẽtes & sicut architectores. Intellectus eni practicus qui dirigit in opationibus exterioribus supponit sicut pncipiũ rectũ appetitum finis. Et rectus appetitus finis nõ est sine rectitudine uolũtatis. Rectitudo uero uoluntatis supponit rectitudinẽ intellectus bonũ uel finẽ ostẽdẽtis. Siquidẽ uoluntas nihil uult φ nõ sit intellectu; pus: sicut dicit .i. Rhetoricę. Iste aũt intellectus est intellectus nõ practicus: sed speculatiuus. si practicus p se depẽdet a uolũtate: iste aũt nõ. Quare pma regula agẽdi vlr est intellectus speculatiuus scdm ipm igit agere dicimus. Quare optia actio bois est speculatio: & p cõseqnẽs ultimus finis eius. Nõ igit meditatio de agibilibus est optima opatio bois: sed cõsideratio uel speculatio speculatiua: & maxie illa quę est de pmis: aut de pmo simplr. ¶ Deinde cũ dicit: Quinimo neq; zc. Respõdet ad rationẽ in oppositum qd pmo facit. Scdo cũ dicit: Quod igit zc. Inducit cõclusionẽ pncipaliter intentã. Fuit aũt ratio φ optima uita bois est uita actiua: sed contẽplatiua uita siue absoluta sine actione est: igit zc. Ad quã respõdet cõcedẽdo maiorẽ p interemptionẽ minoris: dicẽs φ Ciuitates scdm se locate nõ pncipãtes exterioribus Ciuibus & ita uiuere eligẽtes inter se inuicẽ cõicantibus: & etiã speculãtes nõ sunt sine actiõe omnino: sed habẽt multas & pulchras actiones quis eni nõ habeãt actiões ad extrinsecos in pncipãdo uel subiciendo aliis inter se tñ habent una pars respectu alterius qm multas habẽt cõicatiões ptes Ciuitatis adinuicẽ. Silr hoc se habet & circa unũquemq; hoiem scdm seipm quis eni nõ habeat actiões ad alterũ nihilominus tñ contingit ipm habere actiões pfectas in speculãdo scdm seipm. Talẽ eniz uacationẽ quę est in opatiõibus speculatiuis deus q est maxie pfectus habet optime: & totum etiã uniuersum opatiões habet: & tñ deus nõ habet opationẽ extrinsecam quę sit alia ab opatiõe sua: nec etiã mũdus habet opatiões in alqd extrinsecũ pter illas quę sunt partiũ adinuicẽ. Nõ igit est uerũ φ homo siue Ciuitas ducẽs uitã speculatiuã sit sine actiõe. ¶ Deinde cũ dicit: Qd igit zc. Inducit conclusionẽ pncipaliter intentã pus: Dicẽs φ ex his quę dicta sunt est manifestũ φ operatiuã uitã uniuscuiusq; bois scdm seipm & totius ciuitatis necesse est esse unã & eãdẽ sm rõnem: puta speculationẽ: differũt tñ dña ptis ad totum.

De reliquis dicendi zc. Postq̄ Phus inquisiuit de his quę supponenda sunt ad futuram optimam Rempu. ex parte finis ipsius: Inquirit nunc de his quę supponenda sunt ex parte materię ipsius. Et circa hoc primo premittit intentionē & ordinē considerandi. Scdo cum dicit: Putant pleriq; zc. Prosequit. Circa primū tria facit. Prio dat intentionem suā. Scdo cum dicit: Neq; enī fieri zc. Probat q̄ oportet aliqua supponi considerantē de Rep. optima ex pte materię. Tertio cū dicit: Est autē Ciuilis zc. Tangit quę sunt illa. In prima parte dicit q̄m ea quę dicta sunt prius de fine optimę Reip. introducta sunt sicut quoddā prooemium ad euidentiam dicendorum & de Rebusp. minus bene ordinatis: puta de statu paucoꝝ & multitudinis: determinatū est in p̄cedēti libro ex quibus & quomō sunt instituendę: Relinquet nobis cōsiderandum nunc quales suppositiones ex parte materię Reip. oportet supponere ad optimam ordinationē futurā s̄m uotum ipsius Reip. ex parte Ciuiū & Regionis que sunt sicut materia ipsius. ¶ Deinde cū dicit: Neq; enī fieri &c. Probat q̄ oportet aliqua supponi per duas rationes: quaꝝ scdā ponit cum dicit: Vt enī &c. In p̄ma parte intēdit rōnem hanc. Ad optimam Remp. futurā oportet supponere oīa illa sine quibus non potest institui uel esse: sicut ex se est manifestū. Sed nō est possibile esse optimam Remp. sine abundātia multorum moderata. Ergo oportet multa supponi si debeat institui optima Resp. quasi optantibus illa q̄uis nō obtinētibus: nō t̄n impossibilia haberi. Dico autē multa oportere supponi q̄tum ad multitudinē Ciuiū & Regiōis. ¶ Deinde cū dicit: Vt. n. ceteris. Ponit scdam rationē: & est sicut est de aliis cōditoribus: hoc est artificibus: ita est de Ciuili. De aliis aūt artificibus: puta Textore & Nauiculario & quocunq; alio tali: Sicut uidemus q̄ si debeāt recte op̄ari s̄m artē oportet p̄existere materiā cōuenientē existentē & organa conuenientia: sicut Textoris fila: Nauiculari ligna & ferrū bn̄ dispositā. Videmus etiā q̄ q̄to hmōi organa & materia melius disposita sumit: tāto opatio q̄ s̄m artē est melior & cōueniētior. Est ergo sil̄r Ciuili uiro & Legislatori ad ordinationē Ciuiū & Ciuitatis cōuenientē: oportet pręexistere materiā & organa idonea. ¶ Deinde cū dicit: Est aūt &c. Tangit q̄ sunt illa quę sunt supponēda: dicēs q̄ ad successum Ciuilē ptinet p̄mo et p̄exigit multitudo hoīm: sicut materia. s. q̄ & quot: & quales s̄m dispositionē naturalē debeāt esse. uel oporteat eos existere: Et scdo ad ipm ptinet Regio. s. q̄tā oporteat esse s̄m q̄titatē & qualē s̄m dispositionē ad bonā ordinationē. ¶ Deinde cū dicit: Putāt plerīq; &c. Prosequit. Et diuiditur in ptes duas Quia p̄mo inquirit de his q̄ supponēda sunt ex pte materię remote Reip. s. Ciuiū & Regionis. Secūdo cū dicit: Cum uero. Inqrit de illis q̄ supponenda sunt ex pte materię ppinque quę sunt cōsiliatiuū bellicū. agricolę loca minuta & edificia. Circa p̄mū adhuc primo

¶ De reliquis dicendi initium faciamus quales aliquas suppositōes esse oportet pro ea Ciuitate quæ maxime scdm uotū sit constitutionem susceptura. Neq; enī fieri potest ut optima sit Resp. nisi oportune assint facultates ex quo necesse est multa præsupponere quasi optantes esse: tamen nullum eoꝝ impossibile: Dico aūt ceu de multitudīe Ciuium ac de Regione. Vt enī cæteris artificibus: puta textori: & Nauiculario materiam subesse oportet aptam ad opificium. Nam quanto melior hoc existit: tanto id quod fit ex arte erit præclarius. Sic & gubernatori Reip. & Legum positori oportet ꝓpriā subesse materiam apte se habentem. Est autem Ciuilis facultatis primo uidere de multitudine hominū q̄multos & quales natura esse oportet. De Regione quoq; eodem modo: & quanta: & qualis esse debet. Putant plærīq; magnam esse debere beatam Ciuitatem [illegible]

Id & si uerum est ignorare tamẽ uidet̃ qualis magna: & qualis parua dicenda sit Ciuitas. Existimãt enim magnã ex numero habitantiũ. Sed oportet nõ tantũ numerũ: sed magis ad potentiã respicere. Est eni Ciuitatis opus quoddã. Quare quæ maxiẽ id efficere potest hanc existimandã est esse maximam Ciuitatẽ: ceu Hipocratem nõ hominẽ sed Medicũ quis diceret esse maiorẽ q̃ aliũ qui magnitudine corpis eũ excedat. Quinimmo si ex multitudine iudicandũ sit non ex quauis multitudine id est existimãdum Necesse est enim forsan in Ciuitatibus esse seruorũ: & inquilinorũ: & hospitum grãdem numerũ. Sed ex his qui sunt pars Ciuitatis & ex quibus Ciuitas cõstat. Horũ enim præcellens multitudo signũ est magnæ Ciuitatis. Ex qua uero Ciuitate opari quidem per multi exeũt: bellatores autẽ pauci. hanc im [illegible]

inquirit de magnitudine & multitudine Ciuium & Regionis. Scdo cum dicit: Nũc quales aũt &c. De dispositiõe naturali ipsorũ. Circa pmũ adhuc pmo inqrit de magnitudiẽ ciuitatis q̃tum ad mltitudinẽ Ciuiũ. Scdo cum dicit: De Regiõe aũt &c. De ea quę Regionis. Circa primũ inquirendo primo ponit opinionẽ quorundã de magnitudine Ciuitatis. Et reprobat eam. Scdo cum dicit: Cum & bonũ &c. Determinat de ea sm intentionẽ suã. Circa primum ponit opinionẽ aliorũ. Secundo cum dicit: Sed oportet &c. Arguit in contrariũ. Circa primam ptem dicit q multi antiquorum opinati sunt Ciuitatẽ illã fęlicẽ esse quę magna est: q̃uis hoc ueritatẽ hẽat. s. Ciuitatem fęlicem magnã esse ipsi: tñ nõ bene determinãt cuiusmodi Ciuitas magna: & cuiusmodi parua sit nec bene accipiũt magnitudinẽ ipsius. Opinant̃ eñi magnitudinẽ Ciuitatis debere attendi simplr̃ sm multitudinẽ Ciuiũ sine aliqua determinatiõe. Sicut si magnũ exercitũ diceremus simplr̃ qui est ex pluribus bellatoribus. ¶ Deinde cum dicit: Sed oportet non &c. Ponit rationes in contrariũ per quas probat̃ q magnitudo Ciuitatis nõ cõsistit in multitudine Ciuium absolute: sed cũ determinatiõe aliqua. Et sunt tres: quarum secundã ponit cũ dicit: Quinimmo &c. Tertiam: Quãdo etiam & re &c. Circa primũ est intelligendum q oĩs res est ppter suã operationem per se. Hęc enim est ultima eius perfectio. Omnes autem dispositiões rei: puta q̃titas: qualitas sunt ppter ipsam rem: & ideo tam res q̃ dispositiões eius sunt ppter operationẽ. Et quia ratio eorũ quę sunt propter aliquid sumit̃ ex eo ppter quod sunt. Necesse est rõnem rei & oĩm dispositionum eius sumi ex ratione opationis. Secundum rationem aũt opatiõis est ratio potentię quę est pncipium imediatum ipsius. Hoc igit̃ supposito dicit q in determinãdo magnitudinẽ Ciuitatis non oportet respicere ad multitudinẽ Ciuium sm q hmõi: sed magis ad potentiam ipsius per quã potest in opationẽ suam. Ciuitatis eñi est aliqua ppria opatio: puta illa q̃ est scdm uirtutẽ pncipalẽ. Si igit̃ ratio magnitudinis sumat̃ ex ipsa opatione quę est sicut finis: illam Ciuitatẽ oportet dicere magnã simplr̃ quę potest in opationẽ sibi debitã pfecte. Sicut Hipocratem nõ dicimus esse maiorẽ hoiem aliquo excedente ipm sm magnitudinẽ corpis: sed dicimus eũ maiorẽ Medicũ illo qm̃ excedit ipm in arte Medicinę: q̃uis excedat̃ ab illo magnitudiẽ corpis. ¶ Deinde cũ dicit: Quinimmo si &c. Ponit scdam rõnem. Et qa in eo q componit̃ ex pluribus ptibus; necesse est magnitudinẽ includere multitudinẽ quãdam partiũ: Dicit q nõ solũ oportet magnitudinẽ Ciuitatis attendi scdm rõnem opatiõis. Sz si oportet cõsiderare ad multitudinẽ Ciuiũ ex qbus componit̃: non tñ ad quorũcunq; multitudinẽ uel quãcunq; cõtingentẽ: qm̃ in Ciuitatibus est quędã mltitudo seruorũ: & quędã aduenarũ: & extraneorũ cõfluentiũ ad ipsam. Tales aũt nõ sunt p se pars Ciuitatis: sicut consequẽter ostẽdet̃. Et ideo magnitudo Ciuitatis nõ est accipiẽda sm multitudinẽ istorũ: sz qm̃

magnitudo rei attendit̃ fm multitudinē partiū ex quibus componit̃ fm aliquem modum Magnitudo Ciuitatis debet attendi fm multitudinē partiū per se:cuius modi sunt liberi:& bellici:& consiliantes. Excessus eni multitudinis istoꝝ signū est magnitudinis Ciuitatis. Illā aūt impossibile est magnā esse simpl̃r ex qua p̄nt egredi multi numero mercenarii aut serui. Viri aūt bellici pauci:aut consiliātes pauci. Isti eni sunt ꝑ se pars:illi aūt nō. Non eni dicimus idē esse Ciuitatē magnam & multoꝝ hoīm: quia magnitudo Ciuitatis attendit̃ fm multitudinē partium ꝑ se ipius & non oēs hoīes inhabitātes eam sunt per se ptes eius. ❡Deinde cū dicit:Quinetiā re zc̄. Ponit tertiā rōnem: dicēs ꝙ nō solum ex dictis manifestū est ꝙ magnitudo Ciuitatis non attendat̃ fm multitudinē hoīm quātācunq; : sed etiā ex opibus accidētibus pōt hoc uideri. Videmus eni ꝙ difficile est uel etiā impossibile ciuitatē quę est multoꝝ hoīm ualde bene Legibus & cōsuetudinibus bene regi difficile quidē si sint multi prudentes: Impossibile aūt si pauci. In Repu. autē oēs uel plures idiotę sunt:nulla etiā illaꝝ Ciuitatū quę bn̄ gubernat̃ remittit̃ ad recipiendū q̄tācunq; multitudinē. Et iterū ꝑ rationem potest hoc idē apparere. Lex.n. fm quā regitur Ciuitas:ordo quidā est & bona Legislatio bona quędaʒ ordinatio: Et ideo ꝙ nō facile:aut non possibile ordinari nō est facile:aut n̄ possibile bene Legibus regi. Nūc aūt excellens multitudo hoīm non potest participare ordinē. Excedentē eni multitudinē ordinare est opus diuinę uirtutis quę totuʒ uniuersum cōtinet & ordinat. Ergo difficile aut non possibile est multitudinē excedentem hoīm bn̄ Legibus regi. Sed hęc est opatio Ciuitatis regi Legibus rectis. Ergo Ciuitas non debet esse q̄tecunq; multitudinis excedētis hoīm. ❡Deinde cum dicit:Cum & bonū zc̄. Inquirit de magnitudine Ciuitatis. Et ꝑmo determinat ꝙ magnitudo Ciuitatis consistit in quadā multitudīe determinata. In scd̃a cū dicit:Quo circa zc̄. Concludit q̄ sunt illa. Pria in duas. Quia ꝑmo cōcludit hoc ex pręcedētibus. Scd̃o cū dicit:Sed est quędam zc̄. Probat hoc per sil̃e in naturalibus. In ꝑma parte dicit ꝙ in oībus habētibus ꝑ se magnitudinem & mltitudinē bonitas cōsistit aliqualr̃ in multitudīe ptiū ad seinuicē ordinataꝝ & ad finē:& in magnitudīe aggregata ex multitudīe quā consequit̃ uirtus:per quā potest in finē:& hoc fm aliquā rōnem. Ciuitas aūt habet ꝑ se multitudinē quandā & magnitudinē: Ergo ciuitatem illā dicemus optimā q̄ habet magnitudinē & multitudinē fm dictū terminū q antecedit̃ fm tria q̄ apparēt ex tribus rōnibus p̄cedētibus. s. fm ordinem ad finē & opationeʒ ꝙ accipiebat̃ in ꝑma:& fm ptes ꝑncipales ꝙ accipiebat̃ in scd̃a:& fm ꝙ bn̄ regibilis legibus rectis ꝙ in tertia. ita ꝙ fm illā ciuitatē dicim⁹ magnā simpl̃r q̄ habet mltitudinē tātā ptiū ꝑ se ꝙ bn̄ pōt legib⁹ regi & attingere ad opationē ꝑ se ipius. ❡Deinde cū dicit:Sed est zc̄.

possibile est esse magnā. Nō.n.idem est magna Ciuitas & populosa. Quinetiā re & effectu patet:quia difficile est:& forsan impossibile ut quæ nimiū populosa sit Ciuitas optime gubernet̃. Eaꝝ certe quæ bene gubernari dicunt̃: nullā uidemus in populosam multitudinē esse diffusam. Patet etiā ex rationum fide:Nam Lex ordinatio quædā est: & bonā Legis positionem necessariū est esse bonā ordinationē: at multitudo nimiū magna nō potest recipere ordinationē. Diuinæ enim potentiæ id opus esset quæ et hoc totum cōtinet:cū & bonū quidē in multitudine ac magnitudine cōsueuit fieri. Quapropter & Ciuitatē illā cuius cū magnitudīe dictus terminus existit optimā eē necesse est Sed est quædā mēsura magnitudinis Ciuitati:quēadmodū & alioꝝ oīm animaliū plāta:ꝝ instrumentoꝝ. Nam hoꝝ singula: neq; parua nimiū:neq; magnitudīe excessiua suam potentiam retinebūt. Sed aut destituta

Probat idem per simile in naturalibus. Et primo ꝓponit similitudinem. Scḋo cū dicit: Ita et ciuitas zc. Applicat eam ad ꝓpositū. In prima parte dicit ꝙ magnitudinis ciuitatis est aliqua determinata mēsura & ad maius & etiā ad minus quā non contingit trāsgredi ſm rationē sicut magnitudinis rez naturaliū. Naturaliū .n. puta animaliū & plantaz est terminus qdā determinatus ad plus & etiā ad minus quē non est transgredi ſm naturā. Oīa .n. naturalia habēt formas determinatas p se ad quas cōsequunt̄ q̄titates & passiōes determinate. Et hoc est ꝙ Arist. dicit .ii. de Aīa. Oīm natura cōstantiū positus est terminus & rō magnitudinis & augmēti: Et hoc quidē contingit uidere ad sensum qm̄ unumquodq; istoz si deficiat a magnitudine sibi determinata ad minus: uel si excedat magnitudinē determinatam ad maius non habet ꝓpriā uirtutem p quā determinat̄. Sed aliquādo quidē deficit a natura speciei ꝓprię: puta cū multū deficit aut excedit. Aliqñ aūt & si attingat ad materiam speciei praue: tñ attingit q̄tum ad dispositiōes: puta cū paz deficit aut excedit. sicut Nauis si fuerit unius palmi speciē Nauis nō habebit omino. Silr̄ nec si sit duoz stadiorū. Si aūt habeat aliquā magnitudinē paz deficientē aut paz excedētem magnitudinē sibi naturalē male se habebit. Ad opationē eius nauigatio: aut ꝓpter paruitatē: aut propter excessum. ¶ Deinde cū dicit: Ita & ciuitas zc. Applicat silr̄ ad ꝓpositū dicens ꝙ silr̄ ciuitas cum sit a natura inclinante & ratione perficiente quę imitat̄ eam habet magnitudinē determinatam ad minus & etiā ad maius. Illa enim quę componit̄ ex paucis ciuibus non est per se sufficiēs. sicut nec uicus. Ciuitas aūt est cōmunitas per se sufficiens: sicut dictum est prius. Ergo illa quę est ex paucis ciuibus ualde rationē ciuitatis non habet. Illa autem quę est ex multitudine superabundāti p se sufficiēs est sibi in necessariis ad uitā: sicut Regio aliqua: sed non sicut ciuitas. Ciuitatē .n. oportet hr̄e ordinē quēdā ciuilē. Multitudinē aūt supabundantē hr̄e ordinē ciuilē aut difficile est ualde: aut īpossibile. Et ideo illa q̄ ex multitudīe dicit̄ abūdanti est ꝓprie rōnē ciuitatis nō habet. Sic ergo illa q̄ deficit a multitudīe determinata: & illa q̄ excedit ꝓprie ciuitates nō sunt. Nullus .n. Dux exercitus pōt p̄ncipari m̄ltitudini excedēti ad maius de se determinate: nec aliqs est pręco q̄ ñ habet aliq̄ magnitudinē uocis: sicut fuit quidā noīe Stētor. ¶ Deinde cū dicit: Quo circa. Cōcludit qs est terminus magnitudīs ciuitatis. Et p̄mo qs est terminus eius ad min⁹. Scḋo cū dicit: Recipit̄ zc. Quis est ad maius In p̄ma pte dicit ꝙ ꝓpter hoc qa ciuitatē oportet esse p se sufficientē: & p se sufficiēs ñ est ex paucis exñs primā ciuitatē ſm uiā rationis qua minor rōnem ciuitatis ñ habet neccm est esse illā q̄ ex tāta multitudīe cōponit̄ q̄ est p se sibi sufficiēs ad bñ uiuendū ſm cōicationem ciuilē ꝓpter diuersitatē officioz & artificioz: qua minor ñ esset p se sufficiēs. ¶ Deinde cū dicit: Recipit̄ uero zc. Declarat quis est terminus eius ad maius. Et circa hoc p̄mo

erūt omnino a natura uel male se habebūt. Ceu Nauis unius palmi non erit penitus Nauis. neq; duoz stadiorū. Sed si ꝓcesserit ad aliquā magnitudinē: quādoq; ꝓpter paruitatem male faciet nauigationē: quandoq; propter excessum. Ita & ciuitas si ex nimiū paucis sit nō est per se sufficiēs sin ex nimiū multis sufficiēs quidē in necessariis erit ut gens: sed nō ut ciuitas. Remp. enī nō facile est in illis cōstitui. Nā quis Dux esset tā excessiuę multitudinis: aut quis præco nō stentorius. Quo circa necesse est primā ciuitatē illā quæ ex ea multitudīe cōstat: quæ multitudo pría p seipsā sufficiēs sit ad bene uiuēdum in ciuili societate. Recipit̄ uero ut ea quæ multitudinē hanc excedit sit maior ciuitas: sed hoc nō est (ut diximus) infinitum Quæ uero sit huius excessus determinatio ex opibus intelligi faciliter potest. Sunt enī actus ciuitatis imperantiū atq; parentium. Imperantis quidē opus est iubere ac iudica

pponit. Secundo cũ dicit: Sunt eni zc. Probat. Tertio cum dicit: Patet igit zc. Concludit intentũ recapitulãdo. In prima pte dicit ꝙ cõtingit ciuitatẽ quę excedit eã q̄ dicta est scd̃m multitudinẽ esse maiorẽ ciuitatẽ. Sed nõ cõtingit excessum esse in infinitũ: ita ut q̄ magis excedit magis sit ciuitas. Quis aũt sit terminus talis excessus ultra quẽ nõ est ciuitas facile est cõsiderare ex opatiõibus. deĩde manifestat hoc ex duobus. Scd̃o ibi: Insup zc. In prima parte est intelligẽdũ ꝙ sicut dicit in Primo huius. Oĩa quęcunq; fm naturam & artẽ sunt diffinita: sunt uirtute quadã & opatiõe in quam cũ pñt dicunt: cum aũt nõ pñt non dicunt nisi ęquiuoce. Ciuitas uero est aliqd eorũ qui fm aliqd est a natura & fm aliqd ab arte. Et ideo opationem determinatã habet in quã cũ põt dicit ciuitas: cum aũt nõ potest nõ dicit. Opatio aũt pncipalis ciuitatis attendit fm ptem pncipaliorẽ in ea q̄ est ipe pncipans. Opatio autem pncipalis principãtis est dirigere subditos fm rationẽ pręcipiẽdo & distribuẽdo bona cõia & iudicãdo recte ad q̄ preexigit cognitio ciuium. Dicit igit ꝙ ciuitatis sunt aliquę opationes quędã quas exercet per principantes. Quędã aũt quas per subditos. Operatio autẽ principantis est iudicare & pcipere recte & distribuere recte pncipatus: qa iste cõpetũt sibi p uirtutẽ q̄ est prudẽtia quę est propria ei. Ad hoc aũt ꝙ recte iudicet de iustis & ꝙ recte distribuat principatus & bona cõia ipsis ciuibus necessariũ est ipm cognoscere ciues quales quidẽ sunt fm uirtutẽ: & quã differentiã habẽt inuicem fm uirtutẽ. Vt fm exigentiã dignitatis uirtutis distribuat pncipatus et iudicet & differẽter fm differentiã dignitatis eorũ: aut si ubi nõ sit fm hũc modum oporteat distributionẽ bonorũ cõium & iudicia praue se habere. Circa. n. ista opari non fm rõnem rectã: sed fm ppriũ impetũ periculosum est & iniustũ: & tñ hoc necesse est accidere in ciuitate quę est supabundãtis multitudinis. Non. n. oẽs ciues a principãte bñ pñt cognosci Tantã igit oportet esse multitudinẽ ciuiũ ad plus in ciuitate q̄ recte debet opari q̄ta potest a pncipante cognosci. ¶ Deinde cũ dicit: Insup zc. Probat idẽ ex scd̃o sic in ciuitate superabundantis multitudinis contingit esse multos extraneos & aduenas & alios non diligẽtes Remp. Extraneis autem & aduenis & non diligentibus Rempublicam facile est Rempublicam transmutare propter multitudinem ipsorum. Non enim difficile est latere eorum machinationem propter excessum multitudinis. Magis enim latent male operantes in maiori multitudine q̄ minori. Hoc autem est malum Ciuitati & cõtra naturam eius. Ergo malum & contra naturam Ciuitatis est ipsum esse superabundantis multitudinis. ¶ Deinde cum dicit: Patet igitur ꝙ zc. Inducit conclusionem intẽtam dicens: Manifestum est igitur ex his quę dicta sunt ꝙ optimus terminus ciuitatis est excessus mltitudinis maximus qui est sufficiens ad per se sufficientiã uitę: & est facile auxiliabilis & ordinabilis scd̃m rationem rectam: ita ꝙ terminus ciuitatis ad minus accipitur a ratione per se sufficientię. Ad maius autem a ratione bonę ordinationis. Sic igitur determinatum sit de magnitudine Ciuitatis.

re. Ad iudicandũ uero scd̃m iustitiam & ad Magistratus demãdãdos scd̃m dignitatem necessariũ est ut seinuicem cognoscãt ciues quales sint. Quare ubi hoc nõ fieri cõtingit necesse est ut male res pcedant circa Magistratus demãdãdos: & circa iudicia. In utroque certe horũ nequaq̄ est temere pcedendũ ꝙ in nimia multitudine manifeste cõtingit Insuper hospitibus & inquilinis facile est ad Remp. repere cum nõ difficile sit in tanta hoĩm multitudine latere. Patet igitur ꝙ hæc est optima determinatio ciuitatis ut sit maximus multitudinis excessus quæ sit per se sufficiens ad uiuendum: & facile inter se cognosci possit. De magnitudine ergo Ciuitatis determinatum sit in hunc modum.

De Regione aūt zc̄. Postq̄ Phus inquisiuit de his quę supponenda sunt ex pte magnitudinis ciuitatis ciuilis: Inquirit nūc de his quę supponēda sunt ex pte Regionis adiacētis. Et circa hoc primo facit qđ dictū est. Scđo cū dicit: De Regione igitur zc̄. Recapitulat determinata. Regio aūt quęrit̃ fm q̄ utilis est ad bene iudicandū. Ad hoc aūt oportet ipam esse quantam & qualē & bene positā. Et fm hoc diuidit̃ pars ista in partes duas. Quia primo declarat qualē et q̄tam oporteat eam esse. Secundo determinat de situ ipius: cū dicit: Formā uero &c̄. Circa primū primo ostēdit qualē oporteat eam esse. Scđo cū dicit: Multitudine uero zc̄. Quantā fm q̄titatem. In pma parte intelligēdum est q̄ cū Regio quęrat̃ p ciues uel usum ipoꝝ: oportet ipam esse pportionatā ciuibus: & dispositionē ipius quęrere fm q̄ competit usui ipoꝝ. Et ideo dicit q̄ illa quę ad Regionē pertinēt pportionaliter se habent his q̄ dicta sunt de magnitudine ciuitatis quo ad ciues. qualē .n. oporteat ipaꝫ esse manifestū est q̄ p se sufficientē usui inhabitantiū. Quilibet .n. Regionem talē laudat q̄ sufficiēs est ad oia illa quę sunt necessaria ad bene uiuere. Talē aūt oportet fertilē esse & ferre oia ex qbus sustentat̃ natura humana quo ad potū & cibū: & quo ad phibitionē intēperātię incontinentis. Hoc enim dicimus per se sufficiens quod omnia habet & nullo indiget. Regionem igitur talem oportet esse secundum qualitatem quod possit omnia ferre quę sunt necessaria ad per se sufficientiam uitę. Hoc autem pōt facere si fuerit temperata scđm qualitates primas: Calidum: Frigidum: Humidum: Siccum: quod conuenit ei per conuenientem habitudinē ad figuram celestem & loci dispositionem. ¶ Deinde cum dicit: Multitudine uero &c̄. Declarat q̄tam oportet eam esse: & quia non uqęrit̃ Regio ut dictum est nisi fm quod ordinat̃ ad uitā humanam. Dicit q̄ oportet esse tantam fm magnitudinē totius & fm multitudinē consideratā fm diuersitatem terrę satiue & nō satiue consite & pascualis. Et hmōi q̄ homines in ea possint uiuere fm qđ cōpetit homini fm q̄ homo: hoc aūt est scđm uirtutē. Et ideo tantā oportet esse ipam q̄ habitātes in ea possint uiuere scđm uirtutē q̄ est directiua eoꝝ ex qbus sustentat̃ natura q̄ est tēperātia & liberalitas. Temperantia quidē secundū q̄ ex ipa sustētat̃ natura absolute. Liberalitas in compatiōe ad alterum. Tantā igit̃ oportet esse eā q̄ habitātes possint uiuere tempate nō declinantes ad delicias: & liberaliter non retracti p tenacitatē. Verū aūt iste terminus magnitudīs ciuitatis bn̄ assignatus sit uel nō: posterius cōsiderabimus diligētius qn̄ cōsiderabimus de possessiōe & abundantia substātię. Quantā .n. oporteat eā esse: & quō ordinare ad usum sunt multę dubitationes & cōtrarię pter inclinatiōes naturales ad utrūq; excessuꝫ. Hoꝝ qdē ad delitias & intēperātiam. horum autem ad pcitatem solent enim homines in agibilibus. Forte autem & in speculabilibus formare sibi opiniones secundum inclinationes: ut qui inclinantur ad delitias opinantur in ipsis summum bonum esse: & diuitias debere quęri secundum quod faciunt ad deliciandum. & similiter in aliis ut frequenter. Hoc autem eis accidit propter infirmitatem intellectus eorum non potentis supergredi sensum: nec discutere ueritatem

¶ De Regione autē eadē fere dici possunt. Nam qualis esse debeat clarū est q̄ sufficientiam omnes laudabūt. Hanc aūt necesse est feracē eē oim. Nam oia in seipsa habere: & nullius indigere sufficientis est. Multitudine uero ac magnitudine tantā quęat habitatores ociosos nutrire: liberaliter simul tēperateq; uiuentes. Hoc aūt utrum bene uel non bene dicat̃: postea diligētius erit considerandū: ubi de possessionibus & facultatibus mentionē fieri cōtinget qualiter & quēadmodum se habere erga usum ipsum oportet. Permultæ .n. circa cōsiderationē istā dubitatiōes cadūt pter trahentes in utranq; partē & uitæ excessum: alios ad tenuitatem [illegible]

propter naturę inclinationem. ¶ Deinde cum dicit: Formā uero. Determinat de situ regionis & primo in se. Secundo cū dicit: Vrbis aūt &c. in compatione ad mare & aridā. In prima parte dicit ꝙ facile est considerare ſm rōnem qualem oportet esse spēm .i. dispositōez uel sitū regionis: et cōueniens est psuaderi ad hoc ab his qui obseruant uel dicūt hi qui experti sunt circa ducatū exercitus. Dux .n. exercitus circa dispositionē regionis negociat̄ &

alios ad largitatē. Formā uero regionis non est difficile pscribere: credendūq; est in quibusdā rei militaris peritis asserentibus talē esse oportere ut ab hostibus quidē nō facile inuadi possit: ciuibus aūt facilis sit in alienā egressio. Præterea ut hoim multitudinē facile inter se cognosci posse diximus oportere: sic etiā regio sit subiecta conspectui id est ut cognosci & succurri faciliter possit. Vrbis aūt situs si formāda nobis illa est secundū uotū oportune & ad terrā & ad mare debet iacere. Vna iam determinatio præmissa est oportere ad auxilia ferenda cōem esse locoꝶ oīum undequaq; afferendā. Altera ad importationem fructuū. Præterea ad lignorum materiem & siquid aliud simile opificium regio in se habeat facilem aduectionē. Cōio aūt maris utrū utilis sit ciuitatibus uel dānosa pmultæ sunt disceptatōes

exptus est. Dicendū est igit̄ ſm ꝙ ab ipsis psuasi sum⁹ & oportet ipaꝫ esse difficile adhibilē ab impugnātibus & facile exhibilem ab inhabitantibus: si enim esset facilis aditus aduersariis faciliter destrueretur ab eis. similiter & si esset difficilis exitus ipsis: nō defacili possent repellere aduersantes: sic aūt hoc per habitudinem locoꝶ cōuenientem inhabitudinem ad montes uel fluuios uel loca pretupta adhuc oportet mltitudinem hoim in ciuitate esse bene conspicabilē: ita ꝙ quęlibet pars si indigeat possit defacili auxiliari a qualibet uel iuuare. Est aūt intelligendū ꝙ sicut aīal est aliquod unū compositū ex partibus diuersis unitis in toto: ita ꝙ operatio cuiuslibet ad bonum cuiuslibet ordinat̄: sicut operatio oculi ad bonū pedis: & illa q̄ pedis ad bonū oculi: & sic de aliis. ita & ciuitas est cōitas ex pluribus composita: quoꝶ operationes ad bonū sint singuloꝶ ordinabiles sunt: saltem ſm ꝙ sunt partes ciuitatis; ita & siliter regionē oportet esse aliquod unū compositū ex pluribus partibus sic dispositis ꝙ quęlibet ordinabilis sit ad bonū cuiuslibet. & ideo oportet ipam eē sic dispositā ſm sitū ꝙ q̄libet pars possit auxiliari a qualibet q̄tū ad defensionē ab aduersariis uel q̄tum ad nccīa uitę: uel aliqd aliud hmōi. ¶ Deinde cū dicit: Vrbis aūt. Determinat de situ ciuitatis in compatiōe ad mare & aridā: & primo facit hoc. Scdo cū dicit: De nauali aūt. Inqrit de potētia & turba nauali utrū expediat ciuitati uel nō. Circa primū p̄mo declarat quō oportet ciuitatē esse sitā ad aridā & mare. Scdo cū dicit: Cōio aūt. Mouet dubitatōem. In p̄ma pte dicit ꝙ si oportet positionē ciuitatis ad uotū hre oportet ꝙ bn̄ situet̄ in ordine ad aridā & ad mare: ita ut aliqualr utriq; cōicet si possibile est. Et huius una rō ē q̄ dicta est p̄us: qm̄ oꝫ citatē bn̄ & facile auxiliabilē eē cōtra impugnātes. hoc aūt facile magis inerit si sit cōis duoꝶ .s. maris & aridę hn̄s auxiliū ab utroq;. Alia āt ē: qa oportꝫ ciuitatē sustētari ex fructib⁹ regiōis pprię uel alteri⁹: qđ nō pōt fieri nisi deferant̄ ad ipam. facilius āt deferunt̄ si fuerit cōis maris & aridę. Iteꝶ mā lignoꝶ & si aliqd aliud tale sit qđ inueniat̄ in regione necessariū ciuitati expedit ꝙ possit de facili deferri ad ipsam. hoc āt fit si fuerit cōis maris & aridę: & ideo expedit eā esse cōem utriusq; istoꝶ. ¶ Deīde cū dicit: Cōio aūt. Mouet dubōm de ppinqtate ad mare: & pponit p̄mo circa hoc dubōem antiquoꝶ. Scdo cū dicit: Nā &. Proseqt̄ ipaꝫ. In p̄ma pte dicit ꝙ de ppinqtate & cōicatōe ciuitatis ad mare: utꝶ utilis sit ciuitatib⁹ bn̄ gubernātib⁹ uel dānosa multi dubitāt multas adducētes rōnes ad utrāq; ptem.

Nam & frequentare aduenas quosdã alienis educatos legibus inutile putant ad rectam ciuitatis disciplinam & turbam popularem multiplicari ex usu maris transmittentibus & recipientibus negociatoꝝ multitudinẽ contrariũ esse dicunt recte ciuium institutioni. Q đ igitur si ista nõ contingat melius sit & ad securitatem & ad copiam rerum necessariaꝝ cõionem maris habere urbem & regionẽ nõ est obscuꝝ:nam ad facilius ferendũ hostes poportuna facultas succurrẽdi auxiliandiq; suis terra & mari esse debet & ad nocendum inuadentibus si nõ utrinq; possibile. At altera ex pte magis existit amboꝝ pticipãtibus & quæ apđ eos nõ existũt importari & quæ supabũdãt deportari ex necessariis ẽ. Sibi.n. ipsis mercabilẽ nõ aliis ciuitatẽ eẽ oportet:q aũt oibus mercatum apud se præbent: hi faciunt questus cupiditate. Quod si nõ expedit ciuitati hãc cupiditatem habere:neque mercatum cette

¶ Deinde cum dicit:Nam & frequentare. Prosequitur eam:& primo tangit nocumenta quę accidunt ex ipsa. Secundo cum dicit:Quod igiť zč. utilitates maiores consequentes. Tertio cum dicit:Sibi enim &c. docet uitare nocumenta ex propinquitate possibilia contingere. In prima parte tangit duo propter quę uidereť ꝙ nõ expediret ciuitatem esse ꝓpinquã mari. necesse enim conuenire multos institutos uel instructos in aliis legibus & exercitatos in aliis consuetudinibus:sicut uidemus nũc de omnibus ciuitatibus & uillis propinquis mari. nutriti autem in aliis legibus & exercitati in aliis consuetudinibus distrahunt ciues ab obseruantia propriaꝝ legum & ab his ad quę sunt assueti ꝓpter cõicationem & conuictũ. ex conuictu eniꝫ formanť mores. hoc aũt inconueniens est ciuitati et corruptiuũ Reip. ergo non expedit eã esse propinquã mari. Scđm est: qm̃ in ciuitate propinqua mari necessariũ est aggregari multitudinẽ nociuã reip. propter oportunitatẽ enim maris emittentes in quibus supabundãt et suscipiẽtes in qbus deficiũt necesse est subuertere multitudinẽ negociatoꝝ seu mercatoꝝ. talis ãt mľtitudo cõtrariať ad bñ gubernare:quia lex ipsoꝝ facit diuitias magis esse p̃ciosas uirtute:qa cõtrariať recte Reip. & ideo nõ uideť expedire ciuitatẽ esse ꝓpinquã mari. ¶ Deinde cum dicit: Qđ igiť. Arguit in oppositũ tangẽs utilitates ꝓuenientes ex propinqtate:& primo ꝓponit eas. Scđo cũ dicit:Nam ad facilius. Manifestat eas. In prima pte dicit ꝙ nõ imanifestũ est ꝙ multo melius est regionẽ esse ꝓpinquã mari usq; ad aliqd & ꝓpter maiorẽ abundantiã nccioꝝ ad uitã:& ad securitatem maioreꝫ ipsius si possent prędicta incõuenientia uel nocumẽta uitari. ¶ Deinde cũ dicit: Nã ad facilius. Manifestat:& primo primũ dicens ciuitatẽ si nõ dẽat seruire oportet sic esse dispositã ꝙ faciliter & sine dãno possit sustinere impetus debellantiũ:ad faciliter aũt ferre ipsos & cum minori damno facit ꝙ possint se iuuare contra eos p mare & per terrã. & enim si nõ pñt ledere eos qui sic debellãt. tum ſm alterã magis poterũt si cõicent ambobus. ab arida enim iuuabũt se in mari & a mari in arida cõtra eos. Expediens est igiť eam cõicare mari.

¶ Deinde cum dicit:Sibi enim. Docet uitare nocumenta quę uidenť sequi ex dicta cõmunicatione. Duo autem illa quę tangebantur ad unum uidebantur reduci:quod enim aliqui nutriti in aliis legibus:aut multitudo negociatorum aduenientium per mare noceant ciuitati:hoc est inquantum distrahunt ciues ab ordine ciuili:& ideo simul docet utranq; uitare. Et circa hoc duo facit:qm̃ primo inquirit usq; ad q̃tum quęrenda est in ciuitate negociatio. Scđo cũ dicit:Nam & nũc. Docet uitare prędicta nocumẽta. Circa primũ est intelligendũ ꝙ negociatio in ciuitate quęriť ꝓpter cõmutationẽ necessarioꝝ ad bene uiuẽdũ: hmõi aũt cõmutatio q̃riť pp per se sufficiẽtiã uite. & ideo negociatio in ciuitate ad hoc usq; quę

hmôi debet recipere. Nam et nunc quidem
uidemus multis regionibus & ciuitatibus
statões ac portus oportune iacere ut neq; in
tra urbem sint: neq; ualde distãtes: murisq;
circundari & aliis huiuscemodi munitioni
bus. Clarum est q́ si quid boni proueniet
ex tali cõmunione: ciuitas id bonum susci/
piet: sin aliquid mali caueri ab eo facile erit
per leges iubentes ac determinantes quos
oportet & quos non oporteat inuicem ad/
misceri. De nauali autem potãtia quod me
lius sit eã habere usque ad aliquã q̃titatem
manifestũ est. nõ solũ enim sibiipsis sed &
finitimis qbusdã oportet & auxiliari posse:
& esse terrori quẽadmodũ terra: sic ẽt mari.

renda est per se quod facit ad per se sufficiẽtiam ipsius & nõ amplius: sicut ea que sunt ad
finem queruntur sm q́ competunt fini: & propter hoc nõ est querenda propter alios prin
cipaliter. Dicit igitur q́ ciuitatem que nõ sibi sufficit in omnibus ad bene uiuẽdum expe/
dit esse negociatiuam sibi: hoc est sm q́ facit ad per se sufficiẽtiam ipsius sed nõ aliis. i. nõ
ad per se sufficientiam aliaꝝ ciuitatum uel regionum principaliter. Illi aũt qui exhibent se
negociatiuos ad omnes quasi faciẽ
tes forum oium in propria ciuitate
faciunt hoc gratia acquisitionis di/
uitiaꝝ: nimis reputãtes diuitias pre/
ciosas: quod est nociuũ Reip. recte.
Ciuitatem igiẽ illam quã non opor
tet participare acquisitionẽ supflua
rum diuitiarũ nõ oportet recipere
superexcedẽtem multitudinem ne/
gociatoꝝ sed tantam quanta facit
ad per se sufficientia uite. ¶ Dein/
de cum dicit: Nam & nunc. Docet
uitare nocumenta predicta dicens
q́ sic faciendũ est in ciuitate bene
ordinãda circa cõicationem ad ma
re: sicut uidemus & existere io regi
onibus & ciuitatibus bene ordina/
tis et propinquis ei: sic aũt uidemus
q́ in talibus regionibus & ciuitati/
bus municipiũ ciuitatis distantiam
quandam habet a mari: ita ut statio
nes & portus in qbus recipiuntur oegociatores sint disposita apte inter ciuitatem & mare:
ita ut ipa ciuitas nõ occupeẽ a mari: nec sic ualde longe ab eo: sed sint muri & alie munitio
oes uel castra interiacentia ciuitati suburbio. consimiliter faciendũ est in ciuitate fienda ad
uotũ si possibile est. Maoifestũ est enim q́ si ita se hñt & mare fuerit sic ꝓpinquũ ciuitati
ut dictũ est: q́ si aliquod bonũ possit cõtingere ꝓpter cõicationem ad mare inerit ciuitati
sic disposite: si aũt ad nocumentũ possibile sit euenire: id cauendũ est ꝑ leges diuersas deter
minantes quos oportet recipe ad municipiũ & quos nõ oportet & usq; ad quid & quibus
oporteẽ cõiungi ꝑ matrimonia & qbus nõ & quõ. Sic igiẽ apparet q́ ciuitatẽ esse cõiunctã
mari oĩno nõ expedit. tum ꝓpter dicta nocumenta q̃ Arist. tangit. tũ qa magis egrotatiua
esset: & pp alia multa: nec etiã expedit eam esse nimis remotã. multas enĩ ab eo recipit uti
litates sicut ipse tangit: & sic medio mõ expedit eam poni ad mare ut utilitates que a mari
sunt inde recipiat defacili & incõmoditates possit uitare. ¶ Deinde cũ dicit: De nauali a ũt.
Inqrit de potentia & turba nauali quõ ciuitas se habet ad eas: & circa hoc duo facit. Primo
enim manifestat q́ potentia naualis usq; ad aliquẽ terminũ expedit ciuitati. Secundo cum
dicit: Turbã uero zc. Ostendit q́ turba naualis nõ debet esse pars ciuitatis: q̃uis necessaria
sit. Circa primũ primo ostendit q́ potentia naualis expedit ciuitati. Scđo cũ dicit: Magni/
tudo aũt zc. declarat usq; ad quem terminũ. In prima parte dicit q́ de potentia nauali q̃ or
dinaẽ ad bellum ꝑ mare manifestũ est q́ optimũ est ipsam inesse ciuitati bñ ordinate usq;
ad aliquem terminũ multitudinis: qm̃ expedit ciuitatẽ oon solũ sibiipsis uiuere: sed etiam
ad alios: puta uicinos debellando eos si iustum sit eis seruire aut prohibendo insultus eorũ
si uelint debellare iniuste. Quapropter oportet quod sint terribiles eis & possint se auxilia
ri multipliciter contra eos. Hoc autem erit si habeant potentiam: sicut per terram pede/
strem: ita per mare naualem. Expedit igitur ciuitati potentiam habere nauticam.

Magnitudo autem ac multitudo huius potentiæ ad mores ciuitatis erit accomodanda: nam si ea fuerit ciuitas quæ magnā præstantiam auctoritatemq; habere consueuerit: necessarium erit hanc potentiam rebus esse cōformem. Turbam uero nauticam & huiusmodi hominum multitudinem non necessarium est ciuitatibus existere: nulla enim ciuitatis pars hmōi homines esse debent: nam pugnatores q naues cōscendunt ingenui sunt homines. terra quoq; militare consueti hi præsunt nauali turbæ & imperant. Existente uero multitudine tenuis fortunæ hominum qui circa nos habitant: & agricolarum qui in regione rem rusticā exercent: necessarium est abundantiam esse nautarum. uidemus etiam nunc istud fieri in quibusdam ciuitatibus: ceu Heracleote multas implēt triremes urbem possidentes magis exiguam q̄ cæteri. De regione igitur & portibus & urbibus & mari & nauali potentia in hunc modum determinatum sit. de multitudine quoq; ciuitatis quam determiationē habere decet prius dixeramus.

¶Deinde cum dicit magnitudo autē· Declarat usq; ad quid dicens ꝙ de multitudine & magnitudine potentię naualis usq; ad quem terminum expediat ciuitati considerādum est inspiciendo ad uitam·i·ad finem per se intentum in ciuitate· Illud enim quod ordinat̄ ad finem intentum quęrendū est: inq̄tum utile est ad ipsum & nō amplius· Si igitur finis alicuius ciuitatis sit uita ducalis & ciuilis: hoc est finis ad quem ordinat̄ ducatus exercitus·s· subiugare alios & ciuiliter regere illos: tunc potentia naualis debet esse cōmēsurata: ita ut tanta sit ut per ipam & pedestrem potentiam possint debentes sibi seruire debellare & insurgentes in eos repellere: non maior neq; minor secundum quod possibile est· ¶Deinde cum dicit: Turba uero· Declarat quod turba nautica nō debet esse pars ciuitatis: quod primo facit· Secundo cū dicit: Existente uero multitudine &c̄· Declarat quod est necessaria ei· In prima parte dicit ꝙ multitudinem hominum quę est circa turbam naualem non expedit inesse ciuitatibus sicut partem: neque ipsos nauticos oportet esse partem ciuitatis: superexcessiuos enim in iniuriis & qui uolunt esse liberi omnino a subiectiōe quacunq;· & qui sunt pedestres ad uirtutem deficientes ab ipa non debēt esse pars ciuitatis: quoniā illos qui sunt pars ciuitatis oportet esse nō iniuriosos & subici in parte & ordinabiles ad uirtutē· Nautica autem turba quę dn̄atur nauigio & obtinet ipsum hmōi est: quia iniuriosa est & subici nō uult & deficit a uirtute sicut frequenter & in pluribus· Ergo nō expedit eam esse partē ciuitatis· ¶Deinde cū dicit: Existēte uero· Declarat ꝙ multitudo naualis necessaria est ciuitati: dicens ꝙ cum in ciuitate sit multitudo seruoꝝ & tenuiorum hominū necessariū est in ipsa existere multitudinem agricolaꝝ excolentium terram regionis & multitudinem nautarum· Et hoc quidem apparet per inductionem: Sic enim uidemus in pluribus ciuitatibus bene ordinatis: & specialiter in ciuitate Heracleotarum· Quamuis enim ciuitas eorum sit contractior: id est minor secundum multitudinem multis aliis multas possunt de uiris nauticis ordinatis ad bellum implere triremes: id est naues trium ordinum remorum· ¶Deinde cum dicit: De regione igitur &c̄· Recapitulat determinata: dicens quod iam in pręcedentibus dictum est de regione quantam & qualem oportet eam esse: & de portu & ciuitate qualiter se debeat habere ad mare: & de potentia nautica quod necessaria est ciuitati & usque ad quid· Prius autem dictum fuit de multitudine ciuili quantam oportet eam esse & usque ad quem terminum expediat ciuitati bene ordinatę·

NVnc autem quales zc̃. Postq̃ Ph̃s de ciuili multitudine determinauit: transit nunc ad inquirendum quales secundum naturam oporteat esse gubernantes recte: & circa hoc primo premittit intentionem suam cum ordine considerandi. Secundo cũ dicit: Nam quę frigidas &c̃. prosequitur. Tertio cum dicit: De hominibus igitur &c̃. recapitulat dicta. In prima parte ipse dicit ꝙ determinato de his quę supponenda sunt ex parte magnitudinis ciuitatis in generali: restat consequenter dicere plures secundum naturalem dispositionem oporteat esse futuros bene gubernare quod secundo proponebatur prius inquirendum. Fere autẽ fiet hoc manifestum si aliquis uoluerit considerare inspiciẽdo ad ciuitates Grecorũ quas dicimus bene gubernare: & etiam ad totũ orbem terrę secundum quod est ocupatus gentibus & ciuitatibus cõsiderando dispositiones naturales earum. ex istis enim aliqualiter poterit concludi intentum. ¶ Deinde cum dicit: Nam quę frigidis. Prosequit̃: & circa hoc primo premittit diuersas dispositiones regionum ad gubernãdum. Secundo cum dicit: Patet igitur zc̃. ex hoc infert. Et circa primum adhuc primo tangit qui sunt inepti ad gubernandũ naturaliter. Scd̃o cũ dicit: At Grecoꝝ genus. qui sunt apti magis. Circa primũ est intelligendum ꝙ q̃uis intellectus p se nõ cõicet corpi in operatione sua: cõicat tñ corpori cõicanti sm Cõmentatorẽ lib. de aĩa. Quicq̃d enim intelligit in fantasmatibus sensibilibus intelligit: qa cũ speculat̃ necesse est simul fantasma aliquod speculari. Fantasmata aũt in actu sensibilia sunt in actu: sicut dicit̃. iii. de aĩa. Sensibile uero in actu & sensus in actu sunt unũ in actu: & ideo sm diuersam dispositionẽ sensus in actu diuersimode disponit̃ intellectus ad intelligendũ. Sensus aũt in actu diuersimode disponit̃ sm diuersitatẽ organi & spũs: spãliter in subtilitate & grossitię: in quo pmo uident̃ sigillari formę sensibiliũ. Et ideo sm diuersitatẽ spũs in grossicie & subtilitate & aliis hmõi diuersimode disponit̃ intellectus ad intelligendũ: ita ut q hñt spũs subtiles & claros bene representatiuos formaꝝ sensibiliũ bene nati sunt intelligere. Qui aũt grossos & turbidos praue. Multitudo ẽt spũs nãlis & sanguinis & p consequẽs caliditatis facit hoĩes robustos: Robur enim facit spũs sm Ph̃m lib. de somno. Et multitudo calidi animosos & excessiuos: qa calidũ maxĩe actiuũ est inter qualitates. Habitantes aũt in regionibus calidis caliditate regionis poros apiente exalat humidũ trahens secũ calidũ intrinsecũ: & ideo sunt pauci sanguinis & caliditatis. Spũs aũt & si paucos hẽant claros tñ & mundos hñt. & ideo hñ intellectiui sunt. Habitantes aũt in frigidis frigiditate extrinseca poros concludẽte fortificat̃ calidum interius: & sunt fortis digestionis & plurĩo indigẽt cibo. Spiritus autẽ multos hñt ꝑpter multitudinẽ calidi: grossos tñ ꝑpter grossiciẽ & mltitudinẽ alimẽti: & pp minorẽ exalationẽ. Et ideo pp abũdantiã caliditatis & sanguinis aĩosi sunt. ꝑpter grossiciẽ aũt spũum & turbulentiã minus intellectiui. Qui aũt habitant in ꝑatis regionibus medio mõ se hñt ad istos mediocriter dispositi ad aĩositatẽ & ad opatõez intellectus. Hoc supposito dicit ꝙ habitãter in regionib⁹ frigidis & circa Europã q̃ est regio ꝑtensa ad aqlonẽ in pte remota a uia solis sunt nãliter aĩosi pp abundantiã sanguinis & caliditatis ꝑpter cãm dictam: in in/

¶ Nunc autẽ quales natura ciues esse oportet a nobis dicetur: forsan id uero deprehendet quis si inspiciat ad ciuitates Græcorũ: quæ bene gubernari dicuntur: & ad totum terrarum orbem ut a gentibus uariis incolitur. Nam quæ frigidas regiones incolunt gentes: & quæ per Europam animo quidẽ habundant: ingenii uero & artificii parum habent. Quapropter in libertate magis perseuerant: disciplinam uero Reipublicæ difficulter recipiunt: ac finitimis dominari nõ possunt. Quæ uero Asiam incolũt ingenio & arte abundant: sed animositatem non habent: propter quod & parere dominãribus:

tellectu autem speculatiuo.s.arte:hoc est intellectu factiuo inueniuntur deficientes magis. Et ideo quia animosi sunt & potentes libere uiuunt in regionibus propriis:potentes & audentes repellere insultus insurgentium:nesciunt autem bene gubernare nec principare uicinis:propter defectum intellectus & prudentię quę requiruntur ad bene gubernadũ & principandum recte. Habitantes autem in regionibus calidis & circa Asiam quę est regio protensa ad meridiẽ prope uiam solis: bene intellectiui sunt & artificiosi multum secundum animã propter subtilitatem & mundiciam spiritu/um in eis causa pdicta: tamen timidi & sine animositate sunt propter defectum sanguinis & caliditatis naturalis: & ideo subiecti sunt & seruiunt aliis non audentes potentes repellere debellantes: nisi forte quandoq; per fraudem & dolum excogitata per intellectum quem habent subtilem. ¶ Deinde cum dicit At Grecorum genus. Declarat qui sunt magis apti dicens quod illi qui medium locũ tenẽt inter pdictas regiones Europam & Asiam sicut genus Grecoꝝ: sicut medium tenẽt sm locũ: ita & sm dispositiones: Nõ enim tantum est frigidũ apud eos sicut in septentrione:nec tantũ calidũ sicut apud eos qui circa Asiam. Et ideo temperati existentes sm calidũ & frigidum ambobus participant:sunt enim intellectiui:minus tñ q̃ qui circa Asiam. & etiã aĩosi minus q̃ qui circa Europã. & ideo pmanent liberi in regione sua potentes & audentes aliqualiter repellere debellantes. Bene etiã nati sunt gubernare inter se & principari aliis sm aliquã unã Remp. propter uigorem intellectus & rõnis in eis. In ipsa etiã regione Gręcię inuenit̃ dña gentis alicuius ad alias in eadem regione quę totius Grecoꝝ ad duas pdictas:ita ꝙ in aliqua eius pte habitãtes habent naturã quasi unius mẽbri uel dispositiouis unius:puta quia accedũt ad septentrionẽ magis inter Grecos: magis aĩosi sunt inter ipsos naturaliter. Habitantes aũt in alia pte alterius dispositõis sunt:sicut habitantes in pte ppinquori Asię magis intellectiui sunt inter eos. Alii aũt sunt bene mixti siue proportionati ad utrasq; potentias istas.s.intellectiuã & aĩatiuã: sicut illi q magis accedunt ad mediũ peręque distantia. Sed contra ista argueret aliquis rõnabiliter: ꝙ cũ ea quę sunt naturalia semp uel in pluribus eodẽ modo se habeant: si Gręci sunt nati principari aliis non aũt illi qui circa Asiam uel Europã:sequeret̃ ꝙ Gręci semp uel in maiori parte principarent̃ aliis & alii nõ ipsis:cuius contrarium apparet ex historiis antiquoꝝ. Calidi enim & p se qui sunt circa Asiam multo tpe dñati sunt ipsis & uicinis eoꝝ monarchiam tenentes. Similiter Romani qui circa Europã sunt plurimo tempore dñati sunt Grecis q̃ econtrario. diuturnior enim fuit monarchia Romanorũ q̃ Grecorum. Ergo uidetur ꝙ ipsi nõ sint nati principari aliis:sed magis econtrario. Ad hoc est intelligendum ꝙ dispositiones naturales rerũ naturalium quę sunt hic reducuntur in dispositionẽ cęlestem:sicut dicit Phs in primo Metheoroꝝ dicẽs: Est aũt ex necessitate continue iste mundus superioribus latõnibus ut oĩs sui uirtus gubernetur inde. Vnde motus principium oĩbus illam causam putandũ esse. Et hoc satis ostẽdit. viii. Physicoꝝ. Dispositio autem celestis per comparatiõem ad ea quę sunt hic duplex est. Vna cõis quę attenditur sm propinquitatem uel remotionem a uia solis qui maxime mouet ista inferiora. Et secundũ hoc quidam hic existentes sunt calidi.quidam frigidi:quidam temperati. & inclinantur ad ea ad quę ista disponunt: & quantum esset de inclinatione naturali Grecorum in tali dispositione magis temperati essent

& seruire perseuerant. At Græcorum genus ut mediam regionem locorum sortitum est sic etiam amborũ est particeps: nam & animosum & ingeniosum est. Ex quo fit ut in libertate degat: & disciplinam Reipublicæ optime recipiat: & unius Reipublicæ constitutionẽ sortitum imperare omnibus possit. Eandem quoq; differentiam habẽt Græcorum gentes inter se: quædã.n. hñt naturã ad unũ illoꝝ: quædã uero pmixte ac tẽpera

natura & magis attingerent ad utrumq; dictoꝝ prius.s.animositatem & intellectum propor
tionaliter:& magis nati essent gubernare & principari aliis.& septẽtrionales magis animo/
si deficientes intellectu.qui autem circa Asiam econtrario. Alia autẽ est dispositio celestis
in ordine ad ea quę sunt hic:quę attenditur fm figurã stellarum erraticarum ad seinuicem
& ad fixas.:& in ordine ad ea quę sunt hic : & ista dispositio uel ista figura continue alia
& alia est aliquo modo: quãuis nõ
sensibiliter hoc appeat : & respectu
alterius & alterius loci alia & alia:
ita ꝙ si respectu huius regionis sit
nunc talis figura cęlestis consequen
ter in alio tpe erit alia: & si respectu
huius regionis sit talis: respectu alte

tæ sunt ad utramq; illarum potẽtiarum. Patet igit' ꝙ oportet & itelligẽtiã & uigorẽ animi natura existere illis q futuri sint idonei quos legũ positor ad uirtutẽ instituat:nã ꝙ

rius erit alia. Si igitur aliqua dispositio insit alicui ciuitati uel regioni ex tali figura cęleste
durante figura inerit dispositio illa naturaliter:& secundũ hunc modum potest dici quod
Gręci ex figura cęlesti tali aliquando nati fuerunt bene gubernare & principari aliis: aliqñ
autem alii:puta Caldei uel Romani:& si ista figura nõ pmanet nunc:nunc nõ sunt nati ad
eadem sed ad alia secundum exigentiam figurę nunc existentis. Vlterius etiam intelligen/
dum est ꝙ dispositio ciuitatis uel regionis naturalis nõ tantum consideratur ex figura cęle
sti absolute:sed etiam ex dispositione partiũ regionis ciuitatis secundũ habitudinem quã
habet ad montes uel mare uel loca paludosa uel munda. Virtus enim figurę cęlestis non
recipitur in contento nisi mediante continente proximo. Et secundũ hoc potest continge/
re ꝙ quamuis ciuitas uel regio sit frigida naturaliter & inclinetur ad ea quę disponit frigi/
dum q̃tum est ex dispositione figurę cęlestis cõis:tamen secundum dispositionem regio
nis per comparationem ad montes uel mare contingit eam esse calidam excellenter : aut
etiam temperatam uel econtrario. Ex quo contingit ꝙ quãuis existentes in aliqua regione
non inclinentur ad gubernandum bene ex figura celesti cõmuni:tamen ex speciali dispo/
sitione ipsius hoc potest ei contingere. ¶ Tertio est intelligendum ꝙ uirtus cęlestis cum sit
materialis & corporea:intellectus autem immaterialis & separatus:nõ agit per seipsum:sed
tantum per accidens inquantum dependet ex sensu. & ideo intellectus & uoluntas non ne
cessitantur in operationibus suis a uirtute cęlesti per se. Vnde potest cõtingere ꝙ quãuis ali
qua ex uirtute cęlesti uel naturali dispositione nõ inclinentur ad gubernãdum nec ad ope
rationes intellectus uel uirtutis:si tamen per electionem intendant studio sapientię & exer
citio uirtutum continget eos esse intellectiuos & bene gubernãtes & econtrario. si bene na
ti ad ista ocio & exercitio in malis operationibus deficient insipientes & male gubernan/
tes & serui alioꝝ fient. Et hoc forte fuit una causa destructionis regni Romanoꝝ & Gręco
rum:tenentes enim monarchiam uiuentes in tranquillitate:dederunt se ocio & uoluptati/
bus carnalibus & auaritię nolentes uacare sapientię:& ideo facti minus intelligentes & mi
nus exercitati in actionibus ciuilibus & bellicis non potuerunt gubernare nec principari
bene aliis:& ideo rebellauerunt subiecti ipsis nescientibus & impotẽtibus obuiare. Per pre
dicta apparet solutio ad obiectum. ¶ Deinde cum dicit:Patet igitur &c. Infert ex prece/
dentibus quales nati sunt bene gubernare & principari:& primo facit hoc. Secundo cũ di
cit :Nam quod de &c. manifestat hoc ex dicto quorundã. In prima parte dicit ꝙ qa Grę/
ci bene gubernãt & principantur aliis naturaliter: & quia animosi sunt & bene intellectiui:
Asiani aũt serui sunt alioꝝ:qa inaĩosi sunt q̃uis uigeant intellectu. Septentrionales aũt aliis
nõ principant̃:quia deficiũt intellectu q̃uis sint animosi. Manifestũ est ꝙ oportet eos esse
de numero legislatoꝝ qui debent esse boni ductores ad uirtutẽ & bene gubernare inter se
& pncipari aliis esse aĩosos ut possint malos compescere & debellãtes impugnare & bñ in
tellectiuos ut sciãt se dirigere & alios in opatõibus. ¶ Deinde cũ dicit:Nã quid &c. Probat
hoc ex dicto quorundã:& circa hoc primo ex pte illius dicti oñdit intentũ. Scdo cũ dicit:

Nec bene se habet &c̃·reprobat alteraꝫ partem eiusdem dicti· In prima parte dicit ꝙ illud quod quidam dicunt ostendit ꝙ oportet bene gubernantes esse animosos·Dicunt enim ꝙ oportet custodes aliorum & principantes esse amatiuos notoꝝ:ad ignotos aũt siluestres & duros magis·Signũ aũt primi est:quia animus hominis magis attollit̃ colloquendo repu/tans se debere magis reputari ab eis respectu notoꝝ & consuetoꝝ q̃ respectu ignotoꝝ putãs se paruipẽdi· Noti enim & cõsueti magis reputant̃ amici : ignotus aũt quasi nõ amicus:& ideo disponitur homo ad notum & consuetũ sicut ad seipsum:ad ignotos aũt sicut ad inimicum·& propter hoc sicut qui libet reputat seipm & magnipẽdit: ita uult reputari & magnipendi ab amico & noto·ab inimico autẽ & ignoto putat non reputari & parui/pendi·Non aũt ꝙ custodes oportet esse amatiuos:quia animus·i·uolun tas est q̃ facit hoĩes amatiuos inui/cem· hęc enim potentia principiũ est dilectiõis·Propter quod Archi/locus q̃relans de amicis disputat ad animũ quasi ad amicum dicens ꝙ hoĩes nõ sustinent uulnerationes a lanceis ab amicis:sed bona magis· Amare enim est uelle alicui bonũ propter ipm· Velle aũt est actus uo luntatis· ergo & diligere· Inclinatio autem ad principandũ & ad actus libertatis est ab ista potentia oĩbus qui ad hoc inclinantur· Principati/uum enim & inuincibilẽ & liberũ dicimus animũ:quia principari pri/mo & per se est agere·ĩmediatũ autem principium agendi in nobis est animus siue uolun tas·& ideo animus est principatiuũ quid·Libertas aũt est quę in natura intellectiua per uir tutem eius quod principale est in ea & intrinsecus agit in finem proprium sm̃ illud idem Agere aũt in natura intellectuali ad finẽ proximo competit animo & uoluntati sm̃ Arist· ix·Meth·Et ideo libertas est uirtus quędã uoluntatis in ordine ad intellectum pręcedẽtem & finem sequentẽ·Si igit̃ animus est sm̃ quẽ principamur & liberi sumus· & aĩus est quo amamus quod competit principantibus & custodibus:ut iam dictũ est:cõuenienter dictũ est principãtes oportere esse animosos· ¶Deinde cum dicit:Nec bene se habet·Reprobat alteram partem dicti alioꝝ dicens ꝙ nõ conuenienter dicunt in eo ꝙ aiunt ꝙ principantes uel superiores in ciuitate oportet esse infestos & diros ad ignotos:nõ enim expedit ad ali/quem hoĩem bonum esse tales:quia facto & uerbo expedit magis se reddere amabiles·Vi ri etiã magnanimi qui sunt digni principari nõ sunt seueri seu diri ad aliquos nisi cõtra in iustos:quia nõ expedit eos esse diros nisi eis qui cõtrariant̃ eis sm̃ ꝙ hmõi·Ipsi autem sm̃ ꝙ hmõi uirtuosi sunt sic debent esse·magnanimitas enim est ornatus uirtutũ: ut dicit̃·iiii· Eth· Virtuti aũt contrariatur malitia seu iniustitia sm̃ ꝙ iniustitia se extendit ad oẽm ma litiam·Magis aũt duri sunt ad notos seu amicos si fuerint mali siue putẽt se iniuste pati ab eis·& hoc rationabiliter faciunt:si enim ab amicis iniuste patiuntur nocumẽtũ reportant

de custodibus aiunt quidam oportere ut be niuoli sint erga notos;erga ignotos uero in festi. Vigor animi est qui beniuolentiã fa/cit:illa est enim potentia animæ per quam amamus: ac beniuoli sumus . Cuius rei si/gnum est ꝙ magis irritatur animus contra familiares & amicos q̃ contra ignotos si cõ temptũ se putet . Quapropter Archilocus recte cum amicos incusaret ad animum lo quitur inquiẽs:Non tu quidem ab amicis lanceis trãsfixus es.Quod dominatur & qđ libertatem seruat ab hac potẽtia animi exi/stit:dominus enim & inuictus est animus. Nec bene se habet dicere ꝙ aduersus igno tos debent esse infesti:nam aduersus nemi/nem esse tales oportet.Neqꝫ sunt magnani mi hoĩes natura infesti:nisi contra iniuriã/tes.hoc autem magis contra notos familia/resqꝫ patiuntur si iniuriatos sibi existimant Et hoc non sine ratione cõtingit: A quibus

ab eo a quo credebant se iuuari debere te ipso priuant̃ ꝓpter quod indignãtur magis. Amicus eñi est uelut alter ipse:ut dictum est. Et ideo sicut aliquis ad seipm̃ disponit̃:ita ad amicum. A seipso aũt expectat unusquisq; bonum & non nocumentũ ꝓpter quod & ab amico. Vnde si perutet reportare nocumentum:indignatur. & quanto magis amicus: tanto magis credit̃ teneri ad benificẽtiã. Et ideo dicit̃ ꝓuerbialiter φ fratrum inimicitia crudelis est ualde: & φ illi qui ualde diligunt se inuicem fiunt ualde inimici ex casu:sicut eadẽ; sunt calidissima & frigidissima. Sicut dicit Arist. Quarto Metheoroꝝ. Dicimus enim de magno amico magnum inimicum fieri. Sic igitur non expedit magnanimum uel principãtem esse agrestẽ ad aliquem:nisi ad iniustum:& magis si fuerit amicus prius. ¶ Deinde cum dicit:De hoĩbus igit̃ zc̃. Recapitulat:dicens φ de iudicantibus determinatũ est quot oportet esse fm̃ multitudinẽ in ciuitate ordinata: & quales fm̃ naturalem dispositionẽ. ¶ Iterum de Regione dictum est & qualem oportet eam esse ad bñ iudicandum per rationes uerisimiles: & concordãtes sensui. Non eñi eandem certitudinem oportet quęrere eorum quę sunt manifesta ratione sola nõ conueniẽte usq;quaq̃ sensui & eorum qui cõueniũt cum sensu.

enim deberi sibi beneficiũ expectant ab eisdem nõ solum priuari beneficio:sed insuper ledi se putant. Vnde in ꝓuerbio dicitur:fratrum contẽtiones & iræ sunt acerbissime: & qui se nimiũ amant:hi se nimiũ oderũt. De hominibus quidẽ igit̃ qui in Repu. futuri sint:& quot esse oportet:& quales natura:& de Regione quantã & qualem fere determinatum est. Non eñi eadem certitudo quærẽda est in his quæ per rationes:& in his quæ fiunt per sensum. ¶ Cum uero ut aliorum scd̃m naturam cõsistentiũ non hæ sunt partes totius consistentiæ sine quibus totũ esse non possunt palam φ nec Ciuitatis ponendum est esse ptes quæcunq; ciuitatibus existere:necessario oportet ne alteriuſ cuiusquã cõionis:ex qua sit unum aliqđ genus. Vnũ enim quid & cõmune esse debet cõicãtibus siue æquale siue inæquale suscipiant: ceu si

CVm uero zc̃. Postq̃ Phus inquisiuit de his quę supponenda sunt ad Rempu. rectam ex parte materię remote:Inquirit nunc de his quę supponenda sunt ex parte ꝓpinquę. Ciuitatis aũt materia ꝓpinqua est duplex. Vna proprie sicut liberi pncipantes & subiecti qui attingunt ad ciuilitatem. Alia antem domus & edificia ciuitatis & regionis q̃ magis se habent in ratione organi. Diuidit̃ igitur pars ista in duas. Quia primo inquirit quę sunt partes ciuitatis proprie dicte. Secundo de edificiis & domibus & dispositiõe ciuitatis & Regionis:cũ dicit: Vrbs aũt zc̃. Adbuc in pria parte oñdit prio q̃ sunt necessaria ad cõsistẽtiaꝫ ciuitatis. Scđo cũ dicit: Determinatis aũt zc̃. Inquirit quę eorum sunt ptes Ciuitatis. Circa primũ adbuc ostendit φ nõ oĩa quę requirunt̃ ad consistentiã Ciuitatis sunt partes ipsius. Scđo cum dicit:Cum uero &c̃. Declarat quę exigunt̃ ad consistentiã eius. Primum ostendit duabus ratiõibus. Scđam ponit ibi: Vnũ eñi &c̃. In prima pte dicit sicut est in his quę fiunt & constant fm̃ naturã:ita in Ciuitate est quę a natura inclinãte & ratiõe pficiente. In his aũt quę fiunt & cõstant natura nõ oĩa quę reqrunt̃ ad consistentiã ipsoꝝ sunt ptes illorum. Sed quędam sunt sicut materia. Quędã aũt ad ornatũ:& quędam ad alia. sicut in animali alimentũ & humores nõ sunt partes in actu:sed sicut materia. Pili aũt ad ornatum sunt seu ad ꝓtectionẽ. Sudores aũt sicut decidentia a natura. Ergo manifestũ est φ neq; ciuitatis:neq; cõicationis alterius cuiuscunq; ex pluribus ex quibus fit aliquod unum ratiõe omnia dicenda sunt partes sine quibus nõ existunt. ¶ Deinde cum dicit : Vnum eñi &c̃. Ponit secundam rationem ad idem quę est hęc :oĩm partium per se alicuius totius est ad

unum cōmune per quem determinētur & sunt:& hęc est forma totius. Et ad hoc attingūt oēs siue ęqualiter siue inęqualiter per transmutationē factā ad illud ex aliqua materia: siue illa fit alimentū:sicut in aīalibus & plantis:siue multitudo hoīm in Regiōe.sicut in Ciuitate uel aliqd aliud:sicut in quibuscunq3 aliis. Quando uero aliqua plura sic se habēt q unu3 est gratia alterius ut finis.alte3 aūt est sicut finis ipso3 nō aliqđ unū cōe fm ratione: s3 ad alterū isto3 pertinet attingere aliqđ principaliter. Ad alte3 aūt attingere accipiēdo uirtutem ab alio: sicut se habet organū ad opus factū : & ad agens pncipale qbus nō est aliquid cōe fm rōnem:sicut domui et edificatori nihil est cōe fm q hmōi:sed ars edificatoria & organa edificādi sunt ppter ipam domū. Igit quo3 unū est gratia alterius fm q hmōi nō sunt partes alicuius unius. Possessio uero in Ciuitate est gratia possidentis:quis igit sit necessaria ciuitati nō erit aliqua pars ciuitatis cuius partes sunt possidētes p se: sed multa sunt aīata quę sunt possessio alteri9. sicut iumētum & seruus q est organum aīatum alterius possessio exns sine quibus tū non est ciuitas. Ergo multa sunt in ciuitate quę non sunt partes ipius. Ciuitas enim est cōitas quędā ex pluribus silibus fm naturam cōposita gratia p se sufficiētis & optimę uitę. ¶ Deinde cū dicit: Cum uero zc. Intēdit declarare quę sunt necessaria ad consistentiā ciuitatis. Et circa hoc pmo tāgit ex quibus sumit diuersitas Rerump. & ciuitatū. Scđo cum dicit: Considerandum zc. Ex quibus sumit numerus eo3 quę sunt necessaria ad ciuitatem. Tertio cū dicit: Primo quidem zc. Sumit eo3 nume3. In pma parte est intelligendū q ratio eo3 quę sunt ad finem ex fine sumit. Et ideo diuersitas eo3 primo est ex diuersitate finis: deinde ex diuerso modo se habēdi ad ipm. Finis aūt ciuitatis fęlicitas est. Et ideo dicit qm fęlicitas est optimum qđ intendit:sicut finis in ciuitate. Felicitas aūt est opatio fm uirtutem perfectam & exercitiū illius perfectū. Et contingit aliquos iudicantes attingere ad hmōi opationē perfectam. Alios aūt contingit attingere modicū. Alios aūt nihil. Sed ad contrariū magis manifestum est q hęc est causa quare sint diuersę species & differentię Rerump.. Diuersitas enim Rerump. est ex diuersitate finis:uel diuerso modo se habendi ad finem. Ex hoc enī q diuersos fines eligunt:uel eundem alio & alio modo:& per alia & alia uenātur diuersas uitas faciunt:& per consequens diuersas Resp. Diuersi enim modi uiuendi diuersę Respu. sunt. Diuersę igitur Resp. sunt ex diuersitate finium:uel & diuerso modo se habendi ad finem. ¶ Deinde cum dicit: Considerandū est zc. Declarat ex quibus sumitur numerus eorum quę sunt necessaria ad ciuitatem. Et pręmittens intentionē suam dicit q post hęc considerandum est nobis quę & quot sunt quę sunt necessaria ad consistentiam ciuitatis. Inter

alimentum id sit : siue agri quantitas : siue aliud tale. Sed quādo hoc gratia huius: hoc aūt non gratia nihil in his cōe. sed aut huic quidem facere: huic aūt accipere. Dico autē ueluti organo omni ad id opus quod fit: & opificibus: Domui.n.ad edificatorem nihil est qđ fiat cōe: sed est domus gratia edificato3 ars. Quapropter possessione quidē indiget ciuitas: nulla tamē pars ciuitatis est possessio. Multa uero aīata sunt possessiōis partes. Ciuitas aūt cōmunio quædā est similiū gratia uitæ ut maxime fieri potest optime. Cum uero sit felicitas optimū: ipsa tū uirtutis opatio: & usus quidā perfectus. Contingat aūt ita ut aliqui illius recipiāt participationem: alii pa3: aut nihil. Manifestum est q hæc est causa quare ciuitatis species differēte existūt. Pluresq3 Rerumpu. formæ pet aliū enī modū & aliis uiis singuli hoc appetentes: & alios uiuendi modos fecerūt: & alias Reip. disciplinas. Considerandū est quot sint illa sine quibus ciuitas esse non potest.

ista enim inuenientur illa que per se sunt partes illius. Et quia unumquodq; eoꝝ que sunt natura uel arte determinat̃ aliqua propria operatiõe: sicut dicit̃ Primo huius: sumende sunt operatiões eoꝝ que sunt in ciuitate. Ex diuersitate enim istaꝝ manifesta erit multitudo necessarioꝝ ad eam. ¶ Deinde cum dicit: Ex his enim zc̃. Primo assumit opatiões necessarias ciuitati. Scd̃o cum dicit: Necessariũ est ergo zc̃. Concludit multitudinem eoꝝ que requiruntur ad consistentiam eius. Circa primum primo assumit opationes dictas. Secũdo cum dicit: Hec sunt igitur zc̃. Probat eas esse necessarias. In pria parte dicit ꝙ ciuitati cuicunq; si debeat esse ciuitas: oportet preexistere operationem alimẽti si quidem debeant uiuere & nutriri. ¶ Deinde autem operationes artium puta fabricationem & carpentationem & huiusmodi multis enĩ indigent organis existentes in ciuitate que preparantur per hmõi opera. ¶ Deinde tertio oportet in ipis esse arma: cõicantibus enim cõicatiõe ciuili sunt necessaria propter duo. Primo quidem ap seipos ad puniẽdũ insolentes & transgredientes Leges uel Principatus gratia inobedientium constituti mandatum. Secũdo ad repellendum extrinsecos uolentes inferre molestiam iniuste. Deinde oportet eos habere pecuniarum abundantiam aliquam: silr̃ propter duo. Primo propter oportunitates ad cõmutationes inter se faciendas Secundo ad expeditiones belloꝝ si emergant. Deinde aũt quinto expedit inesse ciuitati ꝙ ꝓncipiũ est inter dicta curam & cultum diuinum quod appellat̃ sacerdotium. Sexto oportet inesse rectam deliberationẽ de conferẽtibus & nociuis et iudicium iustum de his que ueniũt in disceptatione. ¶ Deinde cum dicit: Hec sunt igit̃ zc̃. Probat hmõi opa esse necessaria una ratiõe cõi: dicens ꝙ hmõi opationes sunt necessarie ciuitati omĩ: aut ita dicat̃: quod adiunctũ est ꝓpter aliquas ciuitates que ꝓpter dispositionẽ Regionis nõ silr̃ indigent oĩbus predictis: aut nõ indigent. Silr̃ ut forte abundantia pecuniaꝝ propter abundantiã diuitiaꝝ naturaliũ. Et ratio huius qd̃ dictũ est: Q̃m ciuitas cõitas quedam multitudinis ciuiũ est nõ quecunq;: sed per se sufficiens ad bene uiuere ut est dicere. Si uero aliquod predictoꝝ opeꝝ cõtingat deficere in aliqua multitudĩe: utputa preparationem alimẽti uel artficiatoꝝ: aut etiã arma: non erit per se sufficiens ad bene uiuere: ut ex se manifestũ est. Ergo nõ erit ciuitas. Si ergo debeat esse ciuitas: necesse est oĩa hmõi opa inesse ipsi ¶ Deinde cum dicit: Necessariũ est zc̃. Concludit numeꝝ eoꝝ que sunt necessaria in ciuitate: dicẽs ꝙ si hmõi opationes sunt necessarie & ipi nõ pñt esse sine quibusdã aliis:

Nam quas dicimus esse ciuitatis partes: eas necessariũ est in istis subesse. Capiendus est igitur operum numerus. Ex his enim illud apparebit. Primum igitur debẽt existere alimenta. Deinde artes. Multis enĩ instrumentis indiget uita. Tertium: arma. Nam qui simul in cõmunione uiuunt: necessarimn est ipsis habere arma quibus & Magistratibus parere inobedientes compellant̃: & quibus uis ꝓpulsetur externa. Præterea pecuniarũ habendaꝝ facultas quædã quo illas habere possint: & ad ꝓprias indigentias: & ad bellum. Quintum ac primũ circa rem diuinã cultus qd̃ uocant sacrificiũ. Sextum qd̃ est omnium summe necessariũ iudiciũ pro utilitate: & iustitia contrahentium. Hæc sunt igitur opera quibus indiget ciuitas omnis. Est enim ciuitas multitudo non quæcunq; sed illa quæ ad uitam per se sufficiẽs sit (ut diximus) Si uero aliquod hoꝝ deficiat: impossibile est simpliciter per se esse sufficientem hmõi societatem. Necessarium est ergo his operibus ciuitatẽ cõstare. Esse igit̃ oportet multitudinẽ agricolaꝝ qui uictum conferant & artifices: & pugnatores: & locuple

puta preparatio alimenti sine agricolis·operatio artium sine artificibus· operatio armoꝝ sine pugnātibus·diuitię sine opulentis·nec cultus diuinus sine sacerdote·nec iudiciū sine iudice·Manifestum est ꝙ ad consistentiā ciuitatis necessarii sunt agricolę:artifices: bellici:diuites:sacerdotes:& iudices·

tes:& sacerdotes: & iudices necessarioꝝ atq3 utilium. ¶His determinatis reliquum est considerare utrum oēs cōicare debent. Hoꝝ omnium fieri nō potest ut idem ipsi sint & agricolæ:& artifices:& consultores: & iudicantes:uel in unoquoq3 opere supradictorū alios ponendum est:uel quædam esse ꝓpria quædam uero cōmunia necessarium est: sed non in omni Rep.hoc(ut diximus)cōtingit Nam fieri potest ut oēs participent omniū & non omnes oīm:sed quidam quorundam Hæc enim faciunt Rerumpu.uarietatē.Nā in populari quidem participant oēs omniū In paucorum autem potentia contrariū est Cum autē cōsideratio nostra sit de optima Rep.Ea uero est per quam ciuitas esset maxime felix Felicitatem autem quam sine uirtute impossibile est existere primo diximus. Manifestū est ex his ꝙ in ciuitate quæ opti

His determinatis &c̄. Postq̃ Phus ostendit quę sunt necessaria ad consistentiā ciuitatis: declarat quę istoꝝ sunt partes ipsius:& quę non·Et gratia huiōi inquirit quę istoꝝ contingit attribuere uni: & quę non: & quomō·Et circa hoc primo facit ꝙ dictū est·Scđo cū dicit De distributiōe zc̄· Quia dixerat agricolas nō debere esse partes ciuitatis optime· Determinat de diuisiōe Regiōis:& quos oportet esse agricolas · Circa primū primo facit qđ dictū est· Secundo cū dicit:Quod quidem zc̄· Recapitulat·Circa primū adhuc facit qđ dictum est·Scđo cū dicit: Videtur aūt &c̄·Declarat illud nō esse nouum:sed ab antiquis inuentū prius·Circa primū dans intēionē suaꝫ ponit dubitationē : utrū oīa prędicta uel q̃dā possent eidē cōuenire · Secūdo soluit cū dicit:Sed non &c̄ Declarat intentum·Primo igiť dicit ꝙ post declarationē dictoꝝ relinqť considerādū utrū oīa prędicta sex sint cōicanda omibus in ciuitate ita ꝙ idem sit agricola:artifex:et miles & sic de aliis· Hoc·n·bene possibile est·s·eosdem esse agricolas & cōsiliarios:& sic de aliis·Aut unūquodq3 istoꝝ attribuēdum est uni cōditioni hoīm:puta quod quidē sint agricolę:alii aūt & diuersi milites:& sic de aliis·An magis quędā istoꝝ sint attribuēda eisdē·quędā aūt oino diuersis·Hoc enī dubitationem habet cuius determinatio ualet ad declarandū intentū ꝓncipale·Deinde cū dicit:Sed nō in zc̄·Dissoluit dubitationē·Et primo ponit solutionē in generali·Scđo cū dicit:Cū autem zc̄·Manifestat eā in speciali·Primo ergo in generali soluit eā: dicēs ꝙ in ciuitate bene ordinata nō expedit oīa prędicta cōicare oībus:sed nec singula singulis: sed quędā ipsorū oportet esse ꝓpria quorundā tm̄ & nō alioꝝ·Quędā aūt cōia pluribus necessario·Sed hoc nō habet ueritatē in omi Rep·:sed in bene ordinata tm̄:sicut enī ꝓus dicebať in Tertio huius contingit omnia prędicta cōicare omnibus existētibus in ciuitate et non oīa oībus:sed quędam quibusdā:& hoc diuersimode:& fm̄ hoc diuersificari Resp· in statu populari·Igitur quę male ordinata Resp· est oībus omnia prędicta necesse est cōicare · quia in ea tota multitudo dominať·In statu aūt Paucorum econtrario quędam quibusdam:ut arma sacerdotium opulentum:& iudicium eisdem forte ut diuitibus:quia dn̄anť·Agricultura autem quibusdā aliis & artificiū aliis omino diuersis· ¶Deinde cum dicit:Cum autem &c̄· Manifestat solutionē in speciali·Et primo facit hoc·Secundo cum dicit:Quę sint igiť &c̄·Recolligit eam·Circa primū primo declarat quę dictoꝝ nō sunt partes ciuitatis·Ex quo appa ret ꝙ quędam dictoꝝ nō possunt eisdem attribui·Secundo cū dicit:Cum uero &c̄· Decla

me gubernetur & quæ iustos habeat Ciues simpliciter:ac nõ ad suppositionẽ: neq̃ artifices:neq̃ mercatores ciues esse oportet. Vilis est enĩ hmõi uita & uirtuti aduersa nec certe agricolas esse oportet eos q futuri sint ciues. Opus est enĩ quiete & ocio ad uirtutẽ tem cõparandã & ad Remp. gerendã. Cum uero hi supersint qui bello intendunt & hi qui consultãt de utilibus & iudicant de iustis & non iustis:qui quidẽ maxime uidenẽ partes ciuitatis. utrum & hos esse alios ponendum sit uel eisdem hõibus ambas ptes

rat quę contingit eisdem attribui. Ex quo apparet quę per se sunt partes Ciuitatis. Circa primum considerandũ est ꝙ ratio partis per se consideranda est ex ratiõe totius. Et ratio totius in his quę ordinanẽ ad finem sumiẽ ex fine. Et ideo ratio partiũ per se ciuitatis quęrenda est ex ratiõe Reip. Et ratio Reip. ex ratiõe felicitatis quę est finis eius. Felicitatẽ aũt impossibile est existere sine uirtute quę est principiũ eius: & ꝓpter hoc ratio partiũ ciuitatis optime per uirtutem determinatur. Hoc supposito dicit qm̃ intẽdimus facere consideratione de Rep. optima simplr:nõ ex suppositiõe scd̃m quam dicimus partes p se ciuitatis attingere ad felicitatem simplr quę est finis eius. Felicitas autẽ non potest existere sine uirtute: sicut dictũ est prius. Est enim operatio hois sm̃ uirtutem perfectã. Manifestũ est ꝙ mercenarioꝝ uitã ducentes uel etiã Forensem seu mercatiuã non oportet dicere esse ciues uel partes per se ciuitatis optĩe se gubernãtis habẽtis uiros simplr bonos nõ ex suppositione. Cuius ratio est: Quia ciues in ciuitate optima oportet operari ad felicitatem:& habere illud quod est principiũ ipsius. Hoc aũt est uirtus ciuilis. Ergo oportet ciues in hmõi ciuitate uirtuosos esse. Mercenariã autem uitam ducentes:aut Forensem uirtuosi nõ sunt ut hmõi. Vita enim eorum uilis existens ad eam nõ dirigit:nec ordinaẽ:imo magis est nõ conueniẽs uel subcõtria ei. Ergo tales non sunt ciues: neq̃ pars ciuitatis optime. Nec etiã agricolę seu terram colẽtes:qm̃ ciuibus necessaria est uacatio ab operationibus necessariis & uilibus: & intendere contemplationi · quandoq̃ & operationibus liberalibus ad generationẽ uirtutis:& ad actiones cõmunes per quas determinanẽ. Hmõi aũt uacatio non potest inesse agricolis cum sint dediti agriculturę & laboribus extrinsecis. Ergo ñ sunt ciues uel pars ciuitatis. ¶ Deinde cum dicit:Cum uero id &c̃. Inquirit quę prędictoꝝ pñt inesse eidem. Et primo declarat ꝙ bellicum & consiliatiuum debent eidem attribui aliquo modo. In secunda cum dicit Reliquum est &c̃. Declarat ꝙ ista eadem & sacerdotium eidem aliquo modo & alteri alio aliquo modo attribuenda sunt. Circa primum primo mouet dubitationem. Secundo cum dicit:Clarum est &c̃. Dissoluit eam. Circa primum est intelligendum ꝙ aliquis bene consiliatiuus est per habitum prudentię per quem ex fine bene ratiocinatur:& inquirit de his quę sunt ad finem. Sicut autem aliquis se habet ad prudentiam perfectam:ita & ad alias uirtutes Morales:quia simul sunt & non sunt. Et ideo cõsiliatiuum determinatur uirtute. Bellicum etiam oportet habere uirtutem per quã sit agressiuus terribilium:& per consequens prudentiam aliquam ad hoc necessariam: & alias aliqualiter uirtutes. Vnde & dicebat prius Philosophus in Secundo huius quod Militaris uita multas habet partes uirtutis. Et ideo bellici & consiliatiui simpliciter determinantur uirtute. Et quia illi qui determinãtur uirtute sunt partes ciuitatis optime. Et ideo tales sunt partes ipsius per se. Et ideo hoc supposito dicit quod illi qui ordinantur ad bellum in ciuitate optima:& ad consiliandum de conferentibus:& ad iudicandum iuste inter disceptantes necessarii sunt in eadem:Et maxime uidentur esse partes ipsius propter rationem prędictã inquirendum est dubitando utrum idem sint ordinandi ad bellum et ad consilium:an alii ad hoc. Alii autem & diuersi ad illud. ¶ Deinde cum dicit:Clarum est &c̃. Dissoluit. Et primo manifestat ꝙ ista duo aliquo modo eidem aliquo modo alii sunt attribuenda. Secun

do cum dicit: Atqui possessio zc. Ostendit quot istorum esse debent possessiones. Et in parte ista dicit ꝙ manifestũ erit ex dicendis: ꝙ et bellicum & consiliatiuũ sunt attribuenda eidem uno modo: alio modo alteri. Dicit enim ad presens idẽ & diuersum dupliciter. Idem scilicet fm suppositum & fm formã: sicut sortes idem est supposito: Ipse aũt & Plato diuersi. Sortes aũt & Plato albi sunt idem in forma. Sortes aũt albus prius & niger posterius est alter a seipso: Sicut Porphirius dicit ꝙ sortes senex differt a se puero differentia accidẽtali. Intendit igitur ꝙ bellicum & consiliatiuũ eidem fm suppositũ sunt attribuenda: differẽti tamẽ fm prius & posterius et fm Fortius & minus forte: magis ꝓuectum & minus: secundum enim ꝙ alteri ętati oportet attribuere bellicum: puta iuuẽtuti: et alteri cõsiliatiuũ puta ętate magis prouecte et fm consiliatiuũ indiget prudentia quę magis uiget in etate prouecta: et bellicum robore corpali qḋ magis in iuuentute oportet ea alteri attribui. Bellicum quidem iuuenibus: consiliatiuum autẽ prouectis. Scdm uero ꝙ impossibile est eos ꝗ possunt uiolentiam inferre & deicere principantes facere semp subiectos oportet utrunqꝫ eidem attribui. Viri aũt bellici qui sunt armorũ domini potentiã habẽt faciendi manere Rempublicam: & non manere ꝑpoter armorum uiolentiam. Et ideo relinquitur utrunqꝫ istorum dari debere eisdem in Rep. recta: sed non scdm idem tẽpus habet unicuiqꝫ dare illud tempe in quo magis aptum est ad illud. Sed in iuuenibus uiget uirtus corporalis magis ꝗ̃ prudẽtia: uel uirtus ꝗ̃ maxime necessaria est in bellicis. Et ideo bellicum attribuendum est ipis in tempore iuuentutis. Prudentia autem & uirtus magis uigent in prouectis quę magis sunt necessarie ad consilium & iudicium. Et ideo consiliatiuũ & iudicatiuum attribuenda sunt eis quando sunt prouecte ętatis. Sic igit ambo oportet attribui eisdem: in alia tamen & alia ętate: & hoc iustum uidetur. Iustum. n. est unumquemqꝫ habere fm dignitatem. Diuidere autem sic fm dignitatem uidet. Dignũ est enim unumquodqꝫ ordinari ad illud ad quod magis natum est: ac quando magis natũ aptum est. Sic enim facit natura. Iustum est igit ista distribui fm prędictũ modum. ¶ Deinde cum dicit: Atqui possessiões zc. Declarat quot istoꝝ debent esse possessiões in eadem Dicens ꝙ adhuc expedit in ciuitate optima possessiones esse circa hos ita ꝙ ipi sint earũ domini: aut maxime quia necessarium est ciues in ipa abundantes esse. Siquidem ciuitas optima ordinat per se ad sufficientiã fm dispositionẽ suã. Isti aũt qui dicti sunt ciues sunt simpl'r. Artifices aũt nec quicunqꝫ alii ꝗ nõ sunt factiui opationũ uirtutis nõ participãt ciui

tribuendũ. Clarum est ꝙ quodãmodo eisdẽ & quodãmodo aliis: qua enim alterius uigoris utrunqꝫ opus: & alterum prudentia: alterum uiribus indiget aliis. Qua uero impossibilium est eos qui afferre uim: & ꝓhibere hos possunt subiectionem pati semp eisdem Qui enim armoꝝ domini sunt: idem etiam sunt domini status uel mutationis Reip. Restat igitur ut eisdem quidem ambobus Resp. tradatur nõ simul quidem: sed ut natura fert. Vires quidem in iunioribus sunt: prudentia uero in senibus: Sic inter eos distribui comodum est & iustum esse uidetur Habebit enim hæc distributio id quod est scdm dignitatem. Atqui possessiones quoqꝫ circa hos esse oportet. Necesse est eni facultates adesse ciuibus: hi autẽ sunt ciues. Nã turba quidem urbana uilium ministrorum nulla pars est ciuitatis: nec aliud genus qđcunqꝫ quod non sit uirtutis effector. Patet hoc ex eo ꝙ præmisimus. Felicitas enim necesse est ut per uirtutem fiat. Felicem uero dicere Ciuitatem debemus non ad partem aliquam eius respicientes: sed ad oẽs ciues.

litate per se. Et hmői declaratio est ex suppositiõe: quoniam nullus potest fęlicitari nisi cũ uirtute quę est principiũ felicitatis. Ciuitatem autẽ optimã dicimus esse fęlicẽ simplr non quantũ ad aliquã partem: & q̃tum ad aliquam non: sed q̃tum ad omnes ciues: aut est dicere Omnes igit ciues oportet esse uirtuosos. Qui ergo nõ sunt uirtuosi ꝙ hmői nõ sunt ciues Si igitur ciues oportet esse abundantes ut prędictum est: & hoc nõ potest esse nisi sint do/

Manifestum etiam ꝙ horum esse possessiones oportet: siquidem necesse est agricolas esse seruos: uel Barbaros: uel ministros. Reliquum est ex his q supra memorati sunt genus sacerdotum quorum institutio manifesta est. Neq; enim agricola: neq; artifex: neq; uilium exercitiorum quisq̃ sacerdos est deputandus. Honos eni diis est a ciuibus impendendus. Sed cum distincti sint ciues in partes duas hoc est in eos qui arma tenẽt & in eos qui consultant & decens sit diis cultum exhibere & requietẽ suscipere eos qui pro tempore in his laborauerunt: ac defessi sunt his utiq; esset sacrorũ cura demãdanda

mini possessionum: & hoc si suppo nam⁹ ꝙ expedit in tali ciuitate agricolas esse seruos: aut barbaros aliunde uenientes: aut ministros. ¶ Deinde cum dicit: Reliquum est zc. Declarat ꝙ sacerdotium aliqualiter est attribuendũ idem: & aliqualiter di/ uersis cum prędictis: et quibus non est attribuendũ. Dicens ꝙ ex his q̃ dicta sunt necessaria ciuitati enumeratis prius relinquit genus sacerdo/ tum: cuius ordo ad alios satis ẽ manifestus. Non eni expedit in Repu. bene ordinata artificem seu agricolam uel Forensem sacerdotẽ constituere. Sacerdos eni ordinat ad cul/ tum diuinum celebrandũ: & honorem deo exhibendum pro subditis Nunc aũt conueniẽs est cultum exhiberi deo & honorem a ꝑncipali/ oribus ciuibus. Omnia eni excellentiora exhibẽda sunt deo ꝓpter eius excellentiã: A quo est omne bonũ & quicq̃d est. Si igit agricolę & artifices uel Forenses ciues nõ sunt: ut probatum est prius nõ expedit eos esse ciues in ciuitate bene ordinata. Sed quoniam ciues distincti sunt in duo: sicut dictũ est prius: uidelicet in ordinatos ad arma: & cõsiliarios quos aliquando contingit abdicatos esse ꝓpter intolerantiam laboris & emeritos: ꝓpter exerci/ tium preteritum in bellicis & iudicus. Et oportet eos habere requiem maxime in speculatiuis cum motus passionum sensibilium sint omnino in eis sedati ut in pluribus. Eos aũt qui intendunt honori & cultui diuino oporteat: habere requiem & uacationem contẽplationis expedit eos promoueri ad honorem sacerdotii. Et assignari ad sanctificationẽ habent eos qui abdicati sunt propter labores in pręterito passos: & emeriti propter honesta exerci/ tia in bellicis & consiliis. Est autem intelligendum ꝙ sicut natura illud quod est perfectius in tempore in quo perfectius est ad perfectiorem ordinat operationẽ seu finem: sic & ratio uel ars quę imitatur naturam. Homines aũt post tempus eruditionis et exercitii in disciplinalibus imperfectiorem prudentiã habent propter motum fortiorem passionũ in eis. Robur autem corporale & magnanimitatẽ habẽt maiorem propter iuuentutem: hoc autẽ magis competit in bellicis. Et ideo rationabiliter tales in ętate ad bellica dicit ordinare Philo/ sophus. Deinde autem procedẽte ętate represso calido & aliqualiter remissis motibus pas/ sionum: remittitur robur & magnanimitas ſm aliquid. Ratio autem & prudẽtia magis ui/ gent. Sedendo enim & quiescendo fit anima sciens & prudens. Istud autem conuenit deli/ berationi & iudiciis. Et ideo ſm rationem ordinandi sunt ad cõsilia & iudicia. Vlterius autem magis procedente ętate remisso calido propter tempus & fere mortificatis passioni/ bus: ut est dicere: aut regulatis propter longum exercitium: fere deficit robur corporale: & maxime uiget intellectus. Illud autem maxime requiritur in his quę ordinantur ad cultum diuinum. Oportet enim eos uacari ab exterioribus actionibus: & maxime intẽdere specu

non·ciuium enim oportet esse possessiones ut dictum est prius. Quare si posteriores geniti non succederent in aliquo parentibus plures liberorum non contingeret esse ciues sed expelli a ciuitate. Tum quia posterius nati sicut & primi possunt esse bene nati ad magna·nō habentes aūt unde operent̄ ad quę nati sunt compelluntur accipere undecunq; insidiantes ciuibus & aliis per furtum:per rapinam:& homicidia. & cōiungunt se aduersariis:quę omnia sunt inconuenientia. Supposito igitur ꝙ omnes succedere debeant in hereditate qualitercunq;: primo proponit ad uitādam supfluā multitudinem filioꝝ legem seu consuetudinem quarundā gentium. Secundo cum dicit:Cum uero. Ponit documentum ad hoc ſm intentōnem suam magis. In prima parte dicit ꝙ ad uitandam multitudinem puerorum supfluam. Ordo·i·lex uel consuetudo gentium quarundā prohibet nullum genitoꝝ ultra multitudinem determinatam debere reseruari. Oportet enī si debeat ciuitas esse diues determinatam esse multitudinem ipsoꝝ:aliter eniȝ depauperaretur si dimitteretur quilibet generare quantūcunq;. Sed quia durum est pueros non reseruari ad uitā: declarat si necesse sit istud fieri q̄liter cū minori culpa fiet dicens ꝙ si aliquibus coniugatis fiant plures q̄ sit determinatum a lege & necesse est eos exterminari: magis ꝓcurandū est fieri aborsum ante q̄ sensus et uita insint q̄ postq̄ infuerint. Procurās·n·aborsū postq̄ infuerint homicidia a lege reputantur & magis peccant·semen enim & nō semen determinat̄ per sensum & motū. Sic igitur Arist·nō dicit ſm intentionem suam ꝙ debeant exterminari aliqui nati: sed ſm legem gentium·nec ꝙ procurandus sit aborsus absolute:sed si interficiendi sunt ab aliqbus magis faciendum est hoc ante sensum & uitam:nō sicut bonū ſm se:sed sicut minus malum. ¶ Deinde cum dicit:Cum uero. Ponit documentū ad hoc ſm intentionē suā sumptā ex determinatione tpis deputati ad generationē:circa quod tria facit. Primo declarat qualiter determinandū est tp̄s deputatū ad generationē ad uitandū supfluitatem pueroꝝ. Scdo cum dicit:Ac de cętero. Ex hoc cōcludit cōmixtionē ultra tp̄s illud nō debere fieri pp̄ generationem. Tertio cū dicit:Coitus uero. Declarat ꝙ hmōi cōmixtio non est facienda cū alieno uel aliena. In prima parte dicit:qm̄ principiū ętatis ad generationem deputatę determinatū est uiro & mulieri·huic quidē·xxxvii·illi uero·xviii·ann⁹ uel circa. Siliter aūt finis uiro·s·lxx mulieri·l·ſm naturā cōem:oportet tp̄s intermediū quo p̄nt generare magis determinari & breuiari ad supfluam multitudineȝ uitandā. manifestū est·n· ꝙ foetus senioꝝ etiā circa·lxx·annū in uiro:uel·l·in muliere impfecti sunt & corporibus & intellectibus pp̄ debilitatē uirtutis generātiū q̄ q̄to magis distāt a statu minor ē: sicut et fet⁹ iunioꝝ ēt circa tp̄s determinatū a natura. Fętus uero decrepitoꝝ ultra tp̄s deputatum a nā oīo debiles sunt corpe pp̄ debilitatē uirtutis in eis. Et pp̄ hoc:q̄a calidū remissū est in eis & passiones sedate sunt nāliter & mlta expti sunt pp̄ tp̄s. Sūt ēt in statu ſm intellectū·aīa·n·sedēdo & qescēdo fit sciēs & prudēs:sicut dr̄·vii·Phy. Hęc aūt uera sunt ut in plibus·iō ętatē hāc deputatā ad

nam is diffinitus esse debet ad multitudinem nimiam euitandam ante uenire oportet ne foetus concipiantur:nam postq̄ concepti sunt & sensum aut uitam acceperint nephas est attingere eos. Cum uero determinatum sit qua ætate uir & uxor sint ab initio coniugandi.quanto tempore liberis operam dare conueniat determinemus. seniorum enim foetus quemadmodū iuniorum imperfecti sunt:& corporibus:& intellectibus. Senescentium quoq; foetus sunt inrobusti. Quapropter illud maxime tempus probandum est in quo maxime intelligentia uiget in nobis. Id autem esset in plurimis circiter annū qnquagesimū (ut poetaꝝ quidā dixerūt) septenario numero ætatem dimetiētes. Itaq; q.iiii.aut quinq; annis hāc

generationem·manifestum quam quidam poetarum determinauerūt uidelicet septenario numero: itaq; qui quattuor aut quinq; annis hanc ętatem excesserint relinquere debēt procreandi studium usq; ad quintū annum: uel ad ętatem excedentem tempus hoc quattuor uel·v·annis in uiris: ut sic uiri deseruiant manifeste generatōni a·xxxvii·anno usq; ad·lv·annum ad plus: & mulieres proportionaliter a·xviii·usq; ad·xxxvii·annum·tunc enim uterq; ipsorum maxime est in statu perfecto secundum naturam: & uirtutes magis perfecte sunt· propter quod pueri & melius dispositi generabūtur & pauciores· ¶ Deinde cum dicit: Ac de cetero· Concludit ultra tēpus hoc non debere fieri cōmixtionem propter generationem: dicēs ꝙ in reliquo tempore non debent cōiugati cōmisceri adinuicem manifeste propter generationem: sed si cōmisceantur: permittatur hoc gratia sanitatis aut alicuius alterius· Cōtingit aliquando ꝙ in uasis seminariis est multitudo seminis: aut naturalis quę propter multitudinem grauat naturam : aut innaturalis ibi uel in aliis partibus corporis : quas contingit euacuari per coitum & ꝑ consequens alleuiare naturam & melius disponi ad sanitatem· ¶ Deinde cum dicit: Coitus uero omnis· Declarat quod mixtio talis non debet fieri ad alium uel ad aliam personam· Propter quod est intelligendum ꝙ mixtio maris & foeminę naturaliter in homine est ad generationem prolis & nutritōnem & eruditionē: ad hoc autem neuter istoꝝ sufficit per se Et ideo oportet ꝙ iuuanť ad hoc per consensum mutuum: nō per aliquod paruum tps: sed usq; ad ꝑfectōem prolis ſm corpus & ſm aīam· quod erit si incipiant generare in tpe determinato a Pħo circa finē uitę eoꝝ· Puer enim si fuerit masculus nō ꝑficitur usq; ad·xxxvii annū uel circa· & si isti·xxxvii·adiungantur·xxxvii·annis patris generātis anteq̄ generaret erunt·lxxiiii·qn̄ impotens erit naturaliter ad generandū & circa finem uitę· & ideo cōicatio maris & foeminę per totam uitā & ad ꝑfectionē prolis est a natura inclināte: & oīs cōmixtio quę fit pręter hmōi cōicatiōem innaturalis est· Et ideo dicit ꝙ de cōmixtione uiri cū aliena muliere: uł mulieris cū alieno uiro sit lex & teneať ut bonū nō ꝑmittere nec etiā uelle uidere tangentem alienum aliquo modo· si enim permittatur aliquis accedere ad aliquam quę sua nō est per fornicationem: cum post mixtionem nō maneant mixti per cōsensum ad educationem ꝓlis: sequiť malum & imperfectio eius maxime· Nullo ergo mō ꝑmittatur fieri cōmixtio cum alio uel alia ubi est & appellatur coniugium· Tunc enim & sequitur malum ꝓlis & incertitudo & iniustitia· Minime uero permittēdum est circa tempus procreationis filiorum: tunc enim maxime accideret error per incertitudinem· & si aliquis appareat tale aliquid faciens puniatur punitione cōmensurata peccato: ut ſm mensuram peccati sit plagarū modus: ut alibi dicitur: ita ꝙ prohibet Pħs hic primo sicut malum per se cōmixtionem cū aliena: q̄uis sit libera· magis aūt cōmixtionē cum ea q̄ est alterius propter iniustitiā· maxime aūt cum ea quę est alterius tempore deputato ad generationē· ¶ Deinde cum dicit: Susceptis aūt· Declarat qualiter curandi sunt pueri ꝑfecti & reseruandi post natiuitatem: & primo qualiter in prima ętate quę extenditur ſm Pħm usq; ad tertium annum· Secundo cum dicit: Sequēti uero· Qualiter in secūda quę extendiť usq; ad·v·

ætatem excesserint derelinquere debent in aperto procreandi studium . Ac de cætero uel sanitatis uel alterius huiusmodi causa concubitum facere uideri . Coitus uero omnis alterius quam coniugis penitus sit interdictus: quandoquidem sit & appelletur coniunx . Quod si quis deprehendatur contrafacere per tempus procreationis dignam pro delicto pœnam reportet. Susceptis autem filiis multum referre putandum est ad corporis robur quali uictu nutriantur, Apparet uero ex cæteris animalibus & ex cæteris gentibus quibus cura

annos inclusiue· Tertio cum dicit: Transactis uero· Qualiter in tertia quę extēditur usq; in finem septimi· Circa primū primo declarat qualiter curandi sunt & disponendi sunt q̄tum ad nutrimentum conueniens· Secundo cū dicit: Et pręterea· Quantū ad exercitia & cōsuetudinem· In prima parte dicit: Cum pueri nati sunt ex mamibus manifestum est ꝙ alimentum magnā facit differentiam ad potentiam corpoꝝ & dispositionem ſm differentiā qualitatis suę quale enim est ſm uirtutem tale & facit corpus· Virtus enī alimēti quod cōuertitur in illud qđ alitur remanet in eo: sicut saporem pabuli uidemus apparere in lacte: & uini in aceto: & uirtutem lactucę in sanguine generato ex ea· Sicut .n. uirtutes miscibilium manent in mixto: q̄uis formę corrumpantur: ita & uirtus illius ex quo generatur aliud aliqualiter in eo quod generat: patiunt .n. agentia naturalia a contrariis· Manifestū est autem & cōsiderando in aliis aialibus & etiam in gentibus diuersis quibus cura est: in pueris inducere habitū & dispositōnem ad bonum: quod lactis natura habundans est alimentū conueniēs & familiare corporibus humanis· etenim alia plura aialia foetus post partum ad tp̄s ex lacte nutriunt: & siliter gentes bene uolentes disponere pueros: q̄m sicut Arist· dicit· ii· de generatōe: ex eisdē sum⁹ & nutrimur· Nutrimētum enim conuertitur in substantiam rei alitę: & eiusdem substantię & formę oportet esse naturā unam· & ideo quanto alimentū aliquod silius est ei ex quo generat aliud: tanto cōuenientius est ad nutriendū ipsum· Lac autē ualde simile est ſm complexionē menstruo ex quo generatur puer· Superfluum enim alimenti determinatum a natura ad matricē menstruum est· deriuatū autem ad mamillas & dealbatum ibi est lac· Et ideo cōuenientissimū alimentum pueris post partum est lactis natura: & magis mulieris q̄ bestię· & adhuc maxime matris proprię q̄ alienę· Vnde illi qui nutriuntur ex lacte matris proprię: melius debēt esse dispositi secundum naturā· Propter quod Auicenna dicit ꝙ extremū mamillę matris proprię ponere in ore infantis ualde confert ad remouendum omne nocumentum· Lac tamen matris proprię statim post partum nō est conueniens puero donec complexio distemperata per partum temperetur· Expedit autem pueris nō conferre uinum in nutrimentum propter ęgritudines accidentes ex ipso· uinum enim multum uaporatiuum est; ꝓpter caliditatem & humiditatem· & pueris multum ascendit nutrimētum ad partes superiores· & ideo pueris bibentibus uinum multus fit descensus euaporationis a capite· Vnde contingit quandoq; coartatio pori & respirationis quod est epilepsia & alię infirmitates ex hac materia generare: similiter & accensio colere rubeę: & quę accidunt ex ea· Nec differt dare uinum puero & nutricibus ſm Arist· sed si oportet bibere oportet ꝙ sit modicum & aquaticum ualde·

est assidua bellicæ habitudinis nutrimentum lactis maxime proprium esse corporibus. abstemium autem magis propter ægritudines. Et præterea motus quoscunq; in ea ætate fieri datur. conferūt ne membra uero

¶ Deinde cum dicit: Et pręterea· Declarat qualiter curandi sunt quantum ad exercitia & consuetudines: & primo declarat in quibus assuescendi sunt· Secundo cum dicit: Circa primā igitur &c̄· ꝙ ſm ordinem determinatum· Circa primū ostendit ꝙ assuesciendi sunt ad motum· Secundo cum dicit: Confert etiam &c̄· ꝙ ad frigora· In prima parte dicit ꝙ adhuc pueros statim post natiuitatē expedit assuesci ad motus tantillos quoscūq; & paruos: puta manuum & pedum & aliarū partium· Motu enim ipsarum partium excitatur & acuitur calor naturalis in eis: qui consumens humidum superfluum in eis exsiccat corpus & fortius facit· & Auicenna adiungit ꝙ cum motu procuranda est consonantia musicę: & uox cantilenę ad delectandum in consonantiis musicis propter causam dicendam posterius· Adhuc autem ꝙ membra puerorum propter fluxibilitatem humidi abundantis non effluant a figura debita: consueuerunt quędā gentes uti quibusdā instrumentis mechanicis: quibus cum alligant membra pueroꝝ faciliter & subtiliter fiunt impucrubilia

Sicut cunabulo utuntur ad directionem totius corporis & pilleo rotundo ad debite figurandum caput. Oportet enim in ista ętate nutricem suauiter mẽbra tangere: & ꝙ dilatandum est dilatare: & subtiliandum subtiliare: & unumquodq; cõueniẽti figura figurare: & manus & brachia ad genua ducere & crura & tibias fascia ligare: & caput pilleo rotũdo astringere. Tunc enĩ puer est bene susceptibilis & ducibilis sicut cera mollis. ¶ Deinde cũ dicit: Confert etiam zc̃. Declarat ꝙ assuescendi sunt ad frigora. Dicens ꝙ expedit ad bonam dispositionẽ puerorũ in hac ętate ad frigora moderata assuescere pueros existẽtes. Hoc .n. proficit ad sanitatẽ corpis & ad bellicas actiones futuras. Cum .n. assueti sunt a iuuentute ad tollerantiã frigoris, nõ grauantᷣ in supueniẽte ętate a frigore in bellicis ubi necesse ẽ quãdoq;. Nec patiuntᷣ egritudines quę ab ipo sunt. Itez propter cõsuetudinem ad frigus fortificatᷣ calidũ & fortiora reddunt corpora. Et ido consuetudo est apud multos Barbarorum quibusdã abluere pueros in aqua frigida statim natos. Aliis aũt paruo inuolucro induere eos. Sicut contingit Gallis morantibus circa plagam occidẽtalem. Vniuersaliter enim oĩa quęcunq; possibile est assuescere ad bonũ habitũ futurum. melius est assuescere statim a pncipio quãdo sunt magis ducibiles. nõ parũ .n. differt sic uel sic a puero assuesci: sed multũ. Magis aũt õe tũc assuescit: sicut dicitur .i. Ethicorum

ob teneritudinem distorta fiant utũtur adhuc gentes aliquæ organis quibusdã & machinis: quæ corpus a talibus illesum conseruant. Confert etiam statim a pueritia frigori assuefacere: Hoc enim & ad sanitatem & ad res bellicas utile est. Quapropter apud multos Barbaroꝝ cõsuetudo est: uel gelido amnæ natos ĩmergere: uel parua ueste amicire: ut faciunt Galli. Ad cuncta enĩ ad quæ possibile est: statim ab initio melius est assuescere. Est aũt apta pueroꝝ natura ob eorum calorem ad frigus exerceri. Circa primam igitᷣ ætatẽ hæc & hmõi diligentia est adhibẽda. Sequẽti uero ætate usq; ad annos quinq; qua nõdũ ad disciplinã aliquã sunt admouẽdi: neq; labores perferere cogẽdi ne crescere impediantᷣ. Motus solũmõ quosdã suscipe debent: quo pigritiã corpis euitẽt: q motus præparãdi sunt illis & p alios actus & per ludũ. Ludi uero ipsi neq; illiberales:

¶ Deinde cum dicit: Circa primũ zc̃. Declarat sm gradum: Dicens ꝙ ad exercitiũ in tollerando frigora expedit assuescere statim sm gradũ: tũ ut primo assuefiãt ad tollerãda magis tempata frigida. Deinde magis & magis sm ꝙ fortificatᷣ uirtus uel complexio: & hoc propter calidũ fortificandũ & alias utilitates. Cauendo tñ ne grauetur natura pter excessum frigidi cui exponitᷣ. Silr autem se habet de assuefactiõe in aliis conueniẽtibus. Natura enim pueroꝝ propter teneritudinẽ & molliciam nata est assuesci ad quęcunq; nõ dura nec grauentia naturã ipoꝝ. Circa primã igitur ętatem optimũ est talem curam & silem habere circa eos. ¶ Deinde cum dicit: Sequenti uero zc̃. Declarat quomodo curandi sunt in habita ętate quę incipit in Tertio anno. Et circa hoc primo declarat quibus sunt assuefaciendi. Scd̃o cum dicit: Cohibitiões uero zc̃. A quibus phibendi sunt. Circa primũ primo declarat ꝙ assuefaciẽdi sunt in ętate hac quibusdã motibus. Scd̃o cum dicit: Quas aũt zc̃: Q8 in his quę pertinent ad auditũ. In pma parte dicit ꝙ in ętatẽ consequẽte quę incipit a Tertio anno & pretenditᷣ usq; ad finem Quinti in qua nõ sunt nati ad eruditionẽ seu disciplinam propter tenuitatem cõplexionis & uirtutũ in perfectiõe: nec ad magnos labores: ut ppter uiolentiam non impediantᷣ crescere: oportet eos exercere in aliquo modico motu: ut exercitata caliditate resoluente humidum supfluum diffugiat inertia corpꝫ. Hmõi autem exercitium in motu oportet fieri: & per actiones alias: & per ludos. Ludos autem oportet

esse non declinantes ad seruilitatem: sed liberales magis. Nec etiam sup laboriosos uel uiolẽtos ut non grauentur uirtutes propter excessum: neq; nimis molles & remissos ne comprehendantur a desidia. ¶ Deinde cum dicit: Quas aũt zc. Quod expedit eos in ętate hac exerceri in his puę ad auditum pertinent: Dicens ꝙ expedit eos in etate hac exerceri in audiendo aliquos paruos sermones & fabulas aliquas propter hoc ut exerceant in locutione & rationibus nominum. Et de hoc debent habere curam Principes corũ publice illis prefecti. Sed hoc obseruandum est in hac ętate ꝙ om̃ia in quibus assuefiunt: & motus: & opationes: & ludi: sermones & fabulę quos audiunt: & etiaꝫ ea quę uidẽt sint imagines quędam eoꝝ in qbus posterius serio conuersari debẽt: & quasi uia ad illa in quibus cõsequẽter studere debent seu intẽdere. Ad illa enim quę assuescunt in primis: magis posterius inclinãtur: qa assueta sunt magis delectabilia. ¶ Deinde cum dicit: Cohibitiões uero zc. Declarat a quibus prohibendi sunt Et primo tangit ꝙ cohibitio a fletu prodest eis. Scdo cum dicit: Prouidendum est zc. A quoꝝ conuersatione auditu & uisione cauendi sunt. Primo igitur dicit ꝙ quidam ciues seu Legislatores nõ inconueniẽter detestanẽ in ordinationibus & Rebusp. suis cohibitiones pueroruꝫ a ploratibus. Hoc enim expediẽs est & conferens ad augmẽtum uirtutis & nutrimentũ. Fit enĩ per hoc quędam exercitatio corporis ad ista. Cum enim cohibentur a ploratu fit retentio spiritus interius. In ploratu autem diffusiõ exterius. Retẽtio autem spiritus interius robur facit. Propter enim congregationem ipsius interius fortificãtur. Virtus enim unita fortior est seipsa dispersa. Fortitudo autem spiritus ad incrementum & ad alia multa ualet. ¶ Deinde cũ dicit: Prouidendum est zc. Declarat primo a quorum conuersatione auditu & uisu cauẽdi sunt. Secundo cum dicit: Et potus esse participes &c. Tangit per quid faciliter hoc potest fieri excusando se ab ulteriori inquisitione de talibus. Tertio cum dicit: Forsitan enim zc. Reprobat circa hoc opinionem contrariam. Circa primum primo ostendit ꝙ cauendi sunt a conuersatione cum seruis. Secundo cum dicit: Omnino igitur obscenitas &c. Quod a turpiũ auditione. Tertio cum dicit: Cum uero dicere &c. Quod ab inhonestorum uisione. Circa primum dicit quod puerorum rectores quorum est regulare pueros cõsiderare debẽt educationem puerorum quomodo bene reguletur. Ipsi enim in omnibus debent esse corũ regula. Sicut in eodem ratio est regula uirium inferiorum. Vnde sicut in eodem tota deordinatio uirium inferiorum ratio parti animę imputatur: sic tota deordinatio puerorum quã accipiunt in prima ętate imputanda est Magistris. Debent autem curare & quantum ad alia: & quantum ad hoc ut quanto minus poterit cum seruis conuersentur. In hac enim ętate usq; ad Septimum annum necesse habent conuersari in domo & alimentum accipe

neq; laboriosi esse debent: neq; remissi: quas autem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeãt cura sit his qui pueris publice preficiuntur. Cuncta enim talia ad cõuersatiões postea futuras accõmodãda sunt itaq; ludi utplurimum tales esse debent: ut sint imitatiões eorum quæ postea serio erũt facienda Cohibitiones uero puerorum & interruptiones ploratus qui legibus ꝓhibent non recte nõ faciunt. Sunt.n.utiles ad augmentum cum sint quodãmodo exercitationes corporum. Spiritus enim compressio facit robur laborantibus. Quod contingit etiam pueris cohibentibus. Prouidendũ est ab his quibus puerorum cura publice commissa est circa hmõi educationem & aliam: & ut q̃minime cum seruis uersentur. Hæc enim ætas usq; ad annos septem necessariũ est ut domi alatur. Rationabile est ergo precipere in hac ætate ut ab auditu & uisu ser/

uilium rerum absint. Omnino igitur obscenitas uerborum per Legislatorem exterminanda est de ciuitate. Ex turpiter enī loquēdi licentia sequitur & turpe facere. Potissimum igitur statim a pueris neq̧ dicāt: neq̧ audiunt quicquā turpe. Si quis uero dicere aut facere quicquā ꝓhibitorum deprehensus fuerit is si liber sit: sed non dum in conuentum comessatorum dignatus assumi honore prohibeatur: & uerberibus castigetur. Sed si sit maioris ætatis seruili infamia afficiatur: Cum uero dicere quicquā turpe interdixerimus: clarum est ꝙ & aspicere: aut pictaturas: aut actus defo:mes ꝓhibebimus Sit igitur cura Magistratibus nullam neq̧ picturam: neq̧ statuam esse taliū rerū imitatricem: nisi apud deos quosdā quibus etiā lasciuiam mos tribuit: apud hos permittet lex homines ꝑ se & filiis & uxoribus sacra facere. Iuniores autem neq̧ iamborum: neq̧ tragœdiarū spectatores esse sinat: nisi cū ad

in eā in qua serui negociantur. Conuersantes enim cum seruis accipiunt quandā inclinationē ad illiberalitatē & ad actiones seruiles ex eis quę audiūt et uidēt seruos dicētes et operantes: etiam cum sint parui & bene informabiles ad quācunq̧. In eis tantū in quibus assuescunt maxime in prima ętate delectanť. Delectati autem faciliter inclinantur ad ipsa. ¶ Deinde cum dicit: Omnino igitur zc. Ex hoc infert ꝙ cauendi sunt a turpium auditu: Dicens ꝙ oportet bonum Legislatorē turpiloqo: puta de uenereis & de aliis quę sunt prę:er rationem & honestatem omnino exterminare ex ciuitate: sicut quodcunq̧ aliud turpe. Ex hoc enī ꝙ aliquis de facili dicit aliquid turpe: consequiť ipm ꝓpe facere. Sepe enim dicendo aliquod turpe agibile sepius meditať de eodem. & ex frequēti meditatione de ipo sequiť inclinatio maior ad ipm faciendū. Et q̄uis uniuersaliter sit ꝓhibendū a ciuitate: maxime tn̄ prohibendū est iuuenibus & ad p̄sentiam ipoꝝ: ita ut nec loquantur ipsi nec audiāt ab aliis aliqd tale. Omia enim quę audiūt uel uidēt uel operanť in prima ętate admiranť tanq̄ noua eis: ꝑpter ꝙ & ea melius memoranť & magis delectanť. Amputanda enim sunt delectabilia. Ad ea aūt in quibus delectanť facilius inclinanť. Si autē aliquis transgrediať dicens aut faciēs aliqd cōtra hmōi probibitum: si fuerit liber nō adeptus aliquā dignitatē puniať: priuādo ipm de mensa in conuiuiis cōibus & aliquibus dehonestationibus & uerberibus decentibus transgressionem. Si autem fuerit lenior ętate precedentibus & adeptus aliquam dignitatē puniatur in honorationibus seruilibus non decentibus statum eius propter utilitatem cū operatiōis sic non decentia ipm. Prelatus enī si peccat manifeste amplius puniendus est q̄ priuata persona. Et quia transgrediť in peccando & quia prębet subditis occasionem peccandi credentibus bonum esse & sibi licere quicunq̧ uiderūt ipsum facientem aut decentem. ¶ Deinde cum dicit: Cum uero zc. Declarat ꝙ cauendi sunt a uisione inhonestorum: Dicens q̄m facere aut dicere aliquid turpe: dicimus debere exterminari a ciuitate. Manifestum est ꝙ uidere picturas aut sermones inhonesta representātes cauendum est in ciuitate: & maxime a iuuenibus. Ex uisione enim talium est imaginatio & memoria iporum: & maxime iuuenibus existentibus propter admirationem. Ad imaginationem autem fortem eorum contingit disponi appetitum & uirtutes motiuas ab ipsa Fantasia enim & intelligentia habent rerum uirtutes. Sicut dicit Aristoteles in libro de motibus animalium. Et ideo Principes cauere debent ne sculptura quę fit per incisionem: neq̧ pictura quę per apparitionem quę sint representatiue istorum fiat. Si autem in loco priuato non publico nisi forte in oraculis aliquorum deorum quibus lex attribuit aliquas lascinias: sicut ueneri lasciuiā circa uenerea. Et loquitur sm̄ opinionem gentium antiquorū. Ad

cultum autem illorum ubi tales lasciuię fiunt:aut sunt imagines catum repręsentatiue. Lex permittit parentes magis prouectos existentes pro se & pueris deos hmõi honorare. Iuuenes autem non esse inspectores istorum neq; tragoediarum in quibus repręsentantur gesta & mores rusticorum seu ruralium usq; ad ętatem in qua debent cõicare mensa cõi in conuiuiis publicis:puta quãdo in eis incipit uigere ratio. ¶ Deinde cum dicit:Et potus esse participes zc. Declarat per quę possunt faciliter prohiberi excusando se ab ulteriori consideratione de istis. Dicens ꝙ ab inhonestoꝝ auditu & uisiõe:& ab ebrietate: & uniuersaliter a turpium operatiõe ꝓhibebuntur & impossibiles erunt si occupentur in aliqua disciplina et assuefaciãt delectari in ea. Occupati enim cũ delectatione ad alia non attendũt. Sed de talibus nunc pertranseũdo dictũ est. Posterius autem insistendo determinabitur magis:si oportet puerorum esse aliquam disciplinã uel non. Dubitando:& si oportet:qualiter est:& qualr instruendi sunt. nũc aũt de hoc recordationem fecimus sm ꝙ necessarium erat. ¶ Deinde cum dicit:Forsitan enĩ &c. Inducit quoddam signum quo ostendũtur ea quę in principio audimus& cognoscimus fieri nobis delectabilia: & ꝙ eis fauemus & consequẽter in eis persistimus tanq̃ in re nobis grata & delectabili. Dicit enim ꝙ Theodorus tragoediorum actor nõ male in hoc censebat ꝙ cum erat acturus aliquid nolebat ꝙ aliquis prius aliquid representaret quã ipse qualiscunq; hystrio esset Et hoc ideo quia auditores magis fauent his quos primo audierint. Ex quo patet ꝙ amamus ea quę primo cognoscimus:& quibus primo assuescimus. Manifestum enim est qđ idem accidit q̃tum ad assuefactionem hoĩm in locutiõibus & rerum opatiõibus. In utrisq; enim consuetudo inclinat ad similia. Oĩa enim quę primo opamur:seu uidendo:seu audiendo:seu alitercunq;:puta in prima ętate magis diligimus:quia magis delectamur in eis admirantes ea sicut noua. Ea autem quę magis diligimus:magis possumus operari. Quare si expedit in prima ętate pueros audire Comedias aut Tragoedias:magis inclinabunt ad ea quę repręsentant per eas in ętate futura quod est inconueniẽs. Et ideo oportet a iuuenibus omnia turpia etiam inhonesta in prima ętate facere extranea:uel per assuefactionẽ in contrariis:uel per afflictionem poenę operãtibus. Inter ista autem magis illa quę maioris sunt adhesionis & facilioris:puta inhonestatem quę circa uenerea & circa potum & cibũ. Concupiscentia enim talium quasi innata est nobis statim ex iuuentute sm Philosophum Secundo Ethicorum. ¶ Deinde cum dicit: Transactis uero zc. Qualiter instruẽdi sunt in habita ętate:puta a fine Quinti anni usq; Septimi breuiter se expedit: dicendo trãsactis quinq; annis duobus sequentibus usq; ad finem Septimi: oportet iuuenes esse inspectores disciplinarum in quibus erudiendi sunt. Vt si sunt erudiendi in equestri: oportet fieri inspectores

eam peruenit ætatem ut in comessatiõibus una cum aliis sedere. Et potus esse participes esse possint:& ab hmõi labe insontes disciplina omnes præstabit. Nos quidẽ nunc cursim ita attigimus; postea uero sciẽtes oportebit determinare magis siue oportet siue ñ oportet prio querẽtes:& quõ sed in presenti mentionem de his facere necessarium fuit. Forsitan enim non male circa hoc censebat Theodorus Tragœdiarum actor:nulli enim unquam cõcedere uoluit ut ante se ageret. Neq; ex uilibus etiam hystrionibus quasi magis faueãt auditores illis quos primo audierint: Contingit hoc idem in conuersationibus hominũ & rerum:omnia prima nos magis delectant. Quapropter oporteta pueris omnia turpia procul remouere Et maxime quæcunq; habent in se uel obscenitatem:uel improbitatem. Trãsactis uero annis quinq; & duobus usq; ad Septem

equestrium siue Musicæ musicalium, ut per auditum & inspectionem talium assueti magis inclinentur ad ea. ¶ Deinde cum dicit Duæ sunt ætates &c. Volens se continuare ad sequentia distinguit tempus sequens conueniens disciplinæ. Dicens quod duæ sunt ætates secundum quas necessarium est diuidi disciplinam conuenientem unicuique illarum, puta illam quæ est a fine septimi anni usque ad pubescentiam .i. usque ad finem .xiiii. & illam quæ est a pubescentia usque xxi. annum.

oportet iam disciplinas spectare quas addiscere eos oportet ¶ Duæ sunt ætates in quas necessarium est disciplinas diuidere. Vna post Septimum annum usque ad pubertatem. Altera a pubertate usque ad annum uigesimum primum, nam qui Ebdomadibus diuidunt ætates plurimum dicunt bene: itaque sequenda est naturalis distinctio. Omnis enim ars & disciplina implere uult id quod deest naturæ. Primum igitur uidendum est si facienda sit institutio quædam circa pueros. Deinde si utile sit publice curam eorum suscipere: uel magis priuatim quomodo nunc fit in pluribus Ciuitatibus. Tertio qualem hanc esse curam oportet.

Qui autem omnes ætates distinguunt per Septennia: dicentes primam ætatem continere primum Septennium, & secundam secundum & tertiam tertium, quantum ad omnes ætates non bene dicunt. Oportet enim quod diuisio ætatis consequenter accipiatur diuisioni naturalis dispositionis hominis ut mensuratur tempore. Et ideo secundum diuersitatem status conuersationis & dispositionis naturalium ut mensurantur tempore oportet ætates diuersificari. Sed aliquando status aliquando diuersificatur in minori tempore quam in Septennio. quandoque in ampliori. Alius enim est status conuersationis naturalis hominis in tribus primis annis. Alius in duobus sequentibus: & alius in duobus sensibiliter sequentibus. Et ideo secundum hoc tres ætates ante Septem annos perfectos distinguuntur. Deinde alius status conuersationis & modi uiuendi est in sequenti Septennio a præcedentibus: & alius in sequenti. Et ideo istæ duæ ætates Septennis distinguuntur. Status autem uel modus uiuendi conuersationis sequens longior est, & protenditur usque ad .xxxvii. uel circa. Et ita non mensuratur uno Septennio: sed pluribus: & sic de aliis. Et ideo non diuiduntur ætates uniuersaliter Septennis: sed oportet assequi distinctionem naturali. Omnis autem ars & disciplina in actu nata est supplere defectum naturæ: & inquantum perficit aptitudinem naturæ ad ipsam per hoc quod sciens in aptitudine fit sciens in actu. Vel per hoc quod formam inducit in materia extrinseca apta nata. Et ideo erudiendi sunt ad unamquamque disciplinam ad quam apti sunt. Est igitur considerandum primo: utrum sit facienda aliqua cura circa disciplinam propriam puerorum: & dato quod sic. Secundo utrum oporteat ipsam esse communem uel propriam; sicut nunc faciunt in multis ciuitatibus: & dato quod magis expediat esse communem. Tertio est considerandum qualem oportet esse huiusmodi disciplinam. Et de istis considerabit in sequenti Libro. Statim incipiens Octauum Librum a determinatione Primi istorum. Et in hoc terminat Philosophus intentionem suam in isto Septimo.

¶ Finis.

¶ Excellentissimi Theologię professoris Magistri Ludouici Valentię Procuratoris Ordinis Predicatoꝝ ad Reuerendissimum in Christo patrem & dominum dñm. F. Cardinalem Senensem Epitoma per conclusiões Septimi Libri Politicoꝝ Aristotel.

¶ Qui quęrunt de optima Rep. considerare debent quę sit optima uita & maximę expetenda. Est enim ratio & finis optimę Reip. uita cunctis maxime optanda.

¶ Oportet fęlici homini adesse externa corperis et animi bona. Nemo enim diceret eum esse fęlicem qui nullam partem fortitudinis haberet: neq; temperãtię: neq; iustitię: neq; prudentię. aut cui deessent diuitię: amici: sanitas: & alia hmõi.

¶ Fęlicitas autem magis existit in actione uirtutis q̃ in diuitiis & bonis externis. Nam homines acquirunt & conseruãt externa bona uirtutibus: nõ uirtutes bonis externis. Item externa bona finem habent tanq̃ instrumentũ quoddã: at bona animi quãto magis excedũt tanto magis utilia sunt: siquidem honesti & utilis appellationem habent. Amplius dispositio distat a dispositione secundum excessum distantię illorum quorum sunt dispositiones Si ergo anima preciosior sit corpore & pecuniis: ergo & dispositio secundũ animam melior erit omni alia dispositione. Et sic in eã fęlicitas consistit. Insuper hęc bona nata sunt gratia animi: & non animus illorum gratia. Vnde & deum dicimus esse fęlicem atq; beatum: non per aliquid externorum: sed per seipm. quia talis est fm naturam.

¶ Felicitatis igitur tantum unicuiq; contingit quantum uirtutis atq; prudentię. & quãtum fm has operatur.

¶ Bona fortunę & fęlicitas differunt. Externorum namq; bonorum fortuna causa est. Fęlicitas autem nõ est ab ea. Et nemo fit iustus ac tempatus a fortuna.

¶ Consentaneum uero est Ciuitatem beatam essę nõ posse absq; uirtute & prudentia. Nõ enim est beata nisi bene agat. nec bene agit nisi bona agat. Non contingit autem bona agere absq; uirtute & prudentia.

¶ Virtus eadem est: eandemq; uim habet & forma Ciuitatis & uniuscuiusq; hois: cum ad eandem operationem ordinetur.

¶ Vita ergo optima & priuatim unicuiq; & publice omnibus est cũ uirtute intantum externis adiuta facultatibus ut actiões studiosas cõficere possit.

¶ Vita liberi hoc est contemplationi intẽdentis melior est q̃ occupati uiri in dominando. Vti enim seruo inquãtum seruus nõ est egregium. Contemplari autem est maxime homini proprium sui ipsius gratia.

¶ Non est putãdum optimum simpliciter potestatem habere et sibi dominium arripere nisi id habeãt quod maxime optãdum est .s. cęteris uirtute pręcellere. Nõ eni qui regũt bonas actiones habent nisi tantum pręstent aliis quãtum uir mulieri: pater filiis: & dominus seruo. Qui enim alter agũt non tantum proficiunt regendo q̃tum a uirtute recedũt. Si autem sint meliores fm uirtutem & fm potẽtiam actiuam: hos sequi honestum est & his parere iustum.

¶ Illi qui pręest nõ solum necessaria est uirtus sed etiam potẽtia per quam fit actiuus.

¶ Vita contemplatiua non est absq; actione. Meditari enim actio quędam est. Et ea optima actio est & maxime hõi ꝓpria: ideo optima uita est. Vnde & fęlicitas quę in bñ agendo est reponenda in hac optima actiõe consistit.

¶ Hęc cõtemplatiua uita adeo actiua putanda est ut etiam nõ dicãtur proprie agere actionibus exterioribus qui intelligentia & cogitatione operibus nõ pręsint ut architecti. Cũ n. intellectus operatiuus ab appetitu recto ipsius finis pendeat. Appetitus autem recti finis stabiliatur per intellectum speculatiuum: oportet intellectum speculatiuum esse sicut primum: & regens & eius operationem optimam esse.

¶ De quantitate Ciuitatis.

¶ Oportet autem Ciuitatem esse magnam. Non est autẽ magnitudo Ciuitatis existiman

da ex numero habitantium. Sed respicere oportet ad potẽtiam ſm ordinem ad propriam Ciuitatis operationem: ut uidelicet ea sit existimanda magna Ciuitas quę potest maxime efficere opus suũ. Non est etiã pensanda ex qualibet multitudine: puta seruorum: hospitum: inquilinorum: sed ex numero eorum qui sunt pars Ciuitatis. Horum enim pręcellens multitudo signum est magnę Ciuitatis. Non enim idem est magna Ciuitas & populosa. Nõ est insuper putanda magna Ciuitas ex nimio populi excessu. Populosa enĩ nimiũ ciuitas impossibile est ut optime gubernetur. Nam cum Lex sit ordinatio quędã. Impossibile est aũt magnam multitudinem bene ordinari. Hoc enim est opus diuinę potẽtię quę totum continet. Non ergo potest Legibus regi. Item quia est quędam mensura magnitudinis Ciuitatis: quemadmodum aliorum omnium animalium plantarum instrumentorum. Nam horum singula neq; parua nimium: neq; magnitudine excessiua suam potentiam retinebunt.

Cum igitur Ciuitatis magnitudo infinita esse non debeat terminus eius esse debet ut per se sufficiens sit ad uiuendum. Huius enĩ gratia instituta est Ciuitas. Et tanta debet esse multitudo ut a gubernante omnes Ciues cognosci possint: ut recte eos iudicare possit ac demãdare Magistratus secundum dignitatem: ac etiam ne in nimio excessu possint latere hospitum & inquilinorum machinamẽta aduersum Remp.

Ciuitas debet esse ferax omnium: & omnia in se habere & nullius indigere. Hoc enim modo erit per se sufficiens. Multitudine uero ac magnitudine tãtam esse oportet ut queat nutrire habitatores tempate: liberaliterq; uiuentes.

De situ Ciuitatis.

Ciuitatis autem situs talis esse debet ut ab hostibus quidem facile inuadi non possit Ciuibus autem sit facilis in aliena egressio. Itẽ Regio in qua est sic subiecta conspectui .i. cognosci & succurri faciliter possit.

Debet insuper & ad Terram & ad Mare iacere: & ad auxilia ferrenda: & ad importationem fructuum. Si tamen inutile fore credat iacere eam ad Mare propter frequentiã aduenarum qui facile Resp. corrũpunt: aut Legibus occurrendum est: aut portus & statiões ponende sunt: quę neq; infra urbem sint: neq; ualde distantes.

Expedit etiam habere potentiam naualem cũ oporteat & finitimis auxiliari & etiã terreri eos. Magnitudo aũt ac multitudo huius potentię ad mores Ciuitatis erit accẽmodanda. Turba uero nautica non debet esse pars Ciuitatis. Qui enim Naues conscẽdunt ingenui sunt hoĩes: & subesse nolunt.

Qui in frigidis Regionibus habitant: ut in Europa in libertate quidem perseuerãt & habundant animo. Sed disciplinam Reip. difficulter recipiunt ac finitimis dominari nõ possunt: cũ ingenii & artificii parum habeant.

Qui uero in calidioribus partibus nascuntur: puta in Asia ingenio abundant: sed animositatem non habent propter quod & parere dominantibus & seruire perseuerant.

Qui autem mediam Regionem incolũt: ut Gręcorum genus animosi & ingeniosi sunt Ex quo fit ut in libertate degunt: & Reip. disciplinam optime recipiant: & apti sint omnibus imperare.

Hęc tamen intelligenda sunt si ad cõmunem figurę celestis dispositionẽ respiciamus. s3 uariari contingit prędicta ſm φ uariari contingit figuras stellarum quę errant in has Regiones: ac etiam ex aliqua differenti dispositione in ordine ad montes & mare & paludosa loca: Consimiliter ex dissimili exercitatione intellectus cui non possunt uim afferre celestes influxus.

De partibus Ciuitatis necessariis.

Oportet in Ciuitate etiam agricolas ut uictum compentartifices ut per artem multa in/

ſtrumenta miniſtrent quibus uicta indiget pugnatores qui armis compellant inobediētes parere Magiſtratibus & propulſent uim externam & locupletes qui pecuniam habent: & ad indigentias & ad bellum: ſacerdotes qui cultum diuinum obſeruent: iudices qui iudiciū exerceant pro iuſtitia & utilitate contrahentium.

¶In optima Rep. neq; artifices: neq; mercatores ciues eſſe oportet. Hmōi enī uita aduerſa eſt uirtuti ſine qua nō contingit Ciuitatem eſſe fęlicem.

¶Non contingit etiam agricolas eſſe ciues cum opus ſit quiete & ocio quo carent agricolę ad uirtutem comparandam & ad Remp. gerendam.

¶Idem poteſt eſſe & pugnator & conſiliatiuus in Ciuitate nō ſimul quidem: ſed ut natura fert. cū enim in iunioribus uires ſiot: prudentia uero in ſenibus: bellis intendent in iuuenili ętate: in ſenili uero conſultabūt de utilibus.

¶Oportet aūt has poſſeſſiones habere. Neceſſe eſt enim facultates adeſſe ciuibus qui uere ciues ſunt.

¶Vniuerſaliter aūt dicendum eſt nullum genus hoīm eſſe partē Ciuitatis ꝙ non ſit inquātum hmōi uirtutis effector. Fęlicitas enim oportet ut per uirtutē fiat fęlicem uero neceſſe eſt eſſe Ciuitatem nō ſm aliquam partem: ſed ſm oēs ciues.

¶Neq; agricola: neq; artifex: neq; uiliū exercitioꝝ quiſq̄ ſacerdos eſt deputandus. Honos enim diis a ciuibus eſt impendēdus. Hi aūt ciues non ſunt.

¶Cura aūt ſacroꝝ eſt his demādanda qui iam quieſcūt ſiue hi pro tpe laboris perpeſſi ſint arma tenendo: ſiue conſultando.

¶Conſideranti aūt prędicta apparet primo ciues deputādos ad bellum: deinde ad conſiliū. Vltimo ad ſacerdotium. Item apparet artifices: mercenarios: agricolas neceſſarios eſſe in ciuitate: ſed nō eſſe partem ciuitatis. Pugnatores uero: conſultores: & ſacerdotes partē eſſe Ciuitatis. Et hi abſq; uirtute eſſe non poſſint.

¶De diuiſione Ciuitatis.

¶Eſt neceſſarium Regionem diuidere in duas partes: & unam eſſe publicam: & aliam priuatoꝝ. Puplica rurſum diuidenda eſt: ut una pars deputet̄ impenſis quę fiunt in cultu diuino. Altera impenſis comeſſationum quę inſtitute ſunt ad conſeruandā amicitiam inter Ciues. Priuati autem agri pars una ad proprias neceſſitates eſt deputanda. Altera ad Ciuitatē ut ad bellicas oportunitates: & alia hmōi.

¶Cultores aūt agrorū ſerui eſſe debēt: ſed non oēs unius generis: puſillanimes: robuſti corpore: & deficientes intellectu. Sic enim utiles erunt ad opus faciendmu & nihil noui ab eis metuet̄: aut barbari eſſe debent natura ſimiles his quos ſupradiximus.

¶De ędificatione Ciuitatis.

¶In ponenda Ciuitate reſpicere oportet pmo ad ſanitatem: & hoc fit conuertēdo urbē ad orientem. Venti enim qui inde profluunt ſalubriores ſunt. eoꝝ namq; materia pluri tempe morat̄ ſub uia ſolis: indeq; calidiores effecti nubes diſſoluunt: puriorēq; reddunt aerē. Secundo loco conuerti debent ſeptentrionē. Venti enim boreales ſalubres ſunt. impetu enim ſuo qui magnus eſt uapores groſſos propellunt ab aere ac ſua frigiditate clauſis porris calidis intus cōgregant: fortioremq; reddunt calorem naturalem.

¶Locus etiam Ciuitatis oportunus eſſe debet ad bellicas & ciuiles res: abundantiamq; debet habere naturalem aquarum & ſtagnoꝝ ꝙ ſi naturalis deficiat compari debent Ciſternę & lacus ex aqua pluuia: ne ſi quando obſiderent̄ aqua poſſit deeſſe. Diſtinguēdus eſt etiam aquarum uſus ubi fieri poteſt ut alię aquę ad cibum & potum deputentur: alię ad aliā indigentiam.

¶In Ciuitate in qua unus uel pauci dominantur expedit eſſe arcem & loca munita. in ea uero in qua populus: debet eſſe ęqualitas locoꝝ. In optimatū uero gubernatione neutrum iſtoꝝ: ſed magis loci plures ardui.

¶ Aedificatio autem domorum priuatarum partim debet eſſe ſm morem antiquũ:ut ędificia habeant inextricabiles aditus ad ſecuritatem & tutelam:partim ſm nouum:ut habeãt formam gratiorem & cõmodiorem ad cęteras res.

¶ Aedes deorum & principaliſſime comeſſationes magiſtratuum debent habere locum idoneum:& ſupereminentiam habere ad uicinas partes ciuitatis.& ante ipſum conſtrui forum liberum tamen ab omni mercatu:& neq; opifices neq; agricolas neq; alios ullos tales illi appropinquare niſi a magiſtratibus uocentur.

¶ Venalium autem rerum aliud forum eſſe debet & alio loco ſitum quo & a terra & a mari facilis ſit importatio omnium.

¶ Magiſtratus autem quicunq; habitare debent iuxta forum in loco celebri.

¶ Quibus fiant ciues boni & ſtudioſi.

¶ Duo ſunt in quibus omnis cõmendatio bene agendi conſiſtit. Vnum ut propoſitum ac finis agendi recte ſubiaceat. Aliud ut eas actiones inueniamus quę ad illum finem ferant.

¶ Bene uiuere ac foelices eſſe omnes cupiũt:ſed aliis poteſtas eſt adipiſcendi:aliis nõ:propter fortunam aliquam uel naturam.opus enim eſt adiumentis quibuſdam ad bene uiuendum:minoribus quidem melius diſpoſitis:maioribus autem peius.

¶ Foelicitas eſt operatio & uſus perfectus unitus non ex ſuppoſitione ſed ſimpliciter. Et intelligo ſimpliciter:id eſt eius quod in ſe ipſo cõmendationem habet. Ex ſuppoſitione uero quod habet cõmendationem ex neceſſitate.

¶ Si igitur ciuitas q̃ optime gubarnat foelicitatem recipiat neceſſe eſt. Foelicitas autem eſt uſus uirtutis. Opus eſt ĩ optima Republica ciues ſtudioſos eſſe & bonos ſimpliciter:& bonos uſus rationis habere circa bona quęcunq;.

¶ Cum ergo & uirtus & bona externa ad foelicitatem exigãtur.bonorum autem externorum domina ſit fortuna. oportet ergo alia ſubeſſe bona.ſ.externa:alia.ſ. uirtutis parare legis poſitorem.

¶ Atqui boni fiunt ciues & ſtudioſi tribus:uidelicet natura:conſuetudine:& ratione.ſed ratio eſt magis propria homini:cętera enim animalia maxime uiuunt ſecundum naturam: parum uero aliquid & ſecundum mores:homo & ſecundum rationem. ſolus enim rationem habet:Sed hęc expedit tria ſimul concordare:multa enim pręter mores & pręter naturam agunt homines propter rationem ſi perſuadeatur melius aliter agere.

¶ Quos dignum ſit imperare.

¶ Eoſdem ſemper imperare melius foret ſi tantũ ab aliis differrẽt q̃tũ dii & heroes ab hominibus differre putantur ut primo ſtatim corpore ac poſtea animo longe antecellerent: ac manifeſte indubitateq; appareret eorum ſupereminentia.ſed quia difficile eſt hoc reperire ęquum eſt ut omnes ſint uiciſſim participes imperandi & parendi alioquin Reip.difficile eſſet ſtare quę pręter iuſtitiam foret.

¶ Debent autem ſeniores imperium habere iuniores uero ſubici. nemo enim indignatur propter ętatem maiori ſubici:pręſertim cum & ipſe ad id ętatis puenerit eundem honorẽ ſit ſuſcepturus. Inſuper qui imperare uelit oportet prius ſub imperio fuiſſe.ęquum eſt ergo iuniores ętate ſubeſſe ut in ſenectute poſſint digne imperare.

¶ De exercitatione ad uirtutes per legis poſitorem inducenda.

¶ Eſt autem laborandum legum poſitori ut bonos uiros efficiat exercendo partes animę & quę per ſe rationem habent.& quę poſſunt rationi obtemperare:& ordinando uitã hominum in negocia & ocium:bellum & pacem:neceſſaria:utilia:honeſta.in his enim conſiſtit tota uita humana.

¶ Sed cũ bellum ſit gratia pacis:negociũ gratia ocii:neceſſaria & utilia grã honeſtoꝝ:pars aũt irrõnalis gratia rõnalis:& rurſum practica rõnalis gratia contemplatiuę:ita ad iſta aſpicere debet Legiſlator ut magis tamen ad pacem:ad ocium:ad honeſta: & contemplatiua dirigat.hęc enim meliora ſunt & finis.

¶Maxime autem pueri adhuc exiſtentes & aliȩ ȩtates quȩ indigent per diſciplinam dirigendi ſunt: conſuetudine enim delectabiles fiunt eis actiones ſtudioſȩ.

¶De lege dirigente ad rem bellicam.

¶Non ſunt aūt laudande leges illȩ quȩ ad bellū ſurgere uident. poſſunt enim in eiſdem legibus permanentes non bene uiuere. Prȩterea non eſt laudandus Legiſlator quod uincere docuerit & finitimis dominari. hȩc enim magnum continent nocumentum: nam qui poterit aduerſus ciues hoc agere ciuitati ſuȩ dominari quȩret. Item bellum non eſt gratia ſui ſed gratia pacis. Vnde ad pacem magis debet intendere Legiſlator.

¶Exercitatio rerum bellicarum non ob id eſt meditanda ut in ſeruitutem redigant inmerentes: ſed primum ne ipſi ſeruire aliis compellantur. Secundo ut imperium quȩrant gratia utilitatis ſubiectorum. Tertio ut eis dominentur qui ſeruire ſunt digni.

¶Qui legem ponit circa res bellicas prouidere debet & legibus inſtituere quo pacto deinde in ocio bene uiuere poſſint ne dominatione adepta per pacem ſplendorem amittant.

¶De uirtutibus neceſſariis & in bello & in pace.

¶Sunt autē & uirtutes quȩdā neceſſariȩ: in bello ſunt fortitudo & conſtantia quȩdam. In ocio ut philoſophia quȩdam. In utroq; tempore. ſ. belli & pacis ut temperantia & iuſtitia.

¶Omnes autē uirtutes etiam quȩ in bello ſunt neceſſariȩ in ocio ſunt utiles. & bellum fit gratia ocii: maxime tamen optimum eſt in pace & ocio temperatia & iuſtitia: nam qui in fruitione omnium rerum uelut beati exiſtūt facile & intemperati & iniuſti reddunt.

¶De legibus circa coniugia.

¶Neceſſe eſt Legiſlatorem prius ſuſcipere curam corporis q̄ animi & appetitus q̄ ratiōis: quia & corpus in generatōne antecedit animam: & pars irrationalis antecedit eam partem quȩ habet rationem. Vnde ab initio prouidendum eſt a legiſpoſitore circa coniugia.

¶Prouidendum eſt ut in eo tempore fiant coniugia in quo & uir potēs ſit generare & mulier concipere: ne ſi non concurrant ſed diſcrepent in potentia gignēdi lites & diſcordiȩ inter eos oriantur.

¶Item inſpiciendum eſt ut eo tempore copulentur matrimonio in quo & parentes filiis pueris poſſint ſuccurrere & filii maiores effecti parentibus iam ſenioribus poſſint gratias referre.

¶Item inſpiciendum eſt ut in ea ȩtate nubant in qua filii geniti nō nimis proxime ad ȩtatem paternam accedant: nam filii non habent reuerentiam erga genitores quaſi ſibi ȩquales & circa gubernationem domus proueniūt quȩrele quaſi ex paritate.

¶Inſuper inſpiciendum eſt ut in ea ȩtate coniungantur ex qua uir & mulier concurrant in ȩtate in quibus utriuſq; generatio ceſſat: uir quidem in ſeptuageſimum annum. mulier autem in quinquageſimum.

¶Obſeruandum autem eſt ne adoleſcentes matrimonio copulentur. in cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti ſunt & feminȩ crebrius q̄ mares gignunt & parua corporis forma. Cuius ſignum eſt quod in omnibus ciuitatibus in quibus conſuetudo eſt adoleſcentes mares puellaſq; coniugari in eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtūt Inſuper accidit ut partu magis laborent ac pereant plures. Item utile eſt ad continētiam nuptias fieri ſeriores. intemperatiores enim fiunt cum puellȩ Veneri aſſueſcunt. Item maſculorum corpora creſcere impediuntur ſi dum augentur coeunt.

¶Tempus autē in quo puellȩ matrimonio copulāde ſunt eſt circa ȩtatem decem & octo annorum. Maſculorum uero tempus eſt circiter ȩtatem annoꝝ ſex & triginta: in hoc enim tempore & uigentibus corporibus coniungentur & procedente tempore ſimul apte deſinent poſſe procreare.

¶ Tempus uero magis aptum nuptiis & generationi hyemale est: & melius est coniungi flantibus uentis borealibus q̄ australibus.

¶ Habitudo autem utilis & ad sanitatem & procreationem liberorum nō debet esse sicut athletarum: hoc est magna & grauis: nec humilis & imbecilla: sed media inter istas. Item debet esse laboriosa ac exercitata laboribus non uiolentis: neq; ad unum laborem solum sed ad ciuilia & liberalia opera.

¶ De mulieribus pregnantibus & educatione liberorum & multitudine liberorum.

¶ Pregnantes quoq; mulieres curam debent habere corporum neq; pigrescentes neq; subtili utentes alimonia.

¶ Circa educationem filiorum lex sit nihil orbatum natura esse educandum ea si licet diligentia qua non orbati qui apti sunt ad ciuilitatem.

¶ Item si prohibendus est numerus filiorum & nimia multitudo euitanda nō est tantum nefas preuenire ne foetus concipiantur sicut attingere eos postq̄ cōcepti sunt & sensum & uitam acceperunt: sicut quidam lege cauebant.

¶ Ad euitandam autem huiusmodi multitudinem nō coniungantur nisi tempore illo determinato quod posuimus & alterius q̄ coniugis coitus penitus sit interdictus: & contrafaciens dignam pro delicto reportet poenam.

¶ Pueri autem mox nati lacte sunt nutriendi: est enim simile ei unde generantur: & a uino maxime eos abstineri opus est: egritudines enim eis inducit: conferuntq; eis motus qui in ea etate dantur ad consumendam superfluam humiditatem.

¶ Diligenter autem cauendum ne membra ob teneritudinem distorta fiant.

¶ Confert autem eos statim frigori assuefacere: hoc enim & ad sanitatem & ad res bellicas confert. Vnde & quorundam barbarorū consuetudo est gelido amne natos statim immergere uel parua ueste amiciri: ut faciunt galli.

¶ De disciplina liberorum.

